TRASCRIZIONE DEI DOCUMENTI DEL VOLUME E DELL'ARCHIVIO CAPITOLARE DI AQUILEIA-UDINE

1.

1370 settembre 17, Gorizia, nella camera dell'abitazione di Francesco di Castellerio testatore

Francesco quondam Simone di Castellerio stabilisce quale legato ad integrazione del suo testamento che i suoi eredi universali, i figli Enrico e Morando, debbano rispondere a Rantolfo q. Uricio di Gramogliano per trecento lire di piccoli veronesi, che il medesimo Francesco aveva ottenuto da Rantolfo. Inoltre raccomanda a Morando di regolare i debiti ulteriori che Francesco aveva contratto con Rantolfo.

Originale membr., mm 260x190 ca, A.C.A.U., *Pergamene capitolari*, vol. IV, n° 1.
ATTERGATI: di mano del sec. XVII "Particula testamenti domini Francisci q. Simonis de Castillerio anno" cui segue di mano diversa (sec. XIX) e con inchiosto più marcato "1370 17 settembre". Al margine superiore destro in lapis "1 IV volume". Al margine sinistro, parallela al lato lungo "Pg. 9".
Il supporto scrittorio, di formato non perfettamente squadrato, è in discrete condizioni di conservazione. Recentemente restaurato, presenta alcune lacerazioni lungo i margini superiore e sinistro debitamente risarcite. L'inchiostro è di un nero piuttosto brillante, sempre bene leggibile. Evidenti le tracce in piombo delle righe di margine. La forma è tuttavia irregolare.
La scrittura è una corsiva notarile sufficientemente posata, con qualche richiamo alla libraria coeva. Richiami pure alla cancelleresca (svolazzi, occhielli delle aste a banderuola). Regolare il rapporto tra asse verticale e asse orizzontale. L'andamento rispetto al rigo immaginario di scrittura è invece irregolare: la tendenza è verso il basso, pur mantenendo nell'insieme una sufficiente regolarità nelle spaziature. Irregolari pure tra loro gli assi verticali delle singole lettere; regolare invece lo spazio tra parole e tra singole lettere. Nessi a ponte (sp, st, se, sc) e nessi tra -di, -ei, -ti etc.

In[1] Christi n[omine][2], amen. Anno nativitatis eiusdem millesimo trecentesimo septuagesimo, indic(t)ione octava, die decimoseptimo / mensis septembris, Goricie, in camera domus habitacionis infrascripti testatoris, presentibus venerabili viro presbitero Antonio vicario in / Salcano, nobilibus viris dominis Leonardo dicto Mur gastaldione domini comitis Goricie, Henrico condam ser Petri de / Eb(er)stain, Wosalco condam ser Henrici, Simoni dicto Wichiegoi, Martino becario, Iacomucio condam Laurencii, Viano / barberio, Primosiço molendinario et Gostantino condam ser Pacis de Utino omnibus Goricie habitantibus testibus et aliis quam pluribus / ad hec vocatis specialiter[3] et rogatis.

[1] *La* I *maiuscola iniziale è allungata, potenziata e ornata.*
[2] *Lacerazione del supporto scrittorio al margine superiore, tale da intaccare lo specchio di scrittura.*
[3] specialiter *aggiunto nell'interlinea con segno d'inserzione sottostante.*

Inter alia que nobilis vir dominus Franciscus condam domini Simonis de Castellerio, Dei gratia / sanus mente et sensu, quamvis languens corpore, in suo ultimo ordinavit et disposuit testamento, in quo quidem / Henricum et Morandum fratres et filios dicti testatoris sibi heredes instituit universales, pro ut de ipso testamento scripto / manu mei notarii infrascripti sub presentibus millesimo, indic(t)ione et die, loco et testibus plenius continetur, dictus dominus Franciscus / testator asseruit et confessus fuit habuisse et recepisse de bonis Rantolphi condam domini Uricii de Gramoglano / libras Veronensium parvulorum trecentas, de quibus eidem Rantolfo integre respondere tenetur, re vera centum libre Veronensium parvulorum / in utilitate ipsius testatoris conversa fuerunt, alias vero ducentas libras predictarum trecentarum librarum prout ipse / testator asseruit olim Lombardus de Portulatisane[4] ab eodem testatore habuit et recepit, que predito / fuerunt tempore quo idem condam Lombardus suspensus fuit. Ideo mandavit et ordinavit suis heredibus suprascriptis / quod de predictis trecentis libris cum eidem Rantulfo concordes sint et eidem satisfacere debeant, si de iure tenetur et si / possibile esset per presens testamentum, rogavit ipsum Rantolfum quod ipsa de causa non velit desertare heredes / suos suprascriptos, sed pocius in concordia sint cum eo mediante consilio domini Iacomucii de Wipulçano et / si fieri non posset suo consilio, fiat iuvamine et consilio attinencium eorum de Strasoldo. Item asseruit et confessus / fuit plura habuisse et recepisse ac in utilitate sua conversa fuisse de bonis ipsius Rantolfi, pro ut Morandus filius / suus clare sit qua propter mandavit et ordinavit eidem Morando filio suo quod de predictis omnibus cum ipso Ranto/lfo faciat racionem et sibi de eisdem integre satisfacere debeat, mandans filiis et heredibus suis suprascriptis quod gratia / sua prefatum Rantolfum non debeant aliqualiter derelinquere et hoc quidem legatus et omnia supradicta dictus testator / una cum aliis in dicto testamento contentis valere voluit iure testamenti et iure sue ultime voluntatis, si iure testamenti valere non posset, valeant saltem iure codicillorum vel donacionis causa mortis seu quovis alio iure quo valere possunt melius et tenere.

S. T. Et ego Iacobus Goricie habitans condam Dulcini de Burgo Sancti Laurencii de Mucello imperiali auctoritate notarius predictis omnibus hiis interfui et rogatus scribere scripssi.

[4] *Inizialmente* Portuslatisane, *quindi è stata depennata la* s.

2.

1371 febbraio 2, Udine, nella camera dell'abitazione di Nicolussio Orbitti testatore

Testamento nuncupativo di Nicolussio q. Federico Orbitti da Udine, che elegge a luogo di sua sepoltura la chiesa di San Francesco de intra, cui lega perpetuamente a celebrazione del suo anniversario uno suo bene situato a Basaldella. Inoltre integra con alcuni legati l'altro suo testamento nuncupativo: beneficiario è il capitolo di S. Maria di Udine per la celebrazione dell'anniversario suo e di sua moglie Sofia. Eredi universali in eguali porzioni sono i suoi nipoti Francescutto, Niccolò, Giacomuzio, Simone e Bellone figli del q. Giovannino Orbitti di Udine.

Originale membr., mm 388x119 ca , A.C.A.U., *Pergamene capitolari*, vol. IV, n° 2.

ATTERGATI: di mano forse del sec. XIV, in libraria "Particula testamenti olim domini Nicolusii Orbitis. R". Di mano del sec. XIX "1371 2 feb". Da notare che la scritta trecentesca è stata riscritta su testo identico del tutto evanido in corsiva notarile. In lapis di mano del sec. XX "2 IV volume".

Il supporto scrittorio, oblungo ma di formato non regolare, è in buone condizioni di conservazione, con alcune lievi alcerazioni marginali di buona leggibilità, salvo diverse lettere nel testo e alcune parole nella complectio notarile a causa della caduta dell'inchiostro. L'inchiostro è nero, quasi brillante.

La scrittura è un'usuale corsiva notarile del terzo quarto del sec. XIV, piuttosto rapida, con evidenti indizi di dimestichezza professionale e di padronanza del gesto grafico.

In[1] nomine Domini, amen. Anno a nativitate eiusdem millesimo tricentesimo / septuagesimoprimo, indictione nona, die secundo mensis februarii, / actum Utini, Aquilegensi diocesi, in camera domus habitationis infrascripti / domini Nicolussii testatoris, presentibus religiosis viris dominis / fratribus Philippino de Veneciis guardiano Tervisii et / Nicolao de Pulcinicho bachalario ibidem ac venerabili viro / domino presbitero Zuanetto canonico Utinensi, necnon sapientibus / et discretis viris dominis Azolino de Utino legum doc/tore et milite Bunino eius fratre, Tingho condam ser Tucii / de Senis, Margaritto condam ser Adalgherii Carnelli de / Clugio, M[artino][2] condam domini Iacomini de Paona, Petro / condam domini L[eonardi][3] Arcoloniani de Utino, magistro Paulo / marangono de Glemona, Thomasutto condam Gavassii, Zu/pignino condam ser Drossii, Antonio Pasculutti de Utino, L(ui)sio condam ser Fulcherii de Glemona et Francisco filio / domini Frederici de Varmo testibus ad hec vocatis et ab / ore proprio infrascripti testatoris rogatis et aliis pluribus. Nobilis / ac providus et discretus vir Nicolu[ssi]us[4] condam / domini Frederici Orbitti de castro Utini, sanus per Dei /gratiam mente et sensu, licet corpore languens, timens / decedere intestatus, suarum rerum et bonorum omnium disposi/tionem per presens nuncupativum testamentum sine scriptis / in hunc modum

[1] *La* I *maiuscola iniziale è allungata, potenziata e ornata.*
[2] *Inchiostro evanido.*
[3] *Inchiostro evanido.*
[4] *Inchiostro evanido.*

fac<i>ere[5] procuravit. In primis namque animam / suam altissimo suo creatori recomittens, sepulturam / sui corporis ellegit sibi in ecclesia Sancti Francisci ordinis / fratruum minorum de Utino, cuius corpus mandavit hono/riffice sepelliri, ut decet per heredes eius infrascriptos, cum / equis et armis, iuxta morem nobilium, secundum quod videbitur / infrascriptis suis heredibus. Cuius siquidem ecclesie conventui / legavit perpetualiter pro eius anniversario fiendo die obitus / sui annuatim unum eius bonum situm in Basalgella, rectum / per Laurentium, qui solvit annuatim de redditu ad / usum curie prout ibidem affirmatum fuit per dictum testa/torem starias frumenti tria, avene staria tria et milei staria / tria, galinas duas cum viginti ovis et unam spatulam. / Et inter cetera legata que idem testator in eiusdem ultimo / testamento scripto manu mei notarii infrascripti sub dictis millesimo, / indictione et die fecit et legavit ultra predicta, talia / fecit legata hiis verbis expressa. Item legavit pro anniver/sario annumatim fiendo pro anima condam domine Sophie eius prime uxoris / capitulo maioris ecclesie Sancte Marie de Utino mediam marcham / denariorum de livello, cuius medie marche denariorum solvunutur denarii sexagintaquatuor Aquilegensis monete per Menisium laboratorem / habitatem in villa Utini Bertaldie super domibus con territorio / sue habitationis sitis in dicta villa Utini Bertaldie, et / sexdecim denarii Aquilegensis monete qui solvuntur per ..[6] / filiam olim Petri Pencii super domo eius habitationis sita in / burgo Aquileia cum territorio ad dictam domum pertinentem ad / hoc, ut annuatim canonici et capitulum dicte ecclesie [Sancte Marie][7] / facere teneatnur anniversarium dicte condam domine Sophie. [Item legavit][8] / perpetualiter dicto capitulo maioris ecclesie Sancte Marie de U[tino quod]dam[9] / livellum unius starii frumenti, quod solvitur annuatim dicto testatori per / Solome de villa superiori Utini super quodam eius campo sito in / tavella Utini porte Caschanani pro anniversario annuatim / fiendo pro anima condam domine S(avi)e uxoris condam Glemoni de Utino. / In omnibus autem aliis suis bonis mobilibus et immobilibus, iuribus et / actionibus quibuscumque tam presentibus quam futuris sibi heredes universa/les instituit et esse voluit equalibus porcionibus provi/dos iuvenes Franciscuttum, Nicolaum, Iacomutium, / Simonem et Bellonum fratres eiusque nepotes et filios / condam domini Iohanini Orbitti de Utino. Item cassavit et ex certa / scientia irritavit omnia alia eius testamentum per ipsum testatorem / alias facta et condita et scripta manu [cuiuscum]que[10] notarii et / contenta omnia in eis, in omnibus et per totum. Et hanc si quidem / asseruit esse velle suam ultimam voluntatem [et ...][11] ultimum / testamentum, quod et quam valere iussit iure testamenti, / et si iure testamenti valere non posset, voluit et / ordinavit valere iure codicillorum, et si iure codicillorum / non valeret, iussit et ordinavit valere quocumque / alio iure ultime voluntatis quo melius valere et / tenere potest.

---

[5] *Da ritenere un lapsus calami.*
[6] *Il nome è sostituito da uno spazio bianco.*
[7] *Inchiostro evanido: la restituzione è soltanto ipotizzata.*
[8] *Inchiostro evanido: la restituzione è soltanto ipotizzata.*
[9] *Inchiostro evanido: si propone questa restituzione.*
[10] *Lettere illeggibili: si ipotizza questa restituzione.*
[11] *Lettere parzialmente illeggibili.*

S. T. Et ego Saraphinus condam ser Petri / Vaurini notarii de Utino publicus / imperiali auctoritate notarius predictis omnibus / interfui et rogatus scripsi.

3.

1371 febbraio 2, Udine, nella camera dell'abitazione di Nicolussio Orbitti testatore

Testamento nuncupativo di Nicolussio q. Federico Orbitti da Udine, che elegge a luogo di sua sepoltura la chiesa di San Francesco de intra, cui lega perpetuamente a celebrazione del suo anniversario uno suo bene situato a Basaldella. Eredi universali in eguali porzioni sono i suoi nipoti Francescutto, Niccolò, Giacomuzio, Simone e Bellone figli del q. Giovannino Orbitti di Udine.

Originale membr., mm 200x187, A.C.A.U., *Pergamene capitolari*, vol. IV, n° 3.

ATTERGATI: di mano forse del sec. XIV, di tipo librario "Legatum factum per Nicolussium Urbiti fratribus minoribus de redditu stariorum III frumenti, stariorum III avene, stariorum III millei, galinarum II cum ovis et spatule I". tracce di un'integrazione sopra questo attergato, in corsiva del sec. XIV "Bene dete est quarta". Di mano del sec. XIX "1371 12 feb°". In lapis di mano del sec. XX "3 IV volume".

Il supporto scrittorio, di formato non bene squadrato, è in buone condizioni di conservazione salvo per le tracce delle pliche, che hanno danneggiato la scrittura, senzaper altro renderla illeggibile. L'inchiostro è di buona qualità, di nero piuttosto brillante.

La scrittura è una usuale corsiva notarile del terzo quarto del XIV sec., piuttosto corrente e di buona fattura, che denota abilità e pratica professionale. Minuto il formato, ad evidente sfruttamento delle ridotte dimensioni del supporto scrittorio.

REGESTI E EDIZIONI: .

In[1] nomine Domini, amen. Anno a nativitate eiusdem millesimo tricentesimo septuagesimoprimo, indictione nona, die / secundo mensis februarii, actum Utini, Aquilegensi diocesi, in camera domus habitationis infrascripti domini Nicolussii testa/toris, presentibus religiosis viris dominis fratribus Philippino de Veneciis guardiano Tervisii et Nicolao / de Pulcinicho bacalario ibidem ac venerabili viro domino presbitero Zuanetto canonico Utinensi necnon sapientibus / et discretis viris dominis Azolino de Utino legum doctore et milite Bunino eius fratre, Tingho condam ser / Tucii de Senis, Margaritto condam ser Adalgherii Carnelli de Clugia, Martino condam domini Iacomini de / Paona, Petro condam domini Leonardi Arcoloniani de Utino, magistro Paulo marangono de Glemona, Tomasuto / condam Gavassii, Zupignino condam ser Drossii, Antonio Pasculutti de Utino, Luvisio condam ser Fulcherii Chu/chulini de Glemona et Francisco filio domini Frederici de Varmo testibus ad hec vocatis et ab ore / proprio infrascripti testatoris rogatis et aliis pluribus. Nobilis ac providus et discretus vir dominus Nico/lussius condam domini Frederici Orbitti de castro Utini, sanus per Dei gratiam mente et sensu, / licet corpore languens, timens decedere intestatus, suarum rerum et bonorum omnium dispositionem per / presens nuncupativum testamentum sine scriptis in hunc modum facere procuravit. Imprimis namque / animam suam altissimo suo creatori recomittens, sepulturam sui corporis ellegit sibi in / ecclesia Sancti Francisci ordinis fratruum minorum de Utino, cuius corpus

[1] *La* I *maiuscola iniziale è allungata, potenziata e ornata.*

mandavit honoriffice / sepelliri, ut decet, per heredes eius infrascriptos, cum equis et armis iuxta morem nobilium / secundum quod videbitur infrascriptis suis heredibus. Et inter cetera que idem testator in eius ultimo testamento / scripto manu mei notarii infrascripti sub dictis millesimo, indictione et die, fecit et ordinavit, tale fecit / legatum hiis verbis expressum. Item legavit perpetualiter conventui ecclesie predicte Sancti Francisci pro / eius anniversario fiendo die obitus sui annuatim unum eius bonum situm in Basalgella, / rectum per Laurentium, qui solvit anuatim de redditu ad usum curie prout ibidem affir/matum fuit per dictum testatorem staria frumenti tria, avene staria tria et milei staria tria, galinas / duas cum viginti ovis et unam spatulam. In omnibus autem aliis suis bonis mobilibus et immobilibus, / iuribus et actionibus quibuscumque tam presentibus quam futuris sibi heredes universales instituit et esse voluit / equalibus porcionibus providos iuvenes Franciscuttum, Nicolaum, Iacomutium, Simonem et / Bellonum fratres eiusque nepotes et filios condam domini Iohanini Orbitti de Utino. Item cassavit et ex certa / scientia irritavit omnia alia eius testamenta per ipsum testatorem alias facta et condita et scripta manu cuius/cumque notarii et contenta omnia in eis in omnibus et per totum. Et hanc si quidem asseruit esse velle suam / ultimam voluntatem et eius ultimum testamentum, quod et quam valere iussit iure testamenti et si iure / testamenti valere non posset, voluit et ordinavit valere iure codicillorum, et si iure codici/llorum non valeret, iussit et ordinavit valere quocumque alio iure ultime voluntatis / quo melius valere et tenere potest.

S. T. Et ego Saraphinus condam ser Petri Vaurini notarii de Utino publicus imperiali / auctoritate notarius preedictis omnibus interfui et rogatus scripsi.

4.

1371 marzo 28, Avignone, nel palazzo apostolico degli auditiores causarum

Verbale del processo e sentenza definitiva emessa dall'uditore delle cause presso il Palazzo apostolico Ugone (de Febvre) nella vertenza riguardante il quartese sui funerali tra la chiesa collegiata di S. Maria maggiore di Udine e il suo capitolo da una parte e la chiesa e convento di S. Pietro martire dei Frati Predicatori di Udine dall'altra. La sentenza è in favore del capitolo di S. Maria agente.

Originale membr., mm 653x505 (plica di mm 54), A.C.A.U., *Pergamene capitolari*, vol. IV, n° 4.
ATTERGATI: di mano del sec. XIV "In causa fratrum predicatorum". Di mano forse del sec. XVIII "1371. Contra Fratres Praedicatores. Materia + funeralium"; di altra mano del sec. XVII, ma di assai difficile interpretazione "S. Marie maioris de Utino … die 12 iulii 1680 veneris in … capitulo … Franciscus Fabi …". Di mano del sec. XIX "1371 28 marzo". In lapis di mano del sec. XX "4 IV volume".
Il supporto scrittorio è buone condizioni di conservazione, di buola leggibilità, salco per le tracce delle tre pliche, che hanno danneggiato alcuni righi di scrittura, ma senza compromettere il testo. Ai margini sinistro e destro sussistono i fori per tracciare le rigature di scrittura. Sigillo pendente deperdito, di cui si rilevano i due fori sulla plica.
La scrittura è una corsiva notarile tipica dell'uso della curia Romana, assai posata e calligrafica, di dimensioni minute, regolare e costante nell'andamento e nel tratto, di grande impatto estetico.

In[1] nomine Domini, amen. Dudum felicis recordationis dominus Urbanus papa quinto pontificatus sui anno octavo, ad supplicationem syndici et procuratoris discretorum virorum dominorum decani, canonicorum et capituli curate ecclesie Sancte Marie de Utino in Aquilegensi diocesi, causam et causas appellationis et appellationum, necnon negocii et negociorum principa/lium que vertebatur vertebantur aut verti tunc et esse sperabantur inter ipsos dominos decanum, canonicos et capitulum ex parte una et religiosos viros priorem, fratres et conventum monasterii seu loci Sancti Petri ma(rtiris)[2] ordinis predicatorum de Utino dicte diocesis Aquilegensis, coniunctim et divisim, se et super Clementina super cathedram et contentum in eadem / seu Clementine prefate et contentorum in ea occasione ex altera, venerabili et circumspecto viro domino Guillelmo Noeleti utriusque iuris doctore archidiacono Carnotensi, ipsius domini nostri pape capellano et ipsius sacri palacii causarum auditori audiendum et fine debito terminandum commisit cum incidentibus, emergentibus, dependentibus et connexis vigore cuius commissionis / idem dominus Guillelmus auditor in causa seu causis huius(modi) legitime procedens ad instanciam discreti viri magistri Dominici de Basalgypenta dictorum dominorum decani, canonicorum et capituli principalium predictorum procuratoris prout de ipsius mandato seu procuratorio in actis in causa presenti coram dicto domino Guillelmo factis et

[1] *La* I *maiuscola iniziale è allungata, potenziata e ornata; la* n *è allungata e ornata.*
[2] *La parola è stata riscritta, a causa probabilmente di un'incertezza da parte dello scriba.*

habitis plene constat supra / dictos priorem, fratres, conventum monasterii seu loci Sacti Petri martiris ordinis predicatorum de Utino principales, necnon ipsorum procuratores, si qui essent in Romana curia pro eisdem vel altero eorundem citari mandavit et fecit in audientia publica litterarum contradictarum domini nostri pape ad dicendum et opponendum quicquid dicere / et opponere vellent contra commissionem predictam ad certum terminum competentem ipsius commissionis copiam dictis priori, fratribus et aliis principalibus citatis, si interim recipere vellent fieri decernendo. In quo quidem termino competente in iuditio coram prefato domino Guillelmo auditori magistro Dominico procuratore supradicto et quamdam citationis cedu/lam de mandato dicti domini Guillelmi auditoris in audientia publica litterarum contradictarum dicti domini nostri pape positam et lectam ipsiusque audiencie signo interius signatam ac sigillo ad hius citation(e)s sigillandas deputato a tergo, ut moris est, producente dictorum prioris et fratrum ac conventus et aliorum omnium principalium / citatorum non comparencium, nec aliquid contra dictam commissionem dicto domino Guillelmo auditori factam dicere curancium contumaciam accusantem ipsosque contumaces per eum reputari petente, idem dominus Guillelmus auditori ipsos priorem, fratres et conventum et alios citatos non comparentes, debite tamen expectatos, reputans quo ad / actum huius(modi) iusticia mediante contumaces in eorum contumaciam, ipsos pluribus vicibus ad procedendum et procedi videndum in huius(modi) causa prout de iure foret instante dicto magistro Dominico procuratore citari mandavit et fecit in audiencia publica supradicta successive ad certos terminos competentes cum dierum competentibus intervallis ipsos ter/minos ac actus eosdem dicto procuratori quo supra nomine petenti statuendo, in quorum terminorum singulis comparens in iudicio coram prefato dominio Guillelmo auditori magister Iohannes de Lantiens in dicta Romana curia et dictorum dominorum decani, canonicorum et capituli Sancte Marie de Utino principalium per dictum dominum Dominicum procuratorem / substitutus procurator et nomine procuratorio eorumdem de quorum procuratorio et substitutione in dictis actibus plene constat quamdam citationis cedulam de mandato ipsius domini auditoris in audiencia publica litterarum contradictarum dicti domini nostri pape positam et lectam ipsiusque audiencie signo interius signatam ac sigillo ad huius(modi) citationes sigillandas / deputato a tergo, ut moris est, munitam produxit, dictorum prioris, fratruum et conventus aliorumque citatorum principalium non comparencium contumacias accusans eosdem petiit per dictum dominum Guillelmum auditorem reputari contumaces, dicens autem dominus Guillelmus auditor ipsos citatos non comparentes debite tamen expectatos in quolibet ipsorum termi/norum dicto magistro Iohanne procuratore instante reputavit contumaces. Postmodum vero dicto domino Guillelmo auditori se de Romana curia absentante, idem dominus Urbanus papa quintus propter ipsius domini Guillelmi auditoris absebciam causam et causas huius(modi) nobis Hugoni Fabri decretorum doctori domini nostri pape capellano conmensali et ipsius sacri palacii causarum / apostolici auditori resumendas audiendas et fine debito terminandas commisit cum incidentibus, dependentibus et connexis cuiusquidem commissionis vigore. Nos in causa et causis huius(modi) legitime procedens, ad instanciam dicti magistri Iohannis de Lantiens procuratoris discretum virum magistrum Manfredum de Ferraria in dicta curia et dictorum

prioris, fratrum et / conventus predicatorum de Utino principalium procuratorem prout de ipsius magistri Manfredi procuratoris mandato in actibus in causa presenti coram nobis habit(a) legitime constat per certum dicti domini nostri pape cursorem ad dicendum et opponendum quicquid dicere et opponere valebant verbo aut in scriptis contra predictam commissionem nobis factam procuratorem / citari mandavimus et fecimus ad certum terminum competentem, copiam dicte commissionis nobis facte dicto magistro Manfredo procuratori et aliis principalibus, si interim recipere vellent decernentes. In quo termino magistris Iohanne et Manfredo procuratoribus predictis procuratoriis quibus supra nominibus coram nobis in iudicio comparentibus, idem magister Manfredus procurator nomine / procuratorio prioris, fratrum et conventus contra commissionem [3] nobis, ut premittitur, in causa presenti factam verbo generaliter excepit, deinde vero nos ad dicti magistri Iohannis procuratoris instanciam ipsum magistrum Manfredum procuratorem per certum dicti domini nostri pape cursorem ad resumendum et resumi videndum causam et causas ipsas in statu quo remanserat / ultimo coram dicto domino Guillelmo auditori vel dicendum et allegandum causam, si quam habebat rationabilem quarum resumi non deberet in statu predicto, peremptorie citari mandavimus et fecimus ad certum terminum competentem, ipsum terminum ad eundem actum dicto magistro Iohanni procuratori petenti nichilominus assignantes, in quo dicto magistro Iohanne procuratore / coram nobis in iudicio comparente et magistri Manfredi procuratoris predicti citati non comparentis contumaciam accusante ipsumque contumacem per nos instanter reputari petente et in eius contumaciam causam presentem in statu in quo ultimo remanserat coram dicto domino Guillelmo auditori per nos resumi petente et quantum in eo erat eandem causam / in dicto statu resumente. Nos dictum magistrum Manfredum procuratorem non comparentem, quo ad actum huius(modi) reputantes contumacem, in eius contumaciam causam presentem in dicto statu resumpsimus ed eam habuimus mediante instancia pro resumpta, necnon ad instanciam magistri Iohannis procuratoris predicti magistrum Manfredum procuratorem predictum per certum / dicti domini nostri pape cursorem ad dandum et recipiendum ac dari et recipi videndum libellum seu petitionem s(ummarie) in hac causa peremptorie citari mandavimus et fecimus ad certum peremptorie terminum competentem eundem terminum ad eundem actum dicto magistro Iohanni procuratori peremptorie statuendo. In quo termino comparentibus in iudicio legitime coram / nobis magistris Manfredo de Ferraria et Iohanne de Lantiens procuratoribus predictis, idem magister Manfredus procurator quasdam exceptiones in scriptis formatas contra libellum per partem sibi adversam dandum et producendum exhibuit atque dedit, dictus vero magister Iohannes procurator quendam libellum seu petitionem summariam pro parte sua produxit, cuiusquidam libelli / tenor talis est: Coram vobis venerabili viro domino Hugone Fabri domini nostri pape capellano et ipsius sacri palacii causarum et cause ac partibus infrascriptis auditore specialiter deputato proponet procurator et nomine procuratorio venerabilium virorum dominorum decani, canonicorum et capituli curate ecclesie Sancte Marie de Utino Aquilegensis diocesis contra priorem,

[3] *Inserimento di un* nobis *superfluo, eliminato con punteggiatura sottoscritta.*

fratres et conventum monasterii / seu loci Sancti Petri martiris ordinis predicatorum de Utino diocesis Aquilegensis et dictum conventum ac contra omnes et singulos alios quorum interest et sua putav(er)int interesse eciam divisim et contra quamlibet personam pro eis vel eorum altero in iudicio legitime intervenientes et dicit quod licet quarta par<t>e funeralium et relictorum legatorum datorum et donatorum / et aliarum quarumcumque obventionum defunctorum parochianorum dicte ecclesie Sancte Marie que parochialis et curata existit sepultorum apud ecclesiam et cimeterium dictorum prioris et conventus fratrum predicatorum et provenientium ipsi loco et conventui ac ec(iam) priori et fratribus conventus seu ecclesie eorundem distincte vel indistincte ec(iam) ad quoscum/que usus determinatos et provenientium eisdem occasione sepultorum apud dictos priorem et fratres seu ecclesiam eorundem antedictam seu dictum locum et conventum pertinuit et pertineat et pertinere debeat ad dominos decanum pro tempore, canonicos et capitulum dicte ecclesie Sancte Marie maioris parochialis et curate et q(uamvis) plures et divisi parochiani / utriusque sexus parochie dicte parochialis ecclesie fuerint et sint apud dictos fratres et eorum ecclesiam et conventum sepulti et inter ceteros dominus Fredericus miles de Savorgnano, Franciscus de Nimis, dominus Gubertinus mercator, domina (Ravi)gnana, Odericus quondam domini Philipussii de Utino, domina Flandina hospita et Ray/nerius Tuscus et nonnulli alii relinquerunt et legaverunt dictis priori et conventui fratrum predicatorum et dictis fratribus predicatoribus multas et diversas summas pecunie et res alias que asscendunt ad summam quatuor milium florenorum auri et ultra, dicti tamen prior et fratres et conventus dictam quartam de obven/tionibus et funeralibus datis, donatis, relictis et legatis et aliis que ad eos occasione dictorum defunctorum apud eos sepultorum obvenerunt dictis dominis decano, canonicis et capitulo dare et solvere recusarunt et recusant indebite et iniuste, licet sepius cum instancia debite requisiti in magnum dampnum et preiudicium dictorum decani, canonicorum et / capituli et ecclesie prefate. Quare petit dictus procurator dicto nomine per eos dominum auditorem et vestram diffinitivam sententiam pronunciari decerni et declarari dictam quartam ad dictos dominos decanum, canonicos et capitulum pertinuisse et pertinere debere et eis ad iudicandum fore et adiudicari et dictos priorem, fratres et conventum ad dandum / et solvendum prefatis dominis decano, canonicis et capitulo dictam quartam et ad cavendum ydonee quam dictam quartam in futurum solvent compellandos fore et per eos caveri et compelli et ad solvendum arreyragia ac per ipsos priorem, fratres et conventum de huius(modi) quarta parte funeralium relictorum datorum et donatorum et aliarum quarum/cumque obventionum defunctorum parochianorum dicte ecclesie Sancte Marie que parochialis et curata existit ad dictos dominos decanum et capitulum prefate ecclesie Sancte Marie spectantium sepultorum apud dictos priorem, fratres et conventum que extimat et ponit ad quatuor milia florenorum auri et ultra, vestra iudiciali taxatione semper salva, / condempnandos fore et condempnari et condempnatos ad predicta cogi et cum effectu compelli viis, iur(ibus) et remediis oportunis et alio in et super premissis et quolibet eorum petit sibi fieri iusticie complementum, petens predicta coniunctim et divisim et alio omni via, modo, forma et iure et causa quibus melius potest et debet / vestrum et(iam) officium humiliter implorando, salvo iure corrigendi et cetera. Quoquidem

libello per ipsum magistrum Iohannem pricuratorem sic, ut prefertur, oblato, nos instan(te) eodem magistro Iohnne procuratore prefatum magistrum Manfredum ex adverso procuratorem ad respondendum huius(modi) libello et litem super eodem contestandum vel dicendum et / causam rationabilem si quam habebat quare id fieri non debebat per certum domini nostri pape cursorem citari mandavimus et fecimus ad peremptoriam certam diem, in qua quidem die per magistros Iohannem de Lantiens e[x] parte una et Manfredum de Ferraria procuratores predictos procuratoriis quibus supra nominibus ex altera coram nobis in iudicio comparentes lite super / huius(modi) libello hinc inde legitime contestata, necnon ad mandatum nostrum et in nostris manibus sacrosanctis tactis scripturis per ipsos et eorum quemlibet sua propria manu dextera de calumpnia vitanda et veritate dicenda, tam super libello prescripto quam tota presenti causa cum singulis capitulis in et sub calumpnie iuramento contentis corporaliter prefatis / [iuramentis nos ad eiusdem magistri Iohannis procuratoris] instantem petitionem prefatis procuratoribus presentibus, audientibus et intelligentibus ac consencientibus ad ponendum et articulandum ponique et articulari videndum in huius(odi) causa duximus certum peremptorium terminum prefigendi. Quoquidem termino sic pendente, dicto domino Urbano papa quinto / viam universe carnis ingresso ac sanctissimo in Christo patre et domino nostro domino Gregorio divina providentia papa undecimo ad apostolice summum apostolatus assumpto, idem dominus noster papa Gregorius nobis et aliis sacri palacii causarum auditoribus commisit et mandavit ut omnes et singulas causas nobis per prefatum felicis recordationis dominum Urbanum papam / quintum seu eius auctoritatem commissas in eodem statu in quo tempore obitus eiusdem existebant resumeremus et in eisdem procederemus, prout iusticia suaderet, postmodum autem causa et cause huius(modi) per nos huius(modi) commissionis ac mandati in statu predicto resumptis subsequenter comparentes in iudicio coram nobis successive magistri Manfredus de Ferraria ex parte una et Iohannes de Lantiens procuratores predicti procuratoriis nominibus quibus supra ex altera, idem magister Manfredus procurator satisfaciendo huius(modi) termino pro parte sua positiones et articulos verbo exhibuit et produxit prefatusque magister Iohannes procurator volens aciam huius(modi) termino satisfacere nonnullas positiones et articulos / in quantum articuli existent(es) per certum domini nostri pape cursorem ibidem presentem citari mandavimus et fecimus ad peremptoriam certam diem. In qua die comparentibus successive in iuditio coram nobis magistris Manfredo de Ferraria ex parte una et Iohanne de Lantiens procuratoribus predictis procuratoriis quibus supra nominibus ex altera, ipsoque magistro Manfredo / procuratore nonnullas exceptiones generales contra predictos positiones et articulos partis adverse verbotenus proponente et faciente ut prefato magistro Iohanne procuratore quasdam excepriones in scriptis eciam contra positiones et articulos dicte partis adverse exhibente et producente. Nos instante eodem magistro Iohanne procuratore presente ac petente prenominatum magistrum Manfredum / ex adverso procuratorem cui eciam terminum assignavimus ad producendum et produci videndum omnia et singula iura, acta, litteras, scripturas, instrumenta et munimenta quibus uti et se iuvare volebant in presenti causa per quendam ex dicti domini nostri pape cursoribus citari mandavimus et fecimus ad certum peremptorium terminum competentem. In quo

quidem termino / per dictos magistros Iohannem de Lantiens ex una parte et Manfredum de Ferraria procuratores predictos procuratoriis quibus supra nominibus ex altera coram nobis in iuditio successive comparentes nonnullis iuribus, actis, litteris, scripturis, instrumentis et munimentis partium ipsorum et cuiuslibet eorundem in huius(modi) causa verbo(tenus) exhibitis hinc inde ac productis, nos ad eiusdem magistri / Iohannis procuratoris instantia, petitionem magistrum Manfredum ex adverso procuratorem predictum ad dicendum et opponendum quidquid dicere seu opponere volebat verbo aut in scriptis contra huius(modi) producta per certum domini nostri pape cursorem citari mandavimus et fecimus ad peremptoriam certam diem. Quaquidem die adveniente, comparentes successive et iudicialiter coram / nobis magistri Iohannes de Lantiens quasdam exceptiones contra producta partis adverse in huius(modi) causa exhibita produxit atque dedit ex parte una et Manfredus de Ferraria procuratores predicti procuratoriis quibus supra nominibus generales exceptiones contra huius(modi) producta partis adverse eciam proposuit atque fecit ex altera nosque tunc instante eodem magistro Iohanne / procuratore magistrum Manfredum procuratorem predictum ad declarandum et declarari videndum quidquid partes hinc inde in presenti causa declarare vellent per quendam ex dicti domini nostri pape cursorem citari mandavimus et fecimus ad peremptorium certum terminum condecentem quem eciam eidem magistro Iohanni procuratori presenti et petenti pro parte sua statuimus et assi/gnavimus tunc ad idem. In quo termino comparentibus successive in iuditio coram nobis magistris Manfredo ex una et Iohanne procuratoribus predictis procuratoriis quibus supra nominibus ex altera ipsoque magistro Manfredo procuratore satisfaciendo huius(modi) termino dictos positiones et articulos partis sue verbotenus et generaliter declarante, ut prelibato magistro Iohanne nonnullas decla/rationes positionum et articulorum partis sue predictorum in scriptis dante et exhibente, nos ad antedicti magistri Iohannis procuratoris instantem petitionem prelibatum magistrum Manfredum procuratorem ad dicendum et obiciendum quidquid dicere seu obicere vellet verbo aut in scriptis contra huius(modi) declarationes per ipsum magistrum Iohannem procuratorem datas per certum domini / nostri pape cursorem citari mandavimus et fecimus ad peremptoriam certam diem. In qua quidem die comparentes successive et iudicialiter coram nobis magistri Manfredus de Ferraria quasdam exceptiones generales contra huius(modi) declarationes partis sibi adverse verbotenus proposuit atque fecit ex parte una ac Iohannes de Lantiens procuratores predicti procuratoriis / quibus suora nominibus nonnullas exceptiones eciam contra dictas declarationes partis adverse in scriptis exhibuit atque dedit ex altera, deinde nos ad discreti viri magistri Iohannis de Merliano in Romana curia et per Dominicum Iuliani prefatum predictorum dominorum decani et capituli ecclesie Sancte Marie de Utino principalium procuratorem ad huius(modi) causam substitutum / prout de ipsorum procuratorum procurationis et substitutionis mandatis nobis legitime extitat(is) facta fides magistrum Manfredum ex adverso procuratorem supradictum ad concludendum et concludi videndum vel dicendum et causam rationabilem si quam habebat allegandum quare in huius(modi) causa concludi non debebat per quendam ex dicti domini nostri pape cursoribus citari man/davimus et fecimus ad peremptorium terminum condecentem eundem terminum ad idem prefato magistro Iohanni procuratori

presenti et petenti pro parte sua nichilominus statuendo, in quoquidem termino comparente in iuditio coram nobis magistro Iohanne de Merliano procuratore substituto predicto procuratorio nomine quo supra dicti magistri Manfredi ex adverso procuratoris / citati non comparentis nec causam rationabilem quare in huius(modi) causa concludi non deberet allegare curantis contumaciam accusante ipsumque cuntumacem reputari et in ipsius contumaciam satisfaciendum huius(modi) termino iuxta ipsius assignationem in presenti causa per nos concludi cum instantia postulan(tis) et quantum in ipso erat concludente in eadem, nos dictum magistrum / Manfredum ex adverso procuratorem citatum ut prefertur non comparentem, nec huius(modi) termino satisfacientem et debite expectatum reputan(tem) prout erat merito contumacem, in ipsius contumaciam una cum prenominato magistro Iohanne procuratore concludente et per nos secum concludi petente in huius(modi) causa conclusimus ac habui/mus pro concluso subsequenter vero nos instante eodem magistro Iohanne procuratore substituto et petente prefatum magistrum Manfredum de Ferraria ex adverso procuratorem ad videndum et audiendum per nos in huius(modi) causa diffinitivam ferri et promulgari sententiam per certum domini nostri pape cursorem citari mandavimus et fecimus ad diem et horam / inferius adnotatos, quos eciam eidem magistro Iohanni procuratori presenti et petenti pro parte sua statuimus et assignavimus tunc ad idem. Quibus quidem die et hora advenientibus comparens in iuditio coram nobis magister Iohannes de Merliano procurator substitutus predictus procuratorio nomine quo supra prefati magistri Manfredi de Ferraria ex adverso procuratoris / citati non comparentis, nec huius(modi) termino satisfacere curantis contumaciam accusavit ipsumque contumacem reputari et in ipsius contumaciam diffinitivam pro parte sua in huius(modi) causa ferri sententiam et contra partem sibi adversam iuxta et secundum tenorem et conclusionem libelli partis sue prescripti in huius(modi) causa oblati per nos cum instancia / postulavit eosdem adversarios in expensas factas condempnari petendo. Nos Hugo auditor prelibatus prenominatum magistrum Manfredum ex adverso procuratorem citatum ut premittitur non comparentem nec huius(modi) termino satisfacere curantem, licet sufficienter et usque ad horam debitam expectatum, reputavimus quo ad actum huius(modi) exigente iusticia / merito contumacem et in ipsius contumaciam visis tamen primit<t>us et diligenter per nos inspectis omnibus [et] singulis iuribus, actis, litteris, scripturis, instrumentis, attestationibus et munimentis tam coram nobis in huius(modi) causa quam eciam prefato domino Guillelmo auditore habitis, exhibitis et productis eisque per nos diligenti et matura prehabita deliberatione recensitis de / dominorum coauditorum nostrorum consilio et assensu, quibus eciam de huius(modi) cause merito relationem plenariam fecimus et fidelem ad nostram diffinitivam proferendam sententiam duximus procedendum eamque [4] iuxta ea que vidimus et cognovimus et que nunc cognoscimus et videmus in scripturis tulimus et presentibus f(eri)mus in hunc modum, Christi nomine invo/cato, pro tribunali sedentes et habentes pre oculis solum Deum, de dominorum coauditorum nostrorum consilio et assensu per hanc nostram diffinitivam sententiam in hiis scriptis pronunciamus, decrevimus et declaramus dictam

[4] *Si scorge un* pro *che sembra essere stato eraso.*

quartam ad dictos decanum, canonicos et capitulum pertinuisse et perinere debere et eis adiudicandum fore et adiudicamus dictosque priorem, fratres et conventum / ad dandum et solvendum prefatis decano, canonicis et capitulo dictam quartam integraliter iuxta formam Clementine super cathedram de sepulturis, condempnandos fore et condempnamus eosdemque priorem, fratres et conventum in expensis litis al(iter) factis legitime condempnantes, quarum taxationem nobis reservamus, in quorum omnium et singulorum fidem / et testimonium presentes nostre diffinitive sententie littere seu presens publicum instrumentum ipsam nostram diffinitivam sententiam in se continentes seu continens per Petrum de Aguerra notarium publicum nostrumque et huius(modi) cause coram nobis scribam infrascriptum subscribi et publicari mandavimus nostrique sigilli appensione iussimus communiri, lecta, lata et in scripris pro/mulgata sint presens nostra diffinitiva sententia per nos Hugonem auditorem prefatum Avinionensi in palatio causarum apostolico in quo iura redduntur nobis inibi manus, hora causarum ad iura reddend(a) in loco nostro solito pro tribunali sedentem, sub anno a nativitate Domini millesimo trecentesimo septuagesimo primo, indictione nona, die veneris vicesimaoctava mensis marcii, / pontificatus sanctissimi in Christo patris et domini nostri domini Gregorii divina providentia pape undecimi predicti anno primo, presentibus discretis viris magistris Alberto de Mediolano, Bernardo de Bugneto in Romana curia procuratoribus, Henrico O[n]d[in]eti[5] et Anthonio Petri de Fractis cleric(is) Remensis et Gaietane diocesium notariis publicis scribisque nostris testi/bus ad premissa vocatis specialiter et rogatis.

S. T. Et me Petro de Aguerra clerico Baionensis diocesis publico apostolica auctoritate notario ac dicti domini Hugonis auditoris et huius(modi) cause coram eo scriba, qui suprascripte diffinitive sententie in scriptis pronunciationi et prolationi ac omnibus aliis et singulis premissis dum per ipsum dominum auditorem et coram / eo fierent et dicerentur una cum prenominatis testibus presens fui et ea aliis negociis prepeditus per alium scribam feci signoque meo consueto una cum appensione sigilli domini auditoris supradicti signavi in veritatis testimonium omnium et singulorum premissorum.

[Sigillo pendente in plica deperdito]

[5] *Si propone questa integrazione su lettere evanide mediante confronto con l'escatolcollo del doc. n° 6.*

5.

1371 marzo 28, Avignone, nel palazzo apostolico degli auditores causarum

Verbale d'udienza e sentenza definitiva emessa dall'uditore delle cause presso il Palazzo apostolico Ugone (de Febvre) nella vertenza riguardante il quartese dei funerali tra la collegiata di S. Maria maggiore di Udine da una parte e la chiesa e il convento di S. Francesco de intra di Udine dei Frati Minoriti. La sentenza è in favore del capitolo di S. Maria agente.

Originale membr., mm 628x,529 con plica di mm 57. A.C.A.U., *Pergamene capitolari*, vol. IV, n° 5.
ATTERGATI: di mano forse del sec. XIV "1371 Prima sentencia lata contra fratres minores"; di altra mano del sec. XIV, in corsiva notarile "In causa fratrum minorum". Di mano del sec. XVII "in materia quartae funeralium". In lapis di mano del sec. XX "5 IV volume".
Il supporto scrittorio è buone condizioni di conservazione, benché le tre pliche abbiano rovinato la scrittura, senza però compromettere la leggibilità del testo. L'inchiostro è bruno scuro, bene evidente. Ai margini sinistro e destro si rilevano i fori per la rigatura del testo. Nella plica si scorgono i due fori del sigillo pendente deperdito.
La scrittura è l'usuale corsiva notarile utilizzata nella Curia romana, di grande effetto calligrafico, posata e di minute dimensioni.
REGESTI E EDIZIONI: .

In[1] nomine Domini, amen. Dudum felicis recordationis dominus Urbanus papa quintus pontificatus sui anno octavo ad supplicationem et instanciam sindici ac procuratorum venerabilium et discretorum virorum dominorum decani, canonicorum et capituli curati ecclesie Sancte Marie de Utino Aquilegensis diocesis causam et causas / appellationis et appellationum pro parte religiosorum virorum locumtenentis custodis patrie Foroiulii, gardiani seu loci fratrum capituli ac conventus Sancti Francisci ordinis minorum de Utino dicte diocesis coniunctim et divisim interposite ac interpositarum a nonnullis gravaminibus eisdem per reverendum in Christo patrem ac cominum dominum Petrum / episcopum Tervisinum conservatorem et iudicem dictis dominis decano, canonicis et capitulo prefate ecclesie curate Sancte Marie de Utino a sede apostolica specialiter deputatum illatis et factis in causa et causis que coram eodem domino episcopo conservatore et iudice vertebatur et vertebantur inter dictos dominos decanum, canonicos et capitulum agentes ex / parte una ac locumtenentem custodem patrie Foroiulii gardianum fratres et conventum monasterii seu loci Sancti Francisci ordinis minorum de Utino dicte Aquilegensis diocesis defendentes coniunctim vel divisim de et super Clementina super cathedram et contentas in eadem seu Clementine predicte et contentorum in ea occasione ex altera, necnon / eciam negocii et negociorum principalium coniunctim vel divisim venerabili et circumspecto viro domino Guillelmo Noeleti utriusque iurisi doctori archidiacono Carnotensi, capellano suo suique sacri palacii causarum apostolici auditori commisit audiendam et audiendas, decidendam et decidendas

[1] *La* I *maiuscola iniziale è allungata, potenziata e ornata; la* n *è allungata e ornata.*

ac fine debito terminand(am) cum emergentis, incidentis, dependentis et / connexis maxime cum dictis appellationibus fuisset et esset delatum terminusque ad ipsas appellationes presentandas in Romana curia prefixus et assignatus cuiusquidem commissionis vigore idem dominus Guillelmus auditor in causa et causis huius(modi) rite et legitime procedentes ad discreti viri domini Dominici de Basalgypenta dictorum dominorum decani, / canonicorum et capituli curate ecclesie Sancte Marie de Utino principalium procuratoris instancia religiosum virum fratrem Ludovicum quondam Uliani ordinis minorum et prefatorum religiosorum virorum gardiani monasteri sive loci fratrum capituli et conventus Sancti Francisci ordinis minorum predicti procuratorem de quorum mandato eidem domino Guillelmo auditori / legitime fidem fecerunt per publica documenta ad dicendum et porponendum quicquid dicere seu proponere volebat verbo aut in scriptis contra predictam commissionem eidem domino Guillelmo auditori factam citari mandavit et fecit per certum domini nostri pape cursorem ad peremptoriam certam diem. Postmodum vero Romana curia de Civi/tate Viterbiensi de mandato ipsius domini Urbani pape quinti predicti ad civitatem Avinionensem translata ac prefato domino Guillelmo auditore de eadem civitate absentato, memoratus dominus Urbanus papa quintus causam et causas huius(modi) propter ipsius domini Guillelmi auditoris absentiam nobis Hugoni Fabri decretorum doctori capellano commensali suo / ipsiusque sacri palacii causarum auditori commisit audiendas, resumendas et fine debito terminandas cum emergentis, incidentis, dependentis et connexis vigore cuius commissionis nos in causa huius(modi) procedend(um) instante magistro Iohanne de Lentiens in Romana curia et per dictum Dominicum de Basalgypenta ipsorum dominorum decani, canonicorum et capituli princi/palium ad huius(modi) causam procuratorem substitutum magistrum Manfredum de Ferraria eciam in dicta curia et locumtenentis, custodis, gardiani, fratrum et conventus monasterii sive loci Sancti Francisci ordinis minorum de Utino ex adverso principalium supradictorum procuratorem, de quorum procuratorum substitutionis et procuratoris mandato in / actis in presenti causa habitis legitime constabat auque constat ad dicendum opponendum quidquid deicere seu opponere vellet verbo aut in scriptis contra commissionem predictam nobis factam citari mandavimus et fecimus ad peremptoriam certam diem, in qua quidem die comparentibus successive in iudicio coram nobis magistris Manfredo de / Ferraria nonnullas exceptiones generales contra predictam commissionem verbotenus proponente et faciente ex parte una et Iohanne de Lantiens procuratoribus predictis procuratoriis quibus supra nominibus ex altera, nos ad eiusdem magistri Iohannis procuratoris instanciam prefatum magistrum Manfredum ex adverso procuratorem ad resu/mendum et resumi videndum causam seu causas huius(modi) in eo statu in quo coram prefato domino Guillelmo auditori remanserant vel dicendi et causam rationabilem, si qua, habebat, allegandum quare huius(modi) cause resumi non debebant per certum domini nostri pape cursorem citari mandavimus et fecimus ad certum peremptorium terminum competentem / quem eciam eidem magistro Iohanni procuratori presenti ac petenti statuimus et assignavimus tunc ad idem in quo termino comparens iudicialiter coram nobis magister Iohannes de Lantiens procurator predictus procuratorio nomine quo supra dicti magistri Manfredi de Ferrariis procuratoris citati non comparentis nec causam seu causas huius(modi) re/sumi

curantis contumaciam accusavit ipsumque contumacem reputari in ipsiusque contumaciam causam et causas huius(modi) in eodem statu in quo [..][2] coram dicto domino Guillelmo remanserant resumi per nos cum instancia postulavit et quantum in ipso erat easdem resumpsit nosque dictum magistrum Manfredum procuratorem [citatum ut premittitur non][3] / comparentem nec huius(modi) terminum satisfacere curantem licet sufficienter et usque ad horam debitam expectatum, reputavimus quo ad actum huius(modi) exigente iusticia merito contumacem et in ipsius contumaciam una cum prefato magistro Iohanne procuratore resumente et per nos secum resumi petente causam seu causas huius(modi) resumpsimus ac habuimus / mediante iusticia pro resumptis et nichilominus instante eodem magistro Iohanne procuratore et petente prelibatum magistrum Manfredum ex adverso procuratorem ad dandum et recipiendum libellum sive petitionem summariam in huius(modi) causa per quendam ex dicti domini nostri pape cursoribus citari mandavimus et fecimus ad peremptoriam certam diem / qua eciam eidem magistro Iohanni procuratori statuimus tunc ad idem. In qua quidem die comparens in iuditio coram nobis successive magister Iohannes ex parte una et Manfredus procuratores predicti procuratoriis quibus supra nominibus ex altera, idem magister Manfredus satisfaciendo huius(modi) termino libellum sive petitionem summariam pro parte sua verbo ex/hibuit prefatusque magister Iohannes procurator volens eciam presenti termino satisfacere quendam libellum sive petitionem summariam pro parte sua primo verbo et postmodum in scriptis obtulit atque dedit tenorem qui sequitur continentem: Coram vobis venerabili viro domino Hugone Fabri domini nostri pape capellano ipsiuque sacri palacii causarum et cause / ac partibus infrascriptis auditore specialiter deputato proponit procurator et procuratorio nomine venerabilium virorum dominorum decani, canonicorum et capituli curate ecclesie Sancte Marie de Utino Aquilegensis diocesis contra locumtenentem, custodis patrie Foroiulii gardianum monasterii seu loci fratrum, capituli et conventus Sancti Francisci ordinis minorum / de Utino dicte Aquilegensis diocesis et dictum conventum et contra omnes et singulos alios quorum interest et sua putaverunt interesse eciam divisim et contra quamlibet personam pro eis seu eorum altero in iudicio intervenientem et dicit quod licet quarta pars funeralium et relictorum datorum et donatorum et aliarum quarumcumque obven/tionum defunctorum parochianorum dicte ecclesie Sancte Marie que parochialis et curata existit sepultorum apud ecclesiam et simiterium locumtenentis custodis patrie Foroiulii, gardiani monasterii seu loci fratrum capituli et conventus Sancti Francisci ordinis minorum predictorum et proveniencium ipsis locis et conventui et fratribus / eiusdem conventus distincte vel indistincte eciam ad quoscumque certos usus determinat(os) proveniencium eisdem occasione sepultorum apud dictos locumtenentem gardianum et fratres dicti conventus pertinueri(n)t et pertinea(n)t et pertinere debent ad dominos decanum pro tempore, canonicos et capitulum dicte ecclesie Sancte Marie maioris parochialis / et curate et quamvis plures et diversi parochiani utriusque sexus parochie dicte parochialis ecclesie fuerint et sint apud dictos fratres et eorum ecclesiam et conventum sepulti et inter ceteros Tobias de Cramariis, domina Altaflor filia

[2] *Lettere illeggibili a causa della plica.*
[3] *Lettere parzialmente illeggibili a causa della plica.*

dicti Thobie, dominus Utellus et Iohannes eius filius, Franciscus Claudus quondam domine Clare, / Odoricus quondam domini Gabrielis de Cremona, Franciscus quondam fratris Nassuti, Pascolutus mercator de Utino, Girardinus de foro veteri, Guillelmus olim domini Nicolucii de Usimpach eciam predicti et nonnulli alii relinquerunt et legaverunt dictis locumtenenti custodis patrie Foroiulii et conventui fratrum minorum et dictis fratribus / minoribus multas et diversas summas pecunie et res alias suis loco et tempore declarandis que ascendunt ad summam quatuor milia florenorum et ultra, dicti tamen locumtenens custodis patrie Foroiulii gardianus monasterii seu loci fratrum capituli et conventus Sancti Francisci ordinis predicti dictam quartam de obven/tionibus et funeralibus datis donatis ac relictis et aliis que ad eos occasione dictorum defunctorum apud eos sepultorum devenerunt, dictis decano, canonicis et capitulo dare et solvere recusarunt et recusant indebite et iniuste, licet sepius et cum instancia debite requisiti, in magnum dampnum et preiudicium dictorum decani, / canonicorum et capituli et ecclesie prefate, quare petit dictus procurator dicto nomine per vos dominum auditorem et per vestram diffinitivam sententiam pronunciari, decrevi et declarari dictam quartam ad dictos dominos decanum, canonicos et capitulum pertinuisse et pertinere debere et eis adiudicandum fore et adiudicari et dictos lo/cumtenentem custodis patrie Foroiulii, gardianum monasterii seu loci, fratres capitulum et conventum Sancti Francisci dicti ordinis ad dandum et solvendum prefatis dominis decano, canonicis et capitulo dictam quartam et ad cavendum ydonee quod dictam quartam in futurum solvent conpellandos fore et per eos ca(ver)i / et compelli et ad solvendum arreyragia et per ipsos locumtenentem custodis patrie Foroiulii, gardianum et fratres capitulum et conventum predictos de huius(modi) quarta parte funeralium relictorum datorum et donatorum et aliarum quarumcumque obventionum defunctorum parochianorum dicte ecclesie Sancte Marie que parochialis / et curata existit ad dictos dominos decanum, canonicos et capitulum prefate ecclesie Sancte Marie spectantium sepultorum apud dictos locumtenentem custodis patrie Foroiulii ac fratres et conventum predictos que extimat ad quatuor milia florenorum auri et ultra, vestra iudiciali taxatione semper salva, condempnandos fore et condemp/nari et condempnatos cogi et cum effectu compelli viis iuris et remediis oportunis et ab in et super premissis et quolibet eorum petit sibi fieri iusticie complementum, petens predicta eciam coniunctim et divisim et alia omni via, modo, iure, causa et forma quibus potest et debet vestrum eciam officium humiliter implorando / salvo iure corrigendi et cetera. Quoquidem libello per magistrum Iohannem procuratorem predictum ut prefertur oblato, nos ad ipius magistri Iohannis procuratoris petitionem prenominatum magistrum Manfredum ex adverso procuratorem ad (respo)ndendum huius(modi) libello per ipsum magistrum Iohannem procuratorem in huius(modi) causa oblato et litem super / eodem contestandum, necnon ad iurandum et deliberandum iurarique videndum tam super libello predicto quam tota presente causa de calumpnia vitanda et veritate dicenda cum singulis capitulis in et sub calumpnie iuramento contentis per certum domini nostri pape cursorem citari mandavimus et fecimus ad peremptorium terminum competentem / datisque postmodum per prefatum magistrum Manfredum procuratorem nonnullis ex[c]eptionibus in scriptis contra libellum supradictum ac deinde per magistros Iohannem de Lentiens ex una et

Manfredum procuratores predictos procuratoriis quibus supra nominibus parte ex altera coram nobis in iudicio comparentes lite / supe huius(modi) libello hincinde contestata, necnon de calumpnia vitanda et veritate dicenda tam super libello prescripto quam tota presenti causa cum singulis capitulis in et sub calumpnie iuramento contentis ad mandatum nostrum et in nostris manibus sacrosanctis manutactis scripturis per ipsos et eorum quemlibet ad sancta Dei / ev<v>angelia corporaliter prestitis iuramentis, nos instante eodem magistro Iohanne procuratore et petente dictis procuratoribus presentibus volentibus et espresse consencientibus ad ponendum et articulandum ponique et articulari videndum in huius(modi) causa certum peremptorium terminum conpetentem duximus statuendum, huius(modi) itaque termino sic pendente me/morato domino Urbano papa quinto de medio sublato ac sanctissimo in Christo patre ac domino nostro domino Gregorio divina providentia papa undecimo ad apicem summi apostolatus assumpto, prelibatus dominus noster dominus Gregorius papa undecimus nobis et aliis sacri palacii causarum auditoribus commisit et mandavit ut omnes et singulas / causas nobis per predictum felicis recordacionis dominum Urbanum papam quintum seu eius auctoritate commissas in eodem statu in quo tempore obitus sui existebant resumeremus et in ipsis procedmus prout iusticia suadetur, postmodum vero causa et causis huius(modi) per nos vigore dicte commissionis et mandati in dicto statu resumptis comparverunt / in iudicio coram nobis successive magistri Manfredus de Ferraria ex parte una et Iohannes de Lantiens procuratori predicti procuratoriis quibus supra nominibus ex altera, idem magister Manfredus procurator satisfaciendo huius(modi) termino pro parte sia positiones et articulos partis sue verbo exhibuit et produxit, dictus vero magister Iohannes procurator / volens eciam presenti termino iuxta ipsius assignationem satisfacere, nonnullos positiones et articulos pro parte sua in huius(modi) causa in scriptis dedit et produxit nosque tunc ad antedicti magistri Iohannis procuratoris petitione, et requisitionem magistrum Manfredum ex adverso procuratorem predictum ad respondendum huius(modi) positionibus per dictum / magistrum Iohannem procuratorem in huius(modi) causa datis in quantum positiones, necnon ad dicendum et excipiendum quidquid dicere seu excipere volebat verbo aut in scriptis contra dictos articulos in quantum articuli existebant per quendam ex dicti domini nostri pape cursorem citari mandavimus et fecimus ad peremptoriam certam diem. In qua quidem / die per magistros Manfredum de Ferraria nonnullis exceptionibus generalibus ac verbalibus contra dictos articulos partis adverse propositis atque factis ex una et Iohannem de Lantiens procuratores predictos procuratoriis quibus supra nominibus quibusdem exceptionibus in scriptis contra positiones et articulos adverse partis exhibitis et / productis parte ex altera, nos instante eodem magistro Iohanne procuratore et requirente cui eciam ad hoc terminum peremptorium statuimus et assignavimus, tunc ad idem magistrum Manfredum ex adverso procuratorem supradictum ad producendum et produci videndum omnia et singula iura, acta, litteras, scripturas, instrumenta et munimenta / quibus uti et se iuvare volebat in presenti causa per certum domini nostri pape cursorem citari mandavimus et fecimus ad peremptorium certum terminum competentem. Quo quidem termino adveniente comparentibus iudicialiter coram nobis successive magistris Iohanne de Lantiens ex una et Manfredo de Ferraria procuratoribus predictis procuratoriis /

quibus supra nominibus ex altera ipsique satisfaciendo huius(modi) termino iuxta ipsius assignationem omnia et singula iura, acta, litteras, scripturas, instrumenta et munimenta partis sue verbo exhibentibus et dantibus ac eorum quolibet dante et exhibente, nos ad eiusdem magistri Iohannis procuratoris instancia prenominatum magistrum / Manfredum procuratorem ad dicendum et opponendum quidquid dicere seu opponere vellet verbo aut in scriptis contra huius(modi) producta per quendam ex dicti domini nostri pape cursoribus citari mandavimus et fecimus ad peremptoriam certam diem, in qua die comparentes successive in iudicio coram nobis magistri Iohannes de Lan/tiens quasdam exceptiones contra producta huius(modi) partis sibi adversa in huius(modi) causa data in scriptis exhibuit atque dedit ex parte una et Manfredus de Ferraria procuratores predicti procuratoriis quibus nominibus exceptiones generales contra huius(modi) producta eciam partis sibi adverse proposuit atque fecit ex altera, nosque instan/te magistro Iohanne procuratore sepedicto magistrum Manfredum ex adverso procuratorem prenominatum ad declarandum et declarari videndum quidquid partes hincinde in huius(modi) causa declarare vellent per certum domini nostri pape cursorem citari mandavimus et fecimus ad peremptorium certum terminum condecentem eundem terminum ac actum huius(modi) prefato magistro Iohanni procuratori presenti pro parte sua statuentes, adveniente itaque huius(modi) termino per magistros Iohannem de Lantiens nonnullis declarationibus positionibus et articulos partis sue predictorum in scriptis exhibitis ex una et magistrum Manfredum procuratores predictos / procuratoriis quibus supra nominibus coram nobis in iuditio successive comparentes declarationibus generalibus ad positiones et articulos partis sue propositis atque factis parte ex altera, nos ad prelibati magistri Iohannis procuratoris petitionem supradictum magistrum Manfredum procuratorem ad dicendum et opponendum quidquid dicere seu / proponere vellet verbo aut in scriptis contra huius(modi) declarationes per eundem magistrum Iohannem procuratorem in presenti causa datas per quendam ex dicti domini nostri pape cursoribus citari mandavimus et fecimus ad peremptoriam certam diem, in qua die comparentibus successive in iuditio coram nobis magistris Manfredo de / Ferraria ex una parte et Iohanne de Lantiens procuratoribus predictis procuratoriis quibus supra nominibus ex altera ipsoque magistro Manfredo procuratore exceptiones verbales contra dictas declarationes partis adverse proponentem ac prefato magistro Iohanne procuratore quibusdam exceptionibus in scriptis contra declarationes / predictas adverse partis dante et exhibente, subsequent(er) nos ad discreti viri magistri Iohannis de Merliano in Romana curia et per dictum Dominicum Iuliani dictorum dominorum decani et capituli ecclesie Sancte Marie de Utino principalium procuratorum ad huius(modi) causam substitutum, de cuius substitutionis mandato apud acta / cause huius(modi) constabat eundem magistrum Manfredum ex adverso procuratorem ad concludendum et concludi videndum vel dicendum et causam rationabilem si qua haberet allegandum quare in presenti causa concludi non deberet per certum domini nostri pape cursorem citari mandavimus et fecimus ad peremptorium ter/minum condecentem, quem eciam eidem magistro Iohanni procuratori presenti pro parte sua statuimus et assignavimus tunc ad idem. In quo quidem termino comparens in iuditio coram nobis magister Iohannes de Meliano procurator predictus procuratorio nomine quo supra prenominati

magistri Manfredi ex adverso procuratoris citati non / comparentis nec causam rationabilem quare in presenti causa concludi non deberet allegare curantis contumaciam accusavit ipsumque contumacem reputari et in ipsius contumaciam in huius(modi) causa concludi per nos cum instancia postulavit et quantum in ipso erat conclusit in eadem nosque dictum / magistrum Manfredum ex adverso procuratorem citatum ut premittitur non comparentem, nec huius(modi) termino satisfacientem licet debite expectatum, reputavimus prout erat merito contumacem et in ipsius contumaciam in huius(modi) una cum prefato magistro Iohanne procuratore concludendum et per nos secum concludi petente conclusimus et habuimus medi/ante iusticia pro concluso. Postmodum vero nos, instante eodem magistro Iohanne de Merliano procuratore substituto, prenominatum magistrum Manfredum ex adverso procuratorem ad videndum per nos in huius(modi) causa diffinitivam promulgari et ferri sententiam per certum domini nostri pape cursorem citari mandavimus et fecimus / ad diem e horam infrascriptas, quos eciam eidem magistro Iohanni procuratori presenti pro parte sua statuimus et prefiximus tunc ad idem. Quibus siquidem die et hora adveniente comparente in iuditio coram nobis magistro Iohanne de Merliano procuratore substituto predicto procuratorio nomine quo supra et prefati magistri Manfredi ex adverso / procuratoris citati non comparentis nec huius(modi) termino satisfacere curantis contumaciam accusante ipsumque contumacem reputari et in ipsius contumaciam satisfaciendo huius(modi) termino diffinitivam pro parte sua et contra partem adversam iuxta et secundum tenorem conclusionis libelli partis sue prescripti in huius(modi) causa oblati per nos ferri sententi/am cum instancia postulante ac ipsos adversarios in expensis factis condempnari petente, nos Hugo auditor prefatus dictum magistrum Manfredum procuratorem citatum ut premittitur non comparentem nec huius(modi) termino satisfacere curantem licet diutius et usque ad horam debitam expectatum, reputavimus quo ad actum / huius(modi) exigente iusticia merito contumacem et in ipsius contumaciam visi primitus et diligenter inspectis omnibus et singulis iuribus, actis, litteris, scripturis, instrumentis et munimentis per predictas partes hincinde tam coram nobis in huius(modi) causa quam eciam coram dicto domino Guillelmo auditori habitis, exhibitis ac productis eis per nos cum diligen/cia eet maturitate recensitis de dominorum coadiutorum nostrorum consilio et assensu quibus eciam de huius(modi) cause meritis relationem plenariam fecimus et fidelem ad nostram difinitivam proferendam sententiam accessimus eamque iuxta ea que vidimus et cognovimus ac nunc cognoscimus et videmus in scriptis tulimus et ferimus in hunc modum / Christi nomine invocato pro tribunali sedentes et habentes pre oculis solum Deum, de dominorum coadiutorum nostrorum consilio et assensi per hanc nostram deffinitivam sententiam in hiis scriptis pronunciamus, decernimus et declaramus dictam quartam ad dictos decanum, canonicos et capitulum pertinuisse et pertinere debere et eis ad iudicandum fore et / adiudicamus dictosque locumtenentem custodis patrie Foroiulii gardianum fratres et conventum Sancti Francisci dicti loci de Utino ad dandum et solvendum prefatis decano, canonicis et capitulo dictam quartam integraliter iuxta formam Clementine super cathedram de sepulturis condempnandos fore et condempnamus eosdemque locum/tenentem gardianum fratres et conventum in expensis litis alio factis legitime condempnantes, quarum taxationem nobis reservamus.

In quorum omnium et singulorum fidem et testimonium presentes nostre diffinitive sententie litteras seu presens publicum instrumentum ipsam nostram diffinitivam sententiam in se continentes seu continens per Petrum de Aguerra / notarium publicum nustrumque et huius(modi) cause coram nobis scribam infrascriptum subscribi et publicari mandavimus nostrique sigilli appensione iussimus communiri. Lecta, lata et in scriptis pronunciata fuit huius(modi) nostra sententia diffinitiva per nos Hugonem auditorem prelibatum, Avinioni in palatio causarum apostolico in quo iura redduntur / nobis inibi mane hora causarum ad iura reddenda in loco nostro solito pro tribunali sedentem sub anno a nativitate Domini millesimo trecentesimo LXXXI°, indictione nona, die veneris vicesima octava mensis marcii, pontificatus sanctissimi in Christo patris et domini nostri domini Gregorii pape XI^{mi} predicti anno primo, presentibus honorabilibus et discretis viris ma/gistris Alberto de Mediolano, Bernardo de Bugneto in Romana curia procuratoribus, Henrico Ondineti et Anthonio Petri de Fractis clericis Remensis et Gaietane diocesium notariis publicis scribisque nostris testibus ad premissa vocatis specialiter et rogatis.

S. T. Et me Petro de Aguerra clerico Baionensis diocesis publico apostolica et imperiali auctoritate notario ac dicti domini Hugonis auditoris et huius(modi) cause coram eo scriba cui constat de rasuris factis in LXIII^{a} et sequentibus lineis usque ad LXVI lineam inclusive, quas errore non vicio approbo fore factas, qui suprascripte / diffinitive sententie in scriptis pronunciationi et prolationi ac omnibus aliis et singulis premissis dum per ipsum dominum ausitorem et coram eo dicentur et fierent una cum prenominatis testibus presens fui et ea aliis negociis propeditus per alium scribi feci signoque meo consueto una cum appensione sigilli / ipsius domini auditoris signavi in veritatis testimonium omnium et singulorum premissorum.

[sigillo pendente in plica deperdito]

6.

1371 ottobre 6, Udine, nel [refettorio] del convento di S. Pietro martire

Contratto di nozze tra Margarito q. ser Adalgerio Carniello da Chioggia e Margherita di Ragogna, rappresentata dallo zio paterno Zutto di Ragogna, in base al quale quest'ultimo s'impegna per la nipote alla celebrazione delle nozze entro la festa di s. Martino (11 novembre); ad altrettanto s'impegna Margarito. Contestualmente Margarito s'impegna di dotare Margherita con mille lire di piccoli veronesi e con tre paia di vesti nuove descritte nel contratto. In caso di premorte al marito di Margherita, senza discendenti legittimi, la dote potrà essere assegnata da Margherita a chi vorrà; nel caso di premorte alla moglie di Margarito, senza discendenti legittimi, la dote resterà a Margherita. Qualora esistano discendenti maschi legittimi, l'eredità di Margarito dovrà andare ripartita totalmente tra di loro. Nel caso esistano discendenti femmine, Margarito s'impegna a dotarle per le nozze; qualora esistano soltanto discendenti femmine, l'eredità paterna andrà equamente ripartita tra di loro, comprese le tre figlie di primo letto di Margarito. Consuete clausole di salvaguardia del contratto.

Originale membr., mm 369x269, A.C.A.U., *Pergamene capitolari*, vol. IV, n° 6.

ATTERGATI: di mano del sec. XIV "Instrumentum dotis domine Margarite uxoris condam ser Margariti". Di mano del sec. XVII, ma ortemente evanido "Pacta dotalia [Carnelli … domine Margarite de Ragonea]". Di mano del sec. XIX "1371 6 ottobre". In lapis di mano del sec. XX "6 IV volume".

Il supporto scrittorio è in buone condizioni di conservazione, salvo qualche lacerazione lungo i margini e una plica verticale nella II metà del supporto, che detrupa lo specchio grafico, senza per altro rendere illeggibile il testo. L'inchiostro è nero, non molto marcato, anche per la scrittura filiforme dello scriba.

La scrittura è una corsiva notarile standardizzata, piuttosto sottile nel tratto, di dimensioni ridotte, ma di notevole abilità professionale.

In[1] Christi nomine, amen. Anno a nativitate eiusdem Domini millesimo trecentesimo septuagesimoprimo, indic(t)ione nona, die sexto mensis octubris, Utini, actum in [reffic]/torio[2] fratrum predicatorum, presentibus honesto viro domino presbitero Ramachora condam ser Niculli de Sancto Daniele, nobili viro ser Zutto condam domini [3] de / Ragonea ac providis viris Martino condam <condam>[4] ser Iacomini de Paona, Erimano mercatore condam Dominici de Camino, Panthaleone aurifice condam / [5] de Utino et Nicolao condam Blasoti de Utino testibus ad hec vocatis et rogatis et aliis pluribus. Congregatis insimul ad honorem et / reverenciam omnipotentis Dei et eius genitricis viriginis gloriose partibus infrascriptis causa matrimonii contrahendi inter providum virum ser

[1] *La* I *maiuscola iniziale è allungata, potenziata e ornata. La* n *è allungata.*
[2] *Lettere leggibili con difficoltà a causa di gora d'umidità.*
[3] *Segue spazio bianco.*
[4] *Lapsus dello scriba.*
[5] *Segue spazio bianco.*

Margaritum / mercatorem Utini commorantem condam ser Adalgerii Carnelli de Clugia ex parte una et nobilem ser Zuttum de Ragonea testem supradictum nomine et vice / nobilis ac honeste domine domine Magarete eius neptis ac filie olim domini .. fratris ipsius ser Zutti parte ex altera prefatusque ser Zuttus tamquam / patruus ipsius domine Margarete iurans corporaliter ad sancta Dei evangelia tactis sacris scripturis eidem per me notarium infrascriptum debito / delato sacramento promisit predicto ser Margarito facere et curare cum effectu omni exceptione iuris vel facti remota quod ipsa domina Margareta eius / neptis usque ad festum sancti Martini proximum futurum supradictum ser Margaritum in suum sponsum et maritum legiptimum acipiet, iurabit et sponsabit / secundum Romanam ecclesiam, iura Aquilegensis ecclesie et laudabiles consuetudines patrie Foriiullii semel, [secundo][6] et terno ut moris est, et e converso / idem ser Margaritus tactis sacris scripturis iurans corporaliter ad sancta Dei evangelia eidem per me infrascriptum notarium debito delato sacramento promisit / prefato ser Zutto tamquam patruo ac nomine et vice ipsius domine Margarete et omnium quorum interesse poterit stipulanti et recipienti usque ad supradictum terminum, / videlicet proximum futurum festum sancti Martini, predictam dominam Margaritam in suam sponsam et uxorem legiptimam acipere, iure et sponsare secundum / Romanam ecclesiam, iura Aquilegensis ecclesie et consuetudines patrie Foriiulli semel, secundo et terno ut moris est et antiquitus observatum. Deinde / ibidem et immediate coram supradictis testibus et me notario infrascripto prefatus ser Margaritus per se suosque heredes et cum obligatione omnium suorum bonorum / presentium et futurorum predictam dominam Margaretam eius futuram uxorem dotavit in manibus predicti ser Zutti stipulantis et recipientis nomine et vice ipsius domine / Margarete eius neptis et omnium quorum interesse poterit[7] cum mille libris Veronensium parvorum, nec non promisit eidem ser Zutto stipulanti et recipienti nominibus quibus supra / preparare et fulcire ipsam dominam Margaretam tribus paribus indumentorum novorum, uno videlicet a varis, secundo a sindone et tercio a pellibus / vulpinis fulcitis pulcris et honorabilibus pro utraque parte. Hiis siquidem pactis habitis et solempnibus stipulantibus hinc inde videlicet inter predictum / ser Margaritum ex parte una et antedictum ser Zuttum stipulantem et recipientem nomine et vice ipsius domine Margarete suorumque heredum et omnium quorum / interesse poterit firmatis, videlicet imprimis quod si contingerit, quod absit, ipsam dominam Margaretam premori dicto ser Margarito eidem marito futuro sine / comunibus heredibus ex eis descendentibus et ad etatem legiptimam pervenientibus tunc ipsa domina Margareta supradictam eiusdem dotem super bonis dicti ser / Margaritis[8] dotantis ac omnia eius preparamenta ac nesia et iocalia dare, donare, legare, dimittere et relaxare possit cuicumque voluerit ac de ipsis / suam omnimodam facere voluntatem sine contraditione dicti ser Margariti dontantis. Et e converso si contingerit prefatum ser Margaritum premori dicte domine Marga/reta eius future uxori sine

[6] *Integrato su inchiostro evanido.*
[7] poterit *aggiunto nell'interlinea con segno d'inserzione sottostante.*
[8] *Rectius* Margariti.

comunibus heredibus <heredibus>[9] ex eis legiptime descedentibus ac supervenientibus, quod absit, tunc ipsa domina Margareta supradictam eius / dotem et preparamenta integre habere debeat super ipsius ser Margariti bonis sine contraditione dicti ser Margariti suorumque heredum seu alicuius alterius persone. / Item quod si contingerit ex ipsis futuris iugalibus nasci unum vel plures filios mascuolos, ipsi filius vel filii tot quot fuerint superviventes / post mortem dicti ser Margariti eorum patris et ad legiptimam etatem pervenientes ipsius ser Margariti eorum patris hereditatem totam integraliter habere / debeant, quos filios masculos nas[c]ituros idem ser Margaritus voluit et per pactum expressum ibidem coram supradictis testibus et me notario / infrascripto initum inter ipsum ser Margaritum ex parte una et prelibatum se Zuttum stipulantem et recipientem nomine et vice predicte domine Margarete eius neptis / et omnium quorum interesse poterit ex altera firmavit et dixit se velle esse heredes suos in omnibus bonis suis, dando tamen et consignando / filiabus ipsius ser Margariti tam natis quam nasituris tot quot fuerint dotes preparamenta et (iura) earum iuxta dispositiones et ordinationes dicti ser / Margariti. Et si non contingerit ex ipsis futuris iugal<l>ibus nasci filium vel filios masculos, sed filiam vel filias unam vel plures, tot / quot fuerint superviventes post mortem dicti ser Margariti earum patris, cum aliis tribus filiabus suis legiptimis quas habet ad presens in ipsius ser Mar/gariti hereditate tota sucedere debeant et ipsam hereditatem habere quas filias suas omnes legiptimas tam natas quam nas[c]ituras voluit. / Idem ser Margaritus et per pactum expressum ibidem ut supra inter ipsum et prelibatum ser Zuttum stipulantem et recipientem nominibus quibus supra initum firmavit / et dixit se velle esse heredes suos equaliter in omnibus bonis suis, renunciantes dicte partes nominibus antedictis exceptioni sic non factorum pactorum / doli, mali, conditioni sive causa contracti non sic celebrati omnique alio eorum legum et iuris auxilio tam canonico quam civili quo vel quibus / a contentis in hoc instrumento se modo aliquo deffendere vel tueri possent, promittentes quoque supradicti ser Margaritus et ser Zuttus sibi adinvicem / nominibus quibus supra ac iurantes corporaliter ad sancta Dei evangelia tactis scris scripturis in manibus mei notarii infrascripti ut publice persone stupulantis / et recipientis nomine et vice omnium quorum interest vel interesse poterit per se eorunque heredes et cum obligatione omnium suorum bonorum presentium / et futurorum supradicta omnia et singula in presenti instrumento contenta perpetuo habere firma, rata et grata et non contrafacere, dicere vel venire per / se vel alios aliqua ratione, dolo, ingenio sive causa de iure vel de facto sub pena dupli e(ius) de quo questio moveretur minus quinque / soldis Veronensium parvorum in singulis capitulis hius contractus stipulata et promissa, qua soluta vel non, presens instrumentum et omnia ac singula / in ipso contenta obtineant plenum robur atque perpetuam firmitatem.

S. T. Et ego Iohannes condam ser Pertoldi de Montegnacho Utini commorans publicus imperiali auctoritate notarius supradictis omnibus / et singulis interfui et rogatus scribere scripsi et publicavi meumque signum apposui consuetum in testimonium premissorum.

[9] *Evidente lapsus dello scriba.*

7.

1371 ottobre 6, Udine, Porta Cussignacco, nell'abitazione di Indriolla da Gemona testatrice

Testamento nuncupativo di Indriolla q. Pietro da Gemona e vedova di Mutto da Porta Cussignacco con il quale dispone che la sua sepoltura sia presso la chiesa di San Francesco de intra, alla quale lega annualmente 40 denari di affitto livellario, che il suo erede dovrà acquistare. Nomina suo erede universale il fabbro Stefano q. Bianco fabbro da Udine. Clausole consuete di salvaguardia.

Originale membr., mm 221x132 ca, A.C.A.U., *Pergamene capitolari*, vol. IV, n° 7.
ATTERGATI: di mano del sec. XIV "Testamentum Indriole de XL denariis legatis ecclesie Sancti Francisci". Di mano del sec. XIX "1371 6 ottobre". In lapis di mano del sec. XX "7 IV volume".
Il supporto scrittorio è in buone condizioni di conservazione. L'inchiostro è bruno intenso, bene leggibile
La scrittura è un'usuale corsiva notarile, di notevole pardonanza del gesto grafico, scorrevole eon ansia estetizzante (aste discendenti a gancio, lineole di abbreviazione lunghe e filiformi, accuratezza el tratto e regolarità nella distanza tra lettere e parole). Tracce di riquadratura al piombo dello specchio grafico.

In[1] Christi nomine, amen. Anno a nativitate eiusdem Domini millesimo trecentesimo / septuagesimo primo, indic(t)ione nona, die sexta mensis octubris, actum / Utini in porta Cusignaci in domo solite habitationis infrascripte testatricis, / presentibus venerabilibus viris dominis fratre Zanetto condam Paculutti / sartoris de Utino et fratre Salvatore condam Marchetti de Veneciis, / magistro Leonardo tamesario condam Petri de Utino, Leonardo condam / Blasii de Cusignacho Utini habitante, Nicolussio cerdone condam Nevoti / de Utino, Marcho cerdone condam Stephani de Utino et Dominico sartore / condam Petri Puçe de Utino testibus et aliis pluribus vocatis et ab ore / infrascripte testatricis rogatis. Domina Indriolla condam Petri de Glemona / et relicta al(ias) Mutti de via porte Cusignaci Utini habitans in dicta / porta Cusignaci Utini per gratiam Iesu Christi sana mente et sensu, / licet corpore languens, suarum rerum et bonorum omnium dispositionem / per presens nuncupativum testamentum sine scriptis in hunc modum facere procuravit. / In primis quidem sepulturam sui corporis sibi elegit apud ecclesiam / Sancti Francisci ordinis fratrum minorum de Utino et inter alia que in dicto / suo ultimo testamento legasset et ordinasset, tale fecit legatum / hiis verbis expressum, cui quidem ecclesie Sancti Francisci de / Utino legavit pro anima sua denarios Aquilegenses quadraginta de / livello emendos per heredem suum infrascriptum et perpetualiter annuatim / persolvendos ipsi ecclesie. In omnibus autem aliis suis bonis mobi/libus et immobilibus, iuribus et actionibus presentibus et futuris sibi heredem / instituit et esse voluit Stephanum fabrum condam Blanchi / fabri de Utino. Et hanc suam ultimam voluntatem asseruit esse / velle, quam valere voluit iure testamenti, et si iure testamenti / non valleret, valeat saltem iure codicillorum et cuiuslibet alterius / ultime voluntatis qua melius de iure valere et tenere possit.

[1] *La* I *maiuscola iniziale è allungata e potenziata.*

S. T. Et ego Ambrosius condam ser Alberti de Cuchanea / publicus imperiali auctoritate notarius predicti omnibus et singulis / interfui et rogatus scripsi meisque signo et nomine appositis / consuetis.

8.

1371 dicembre 1°, Attimis, nella casa comunale

Paolo q. Federico di Attimis vende a Flotino q. Izilino di Attimis al prezzo di 40 marche di denari aquileiesi, interamente versate e quietanzate con l'atto stipulato, i seguenti beni e diritti propri e feudali: la quarta parte di un manso sito in Pecollo sopra Corno, un appezzamento di terra pertinente alla quarta parte del detto manso, i diritti su un mulino posto sul Lagna, un livello su una selva situata a Riu maggiore del Corno. Consuete clausole di garanzia del negozio.

Originale membr., mm 475x116, A.C.A.U., *Pergamene capitolari*, vol. IV, n° 8.

ATTERGATI: assai evanido e forse di mano del sec. XVII "Aquisto del Pecol". ASI intravedono altre scritte, ma una gora d'umidità ne ha sbavato quasi del tutto l'inchiostro, rendendole illeggibili. Di mano del sec. XIX "1371 1 dicembre". In lapis di mano del sec. XX "8 IV volume".

Il supporto scrittorio è in discrete condizioni di conservazione: una lacerazione continua ne detrupa l'intero margine destro, rifilata e risarcita con un recente restauro. Vi è il sospetto che il supporto scrittorio sia stato tagliato lungo il margine sinistro. Entrambi i danni non intaccano il testo dell'atto. L'inchiosto è bruno intenso, assai marcato, anche per loe caratteristiche del gesto grafico.

La scrittura è una corsiva notarile usuale, corrente e piuttosto trasandata (mancato rispetto delle proporzioni e del rigo immaginario, tratto grossolano e sbavato, nagligenza nelle distanze tra lettere e parole). Il gesto grafico è corrente, marcato, quasi riferito a una tiplogia scrittoria precedente di molti decenni.

In[1] Christi nomine, amen. Anno eiusdem Domini millesimo tricentessimo septuagessimo primo, indic(t)ione nona, die / primo mensis decembris, presentibus venerabilibus presbitero Iacobo capelano in Povoleto, presbitero Maximo, / Philippo condam domini T(u)orri, Amadussio calcifice omnibus in Atemps conmorantibus testibus et aliis. / Dominus Paulus condam domni Federici de Atems ibidem cum voluntate et consensu Francisci eius / fili precio et foro quadraginta marcharum denariorum Aquilegensius, quod totum ibidem confessus fuit et con/tentus habuisse et recepisse coram me notario et testibus suprascriptis ac sibi datum solutum et numeratum / fuisse a Flotino condam domini Içilini de Atems, renuncianti exceptioni non habiti non recepti non / soluti non dati et non numerati sibi dicti precii tempore hius contractus et omni legum et iu/ris auxilio et omni alio suo iuri ram canonico quam civili cum quo se tueri vel deffendere posset / non per metum, errorem seu circumventionem aliquam, sed precio nominato dedit, vendidit atque / tradidit ac de feudo investivit, si feudum est, proprium iure proprii et feudum iure / recti et legalis feudi pro se suisque heredibus ipsi Flotino predicto recipienti et ementi pro se suis/que heredibus vel cui dare seu investire voluerit, quartam partem unius sui mansi positi in Pe/collo super Corneo, recti per Zonam condam Martini de dicto loco, et (omnem) suum terito/rium positum in monte p[re]fati pertinenti dicte quarte terre predicti mansi et omne ius / suum

[1] *La* I *maiuscola iniziale è allungata, potenziata e ornata.*

quod habet in uno molendino posito super Lagna recto per Mathiam condam Balç / de Purcis, et unum g(il)um iure livelli quem ei solvit dictus Mathias super / una silva in (Riu) maior de Corneo et omnia iura sua que habet in dictis locis / et bonis cum introitibus et exitibus suis usque in vias publicas cum semininimus, domibus, / ortis, curtis, baiarçibus, pratis, silvis, pascuis, paschulationibus, venationibus, / occhupationibus, pischationibus, (aluivis), vitibus, arboribus, fossatis, aquis ductibus / aquarumque decrusibus, terris cultis et incultis atque cum omni iure, actione, / actione, usu seu requisitione reali et personali utili et directa, tacita et expressa, / servitute, dominio et honore predictis bonis integre pertinere de iure vel de facto / ad habendum, tenendum, possidendum, dandum, donandum, vendendum, permutandum, obligan/dum, alienandum quod proprium est pro anima et corpore et omne eius faciendum voluntatem / et quidquid ei et suis heredibus deinceps placuerit faciendum absque omni contradictione / et impedimento dicti venditoris suorumque heredum vel alicuius alterius persone, salvo ta/men iure et consuetudine recti et legalis feudi quod feudum reperitur seu vasaltici / domini vel dominorum ad quem feudum istut de iure spectat, cum omnibus et singulis / que dicta bona habent supra se, infra seu intra se in integrum a celo usque ad abis/sum et si dicta bona valerent plus precio supradicto illud plus idem venditor pro se / suisque heredibus ipsi emptori et eius heredibus vel cui dederint pure et irrevocabili/liter donavit donationis nomine que dicitur inter vivos et nunc causa mortis non va/lens ipsam donationem nuòa ingratitudine, contrarietate seu causa revocare / et totum ius recti et legalis feudi, quod feudum est, investivit eundem / sicut predicta bona que quidem bona predicta se ipsius emptoris nomine preca/rie possidere contituit, donec de ipsis bonis corporalem acceperit possessionem quam / recipienti et retinendi deinceps licenciam omnimodam ei contulit atque dedit. / Quod feudum dictus venditor pro se suisque heredibus ipsi emptori et eius heredibus renun/ciare promisit in manu domini sive dominorum ad quem sive ad quos feudum / istut de iure spectat vel habet infra unum mensem postquam a dicto emptore vel / eius heredibus seu ab altero eorum fuerit requisitus et dare operam effichacem absque / suis bonis dandis bona fide quod domini vel dominus eum vel (eos) de dicto feudo in/vestiant. Qui emptor paratus fuit ipsi venditori sacramentum fidelita/tis et omagii facere tamquam vasallus facere tenetur domino suo quod sacramentum / dictus venditor pro gratia speciali remisit eidem non preiudicando rationi predicto / emptori et facere cum investitione et refutatione huiusmodi quidquid per / ipsum emptorem vel eius heredes precipietur eidem promittens stipulatione sol/lemni dictus venditor pro se suisque heredibus ipsi emptori et eius heredibus / vel cui dederit dicta bona ut dictum est ab omni homine, ecclesia, persona, / collegio et universitate legitime deffendere, auctoriçare et in sollidum / disbrigare ante omnem hominem et personam et numquam de dictis bonis litem / vel questionem aliquam facere vel movere, nec moveri consentire nec contra predicta / vel aliquid predictorum per se vel alium seu per interpositas personas aliter facere vel veni/re ratione aliqua, dolo, fraude, ingenio sive causa de iure vel de facto / sub obligatione omnium bonorum suorum presentium et futurorum et dampnorum omnium et ex/pensarum refectione, credendo de dampnis et expensis solo verbo supra/scripti emptoris sine sacramento, testibus vel alia probatione legitima ac et sub pena / dupli valoris predictorum bonorum

minus V sollidos parvulorum secundum quod pro tempore / plus valuerint vel fuerint meliorato, que vero pena cum omni effectu tociens / peti et exigi possit quociens contra factum fuerit, qua soluta vel non predicta, / hec omnia et singula suprascripta perpetuo firma sint et rata et presens / instrumentum suum perpetuo obtineat robur. Promisit insuper et stetit dictus ven/ditor pro se suisque heredibus ipsi emptori et eius heredibus vel cui da(rentur) dicta bona perpe/tuo deffendere, manutenere et disbrigare ante omnem hominem et personam / in racione(m) sub pena supradicta, datusque fuit per ipsum venditorem predicto emp/tori Amadussius testis suprascriptus nuncius tenute ad ipsum emptorem ponen/dum in tenutam et corporalem dictorum bonorum possessionem. Actum in Atemps, in domo comunis.

S. T. Ego Benevenutus de Utino impariali aucto/ritate notarius predictis omnibus interfui et rogatus / publice scripsi.

9.

1372 gennaio 7, Avignone, nel palazzo apostolico degli auditores causarum

Verbale di processo e sentenza emessa dall'uditore di cause Guglielmo de Gunello nella causa d'appello intrapresa dal convento di San Pietro martire dei Frati Predicatori di Udine contro la sentenza emessa da Ugone (de Febvre) nella causa tra il detto convento dei Frati Predicatori da una parte e il capitolo della chiesa collegiata di S. Maria di Udine dall'altra e riguardante il quartese dei funerali rivendicato dalla collegiata di S. Maria contro la chiesa e il detto convento domenicano. La sentenza è in favore del capitolo della collegiata.

Originale membr., mm 536x416, plica di mm 36, A.C.A.U., *Pergamene capitolari*, vol. IV, n° 9.
ATTERGATI: di mano del sec. XVII, assai evanido "Contra fratres predicatores". Di mano del sec. XVIII "Circa + funerum, legatorum, donatonum et cetera. Bulla sub pontificatu sanctissimi pape Gregorii XI". Di mano forse del sec. XIX "1371 7 gennaio". In lapis di mano del sec. XX "9 IV volume".
Il supporto scrittorio è in buone condizioni di conservazione e le quattro pliche originali non hanno alterato la scrittura e la leggibilità del testo. L'inchiostro è bruno scuro, bene marcato. Si intravedono le tracce della riquadratura dello specchio grafico. In plica sopravvive il filo di canapa marrone che legava il sigillo deperdito, attraverso i due fori.
La scrittura è l'usuale corsiva notarile adottata dalla Curia romana, calligrafica e regolare, molto curata e d'impatto estetico.
REGESTI E EDIZIONI: .

In[1] nomine Domini, amen. Pridem sanctissimus in Christo pater et dominus noster dominus Gregorius divina providentia papa undecimus ad supplicationem venerabilium et discretorum virorum dominorum decani et capituli / curate ecclesie Sancte Marie de Utino Aquilegensis diocesis causam et causas appellacionum interpositarum per discretum virum magistrum Manfredum de Feraria in Romana curia procuratorem ac procuratorem prioris et / fratrum domus ordinis predicatorum de Utino dicte Aquilegensis diocesis a quadam diffinitiva sententia contra ipsos priorem et fratres et por dominis decano et capitulo predictis lata per venerabilem et circumspectum virum dominum / Hugonem Fabri decretorum doctorem dicti domini pape capellanum et ipsius sacri palacii causarum auditorem in causa et causis que coram ipso domino Hugone auditore vertebantur inter dictos decanum et capitulum / ex parte una et priorem et fratres de et super Clementina super cathedram et contentis in eadem seu cuiuslibet ipsorum eciam divisim ex altera, nobis Guillelmo de Gunello legum doctori canonico Parisiensi domini / nostri pape capellano et predicti palacii causarum auditori comisit, audiendas, decidendas et fine debito terminandas cum omnibus emergentibus, incidentibus, dependentibus et connexis cuius comissionis vigore et pre/textu nos in causa huius(modi) procedere

[1] *La* I *maiuscola iniziale è allungata, potenziata e ornata.*

volentes ad instantiam discreti viri magistri Iohannis de Merliono in Romana curia procuratoris ac procuratoris legitimi dominorum decani et capituli dicte ecclesie Sancte Marie de Utino / principalium predictorum prout de ipsius magistri Iohannis procuracione et mandato pro dominis decano et capitulo principalibus predictis, nobis extitit legitime facta fides citari peremptorie mandavimus et fecimus per / quendam dicti domini pape cursorem discretum virum magistrum Manfredum de Feraria procuratorem fratrum domus ordinis predicatorum de Utino principalium predictorum prout de ipsius magistri Manfredi procuracione / et mandato pro fratribus domus ordinis predicatorum principalibus predictis in actis huius(modi) cause constat ad dicendum et opponendum, si quid dicere et opponere vellet, contra comissionem predictam nobis, ut premittitur, / factam in hac causa ad certum terminum competentem. In quoquidem termino comparente in iudicio coram nobis magistro Manfredo de Feraria procuratore predicto et contra predictam comissionem nonnullas exceptiones / proponente, nos ad instanciam magistri Iohannis procuratoris antedicti coram nobis in iudicio comparentis ad dandum et recipiendum libellum seu peticionem summariam in huius(modi) causa magistris Manfredo et Iohanni procuratoribus / antedictis coram nobis in iudicio constitutis et eorum cuilibet nomine partis sue assignavimus certum peremptorium terminum competentem. In quo termino comparentes in iudicio coram nobis magistri Manfredus libellum / alio pro parte sua datum in huius(modi) causa coram domino Hugone Fabri auditori predicto et Iohannes procuratores supradicti quendam alium libellum obtulerunt cuiusquidem libelli per magistrum Iohannem procuratorem predictum superius producti / tenor talis est: Coram vobis venerabili viro domino Guillelmo de Gunello domini nostri pape capellano et ipsius sacri papacii causarum et cause ac partibus infrascriptis auditori specialiter deputato proponit procurator procuratorio nomine / dominorum decani, canonicorum et capituli ecclesie Sancte Marie de Utino Aquilegensis diocesis contra priorem fratres et conventum monasterii seu loci Sancti Petri martiris ordinis predicatorum de Utino dicte diocesis et contra omnes / et singulos alios quorum interest se qui putaverint interesse coniunctim et divisim et contra quamlibet personam pro eis et eorum altero in iudicio legitime intervenientem et dicit quod licet in causa que in dicto / sacro palacio coram venerabili viro domino Hugone Fabri extitit inter ipsas partes ventilata de et super quarta obventionum funeralium datorum, relictorum legatorum, donatorum et aliarum quarumcumque obventionum / que ad eos fratres et conventum occasione defunctorum parochianorum dicte ecclesie Sancte Marie, que parochialis et curata extitit, sepultorum et sepeliendorum apud dictam ecclesiam et cimiterium dictorum fratrum / et conventus obvenierunt et in futurum obvenient et eorum occasione fuerit et sit bene et solenniter per ipsum dominum Hugonem auditorem ac eciam fuerit et sit per eum bene sententiatum, pronunciatum et diffinitum fueritque per eum / lata diffinitivam sententiam in favore dicti capituli et contra prefatos priorem, fratres et conventum tamen pro parte dictorum prioris, fratrum et conventus ab ipsa sententia, licet male fuit appellatum ipsiusque appellationis causa vobis / prefato domino auditori comissa extitit, quare petit dicus procurator dicto nomine per vos dominum auditorem antedictum pronunciari decrevi et declarari per prefatum dominum Hugonem fuisse et esse bene et legitime processum ac eciam per / eum fuisse et esse bene sententiatum et iuste pronunciatum

et diffinitum eiusque sententiam confirmandam fore et per vos confirmari et pro parte dictorum prioris, fratrum et conventus fuisse et esse male appellatum de et super premissis / sibi fieri iusticie complementum et premissa omnia et singula petit dictus procurator dicto nomine omni meliori modo, iure, via et forma quibus melius potest una cum expensis factis et protestat(is) de faciend(is), / salvo sibi dicto nomine iure addendi et cetera, quibus libellis, sic ut premittitur, oblatis, nos instante magistro Iohanne procuratore predicto coram nobis in iudicio constituto ad respondendum libellis predictis et ad / litem contestandum et contestari videndum et ad deliberandum et iurandum ac iurari videndum de calumpnia et veritate dicenda cum omnibus capitulis in calumpnie iuramento contentis super dictis / libellis et in tota huius(modi) causa vel ad dicendum et allegandum causam quare hec fieri non deberent magistris Manfredo et Iohanni procuratoribus antedictis coram nobis in iudicio comparentibus et eorum cuilibet nomine / partis sue statuimus et ecam assignamus certum peremptorium terminum competentem. In quo termino comparente in iudicio coram nobis magistro Iohanne procuratore predicto et magistri Manfredi procuratoris supradicti non comparentis / nec libello suo predicto rendere curantis contumaciam accusante ipsumque contumacem per nos reputari petente, nos magistrum Manfredum procuratorem predictum non comparentem, nec dicto libello rendere curantem debite / tamen expectatum, reputavimus quo ad actum huius(modi) exigente iusticia contumacem et ad ipsius magistri Iohannis procuratoris instanciam citari mandavimus et fecimus per quendam ex dicti domini nostri pape cursorem magistrum Manfredum / procuratorem predictum ad respondendum libello predicto sub pena excommunicationis et deinde ad dicendum et allegandum causam quare non debet excommunicari per nos et excommunicatus publice nunciari pro eo quod dicto libello respondere / non curabat ad certos peremptorios terminos competentes cum dierum competentibus intervallis. Postmodum per magistros Manfredum de Ferraria et Iohannem de Melliano procuratores supradictos coram nobis in iudicio constitutos / super predictis libellis litte legitime contestata ac per eosdem procuratores super huius(modi) libellis et in tota huius(modi) causa de calumpnia et veritate dicenda cum omnibus capitulis in calumpnie iuramento contentis ad sancta Dei ev/angelia per ipsos et eorum quemlibet in nostris manibus tacta corporalibus solitis prestitis iuramentis, nos de ipsorum magistrorum Iohannis de Melliano et Manfredi de Ferraria procuratorum predictorum ad ponendum et arti/culandum ac poni et articulari videndum in huius(modi) causa eisdem procuratoribus et eorum cuilibet nomine partis sue statuimus et eciam assignavimus certum peremptorium terminum competentem. In quoquidem termino comparentibus in iudicio / coram nobis magistris Iohanne de Melliano ex parte una et Manfredo de Ferraria procuratoribus supradictis ex altera et per quemlibet ipsorum procuratorum omnibus et singulis posicionibus et articulis al(iter) in prima huius(modi) cause instancia / datis verbo repetitis coram nobis et de novo productis, nos huius(modi) posicionum et articulorum copiam hinc et inde decernentes ad dicendum et opponendum quicquid dicere et opponere vellent procuratores predicti contra articulos / predictos in quantum articuli et ad rendendum posicionibus huius(modi) in quantum posiciones existebant eisdem procuratoribus et ipsorum cuilibet nomine partis sue assignavimus certum peremptorium terminum

competentem[2]. In quo termino per quemlibet magistrorum Man/fredi de Ferraria et Iohannis de Melliano procuratorum coram nobis in iudicio comparentium contra posiciones et articulos partis alterius nonnullis exceptionibus exhibitis atque productis, nos instante magistro Iohanne de / Melliano procuratore predicto ad declarandum et declarari videndum posiciones et articulos in causa huius(modi) repetitos et de novo productos magistris Manfredo de Ferraria et Iohanni de Melliano procuratoribus antedictis coram nobis / in iudicio constitutis statuivimus et assgnavimus certum terminum[3] peremptorium competentem. Quoquidem termino sic pendente et magistro Iohanne de Melliano procuratore antedicto prout Deo placuit viam universe carnis ingresso, / constitutus in iudicio coram nobis discretus vir magister Iacobus de Civitate Austria quondam Turet procurator dominorum decani et capituli principalium predictorum, prout in actis huius(modi) cause constat per quoddam publicum instrumentum / per ipsum magistrum Iacobum exhibitum et productum, substituit loco sui discretum virum magistrum Neapoleonem de Forlivio in dicta Romana curia procuratorem et nos ad ipsius magistri Neapoleonis procuratoris substituti coram / nobis in iudicio comparentis instantiam citari peremptorie mandavimus et fecimus per quendam dicti domini pape cursorem magistrum Manfredum de Ferraria procuratorem predictum ad declarandum et declarari videndum posiciones et articulos in causa / huius(modi) repetitos atque datos ad certum terminum competentem. In quo termino comparentibus in iudicio coram nobis magistris Neapoleone ex parte una et Manfredo de Ferraria procuratoribus supradictis ex altera et per quemlibet ipsorum procuratorum non/nullis posicionum et articulorum suorum declarationibus exhibitis et productis, nos procuratoribus ipsis et eorum cuilibet nomine partis sue ad dicendum et opponendum, si quid dicere et opponere vellent, contra declarationes partis alterius certum competentem / terminum duximus peremptorie statuendum. In quo comparente in iudicio coram nobis magistro Neapoleone de Forlivio procuratore predicto et magistri Manfredi de Ferraria procuratoris antedicti non comparentis nec contra declarationes partis / ipsius magistri Neapoleonis dicere curantis contumaciam accusante ipsumque contumacem reputari per nos petente etiam eius contumaciam contra declarationes partis magistri Manfredi procuratoris predicti nonnullas exceptiones produ/cente, nos magistrum Manfredum procuratorem predictum non comparentem nec contra declarationes partis ipsius magistri Neapoleonis dicere curantem debite tamen expectatum reputavimus quo ad actum huius(modi) exigente iusticia contumacem / et eundem magistrum Manfredum nomine quo supra instante magistro Neapoleone procuratore predicto citari peremptorie mandavimus et fecimus per quendam dicti domini pape cursorem ad producendum et produci videndum omnia acta, iura, instrumenta, litteras / et alia munimenta quibus dicte partes uti vellent et intenderent in huius(modi) causa ad certum terminum competentem. In quo comparente in iudicio coram nobis magistro Neapoleone procuratore predicto et magistri Manfredi de Ferraria procuratoris antedicti / non comparentis nec aliquid pro parte sua producere curantis contumaciam

[2] certum peremptorium terminum competentem *scritto con caratteri di grandezza inferiore allo standard del documento.*
[3] terminum *aggiunto nell'interlinea con segno d'inserzione sottostante.*

accusante ipsumque contumacem reputari per nos petente et in eius contumaciam omnia et singula acta actitata, iura, instrumenta, litteras et alia munimenta al(iter) in prima huius(modi) / cause instancia pro parte sua exhibita et producta verbo repetente coram nobis et ea de novo producente, nos magistrum Manfredum de Ferraria procuratorem predictum non comparentem nec aliquid pro parte sua producere curantem debite tamen expectatum reputavi/mus quo ad actum huius(modi) exigente iusticia contumacem et ad ipsius magistri Neapoleonis procuratoris coram nobis in iudicio comparentis instanciam citari mandavimus et fecimus per quendam dicti domini pape cursorem magistrum Manfredum de Ferraria / procuratorem antedictum a dicendum et opponendum, si quid dicere et opponere vellet, contra per ipsum magistrum Neapoleonem procuratorem repetita et producta in huius(modi) causa ad certum peremptorium terminum competentem. In quo termino comarente in iudicio coram / nobis magistro Neapoleone procuratore predicto et magistri Manfredi de Ferraria procuratoris antedicti non comparentis nec contra huius(modi) repetita et producta dicere curantis contumaciam accusante ipsumque contumacem per nos reputari petente, / nos magistrum Manfredum procuratorem predictum non cpmarentem nec contra repetita et producta ipsa dicere curantem debite tamen expectatum reputavimus quo ad actum huius(modi) exigente iusticia contumacem et ad ipsius magistri Neapoleonis procuratoris / coram nobis in iudicio comparentis instanciam citari mandavimus et fecimus per quendam ex dicti domini pape cursoribus magistrum Manfredum de Ferraria procuratorem supradictum ad concludendum et concludi videndum in huiusmodi causa ad dicendum et al/legandum causam rationabilem, si quam idem magister manfredus haberet rationabilem, quare hoc fieri non deberet ad peremptoriam certam diem. In qua die constitutus in iudicio coram nobis magister Neapoleo paorcuator predictus magistri Man/fredi de Ferraria procuratoris antedicti non comparentis contumaciam accusavit ipsumque contumacem reputari et in eius contumaciam in causa huius(modi) concludi et pro concluso per nos cum instanciam petiit et quantum in eo fuit pro parte / sua conclusit in eadem et nos magistrum Manfredum de Ferraria procuratorem supradictum non comparentem debite tamen expectatum, reputantes quo ad actum huiusmodi exigente iusticia contumacem in eius contumaciam cum magistro / Neapoleone procuratore predicto in causa huiusmodi, ut premittitur, concludente ac concludi et pro concluso haberi petente conclusimus et in ea habuimus mediante iusticiam pro conluso. Postmodum constitutus in iudicio coram nobis magister / Neapoleo procurator predictus quandam peticionem summariam in scriptis obtuit et produxit cuius tenor talis est: Procurator et procuratorio nomine venerabilium virorum dominorum decani, canonicorum et capituli ecclesie Sancte Marie de Utino Aquilegensis diocesis / declarando libellum datum in causa vertente inter predictos decanum, canonicos et capitulum ex parte una et priorem, fratres et conventum monasterii seu loci Sancti Petri martiris ordinis predicatorum de Utino Aquilegensis diocesis de et super quartam funeralium / et aliorum et cetera ex altera datum in causa presenti pro parte dictorum decani, canonicorum et capituli et maxime in fine ipsius libelli ibi dum dixit et remediis opportunis et post illa verba et ante illa verba et al(io) in et super premissis addit hec / verba, videlicet una cum fructibus ex bonis immobilibus perceptis et qui percipi potuerunt dampnis interesse et expensis factis

et protestatur de fiendis. Tandem instante magistro Neapoleone procuratore predicto citari peremptorie / mandavimus et fecimus per quendam dicti domini pape cursorem magistrum Manfredum de Ferraria procuratorem sepedictum ad audiendum in caus huiusmodi diffinitivam per nos ferri sententiam ad diem inferius annotatam. In qua die comparens in iudicio coram nobis magister / Neapoleo procurator predictus magistri Manfredi de Ferraria procuratoris predicti non comparentis contumaciam accusavit ipsumque contumacem reputari et in eius contumaciam diffinitivam sententiam pro parte sua et contra parte magistri Manfredi procuratoris / supradicti ferri in huiusmodi causa per nos cum instancia petiit iuxta et secundum peticionem suam suprascripta. Et nos Guillelmus de Gunello auditor prefatus magistrum Manfredum de Ferraria procuratorem predictum non comparentem, debite tamen expectatum, / reputavimus quo ad actum huiusmodi exigente iusticia contumacem et in eius contumaciam visis, inspectis et cum diligentia recensitis omnibus et singulis actis actitatis, iuribus, instrumentis, litteris et aliis munimentis tam coram domino Hugone Fabri / auditori predicto quam eciam coram nobis in causa huiusmodi factis, habitis, exhibitis et productis, auditis eciam et plenius intellectis omnibus et singulis que dicte partes coram nobis in iudicio dicere, proponere et allegare voluerunt verbotenus et in scriptis / factaque super hiis omnibus et singulis dominis coauditoribus nostris dicti palacii relacione plenaria et fideli ac cum ipsis et nobiscum super hiis deliveratione diligenti perhabita per ea que vidimus et cognoscimus et que nunc cognoscimus et / vidimus, Christi nomine invocato pro tribunali sedente et habente pre oc<c>ulis solum Deum, de dominorum coauditorum nostrorum consilio et consensu per hanc nostram diffinitivam sententiam in hiis scriptis pronunciamus, decrevimus et declaramus per / venerabilem virum dominum Hugonem Fabri coauditorem nostrum predictum in causa huiusmodi bene et legitime fuisse et esse processum, sententiatum et difinitum ipsiusque domini Hugonis auditoris sententiam confirmandam fore et eam confirmamus et pro parte prioris, fratrum / et conventus predicatorum ab ipsius domini Hugonis auditoris sententiam male et perperam fuisse et esse appellatum condempnantes insuper priorem, fratres et conventum predictos in fructibus perceptis et in expensis in causa huiusmodi coram nobis legitime factis / quarum expensarum taxationem nobis imposterum reservamus. In quorum omnium testimonium presentes nostre diffinitive sententie litteras seu presens publicum instrumentum scribi et per Gobinum Iohannis Manisse de Ranavilla notarium publicum et / cause huiusmodi scribam atque nostrum infrascriptum publicari mandavimus et sigilli nostri fecimus appensione muniri. Lecta, lata et in scriptis pronunciata fuit nostra prescripta diffinitiva sententia per nos Guillelmum de Gunello auditorem / supradictum Avinioni in palacio causarum apostolico, in quo eiusdem palacii causarum auditores ad iura reddenda sedere conseverunt, nobis ibidem mane, hora causarum loco nostro solito pro tribunali sedentibus. Sub anno a nativitate Domini / millesimo CCC^{mo} septuagesimosecundo, indictione decima, die mercurii septima mensis ianuarii, pontificatus sanctissimi in Christo patris et domini nostri domini Gregorii pape XI supradicti anno secundo, presentibus discretis viris magistris Iohanne de / Ulmonte, Albertolo de Mediolano in dicta Romana curia procuratoribus, Petro Morolli et

Iohanne Pourceleti clericis notariis publicis et scribis nostris testibus ad premissa vocatis specialiter et rogatis.

S. T. Et ego Gobinus Iohannis Manisse de Ranavilla Remensis diocesis publicus apostolica et imperiali auctoritate notarius ac domini Guillelmi de Gunello auditoris predicti et cause huiusmodi / scriba suprascripte diffinitive sententie recitationi, lectioni et in scriptis prolationi ac omnibus aliis et singulis per dominum Guillelmum auditorem predictum et coram eo factis et / habitis una cum prenominatis testibus presens interfui premissaque aliis occupatus negociis per alium scribi feci et in hanc publicam formam redegi meoque / consueto sino signavi rogatus.

[Bulla pendens deperdita]

10.

1372 marzo 19, Avignone, nel palazzo apostolico degli auditores causarum

Verbale del processo e sentenza di cassazione emessa dall'uditore Roberto de Stracton nella causa di annullamento della sentenza di appello emessa dall'uditore Guglielmo de Gunello nella vertenza tra il convento di San Pietro martire dei Frati Predicatori di Udine da una parte e il capitolo della chiesa collegiata di S. Maria di Udine dall'altra riguardo il quartese dei funerali rivendicato dalla collegiata di S. Maria contro la chiesa e il detto convento domenicano. La sentenza è in favore del capitolo della collegiata.

Originale membr., mm 559x435 (plica mm 22), A.C.A.U., *Pergamene capitolari*, vol. IV, n° 10.
ATTERGATI: di mano del sec. XVII "1372 Contra Fratres Predicatores in materia quartae Funeralium"; di mano del sec. XIX "19 marzo". Di mano del sec. XX in lapis "10 IV volume".
Il supporto scrittorio è buone condizioni di conservazione, salvo un alone di polvere lungo il margine superiore e qualche piccolo foro in corrispondenza delle pliche. Tracce della plica centrale delle tre, ma senza intaccare la leggibilità del testo. L'inchiostro è nero opaco, di buona leggibilità.
La scrittura è la caratteristica notarile corsiva in uso alla Curia romana, con ansia di calligraficità, di forte impatto estetico (lineole d'abbreviatura filiformi e allungate, svolazzi a gancio nelle *g* e in alcuni segni d'abreviazione, come *que*, *-bus*, aste con accenno di banderuola nelle *l*, *b*, *d*). Equilibrato il rapporto tra asse verticale e orizzontale, tra aste e corpo delle lettere.
Presenza della plica di sigillatura, con duplice foro e filo di canapa verde; sigillo pendente deperdito.

In[1] nomine Domini, amen. Pridem sanctissimus in Christo pater et dominus noster dominus Gregorius divina providencia papa undecimus ad supplicationem procuratoris prioris fratrum et conventus monasterii seu loci Sancti Petri martiris / ordinis predicatorum de Utino Aquilegensis diocesis causam appellationis interposite per partem suam a quadam diffinitiva sententia lata, ut dicebatur, per venerabilem virum dominum Guillelmum de Gunello ipsius sacri pala/cii causarum auditorem contra dictos priorem, fratres et conventum et pro decano, canonicis et capitulo collegiate et curate ecclesie Sancte Marie de Utino dicte Aquilegensis diocesis, causa que coram eodem domino Guillelmo / auditore inter dictos priorem, fratres et conventum de et super quarta funeralium et rebus aliis et communi seu cuiuslibet communi occasione coniunctim vel divisim ex parte una et dictos decanum, canonicos et capitulum ex / altera asserebatur ventilata et nullitat(is) processus habiti in causa eadem et sine prelibate et tocius negocii principalis coniunctim et divisim nobis Roberto de Stracton(e) legum doctori capellano suo et ipsius / sacri palacii causarum auditori audiendum et fine debito terminandum commisit cum anexis, emergentibus, dependentibus et connexis. Cuius siquidem commissionis vigore nos Robertis auditor prefatus in causa huiusmodi rite et le/gitime procedentes ad discreti viri magistri Manfredi de Ferraria in Romana curia ac prioris, fratrum et conventus monasterii seu loci Sancti Petri

[1] *La* I *maiuscola iniziale è allungata, potenziata e ornata.*

principalium predictorum procurator prout de suo procuratorio mandato ex actis huiusmodi / cause nobis extitit, facta plena fides petitionem et instanciam magistrum Neapoleonem de Forolivio eciam in dicta Romana curia ac decani, canonicorum et capituli ex adverso procuratorem ad dicendum / et opponendum quitquid dicere aut opponere vellet contra commissionem nobis, ut premittitur, factam per quendam domini nostri pape cursorem citari mandavimus et fecimus ad certum terminum tunc expressum, deinde / idem dominus noster papa ad supplicatione procuratoris et sindici dictorum decani, canonicorum et capituli collegiate et parochialis ecclesie Sancte Marie de Utino Aquilegensis diocesis principalium predictorum causam et causas appellationis seu appellationum interposite seu inter/positarum comuniter vel divisim pro parte prioris, fratrum et conventus monasterii seu loci Sancti Petri martiris ordinis fratrum predicatorum de Utino dicte diocesis predictorum a quadam diffinitiva sententia lata contra dictos fratres pro parte / dictorum decani, canonicorum et capituli per venerabilem virum dominum Guillelmum de Gunello auditorem antedictum in causa seu causis que vertebatur circam eo inter dictos decanum, canonicos et capitulum ex parte una et dictos fratres / eorumque monasterium conventus locum predictos de et super Clementina super cathedram et contentis in eadem et comuni occasione ex altera, nobis Roberto auditori prefato commisit audiendam et audiendas et fine debito terminandam / et terminandas cum emergentibus, dependentibus et connexis. Qua commissione sic, ut premittitur, nobis facta constitutus coram nobis magister Neapuleo procurator predictus nomine quo supra prout de suo procurationis / mandato in presentis cause actis clare liquet ad cuius instanciam ad dicendum et opponendum quitquid dicere vellet aut opponere verbo aut in scriptis contra commissionem supra descriptam magistrum Manfredum de Ferraria pro/curatorem antefatum per certum ipsius domini pape cursorem citari mandavimus et fecimus ad certum peremptorium terminum competente. In quo termino comparente in iudicio coram nobis magistro Neapulione procuratore predicto nomine quo supra / et magistri Manfredi de Ferraria partis sibi adverse procuratoris antedicti non comparentis ne cuiusmodi termino satisfacientis contumaciam accusante, nos eundem magistrum Manfredum procuratorem non comparentem, debite tamen expecta/tum, reputavimus prout erat exigente iusticia contumacem, in eius contumaciam ipsum citari mandavimus et fecimus per quendam domini nostri pape cursorem ad dandum et recipiendum libellum seu peticionem summariam / in hac causa ad peremptoriam certam diem, similem diem ad actum eundem dicto magistro Neapulioni procuratori petenti et parti sue nichilominus prefigendo. Qua quidem die adveniente, comparens in iudicio coram nobis magister Neapu/lio procurator supradictus procuratorio nomine quo supra dicti magistri Manfredi de Ferraria procuratoris ex adverso non comparentis contumaciam accusans ipsum contumacem reputari per nos postulando et petendo, in eius contumaciam hodierno termino / satisfaciendo quendam libellum seu peticionem summariam exhibuit et produxit sub hiis verbis: Coram vobis venerabili viro domino Roberto de Stracton(e) sacri palacii apostolici ac cause et partibus infrascriptis auditore per / dominum nostrum papam specialiter deputato proponit procurator et sindicus decani, canonicorum et capituli collegiate et parochialis ecclesie Sancte Marie de Utino Aquilegensis diocesis contra priorem, fratres et conventum monasterii seu loci Sancti / Petri martiris

ordinis fratrum predicatorum de Utino predictos et personam pro eis vel eorum altero legitime comparentem et dicit quod licet a quinquaginta tribus annic citra et maxime a tempore publicationis Clementine super / cathedram et per ipsa tempora continue de iure ad dictos decanum seu vicedecanum, canonicos et capitulum qui fuerunt pro tempore et hodie sunt pertinuerint atque spectaverint et pertineant et spectent de presenti ratione dicte comuni ecclesie / parochialis et curate dicti loci castri seu terre de Utino predicto quarta pars de omnibus et singulis obventionibus tam funeralibus quam de quibuscumque et qualitercumque distincte vel indistincte / ad quoscumque certos terminatos vel indeterminatos usus relict(is), necnon de omnibus et singulis datis donatis relictis legatis qual(itercumque) in morte seu mortis articulo quocumque directe vel indirecte priori, / fratribus et conventui dicti monasterii seu loci fratrum predicatorum de Utino vel alii seu aliis pro eisdem per parochianos utriusque sexus dictorum decani, canonicorum et capituli in parochia dictorum decani, canonicorum et capituli vel / extra decedentes et sibi in ecclesia vel cimiterio claustro monasterio seu loco dictorum fratrum predicatorum de Utino predicto sepultura eligentes, videlicet de omnibus et singulis ornamentis et comuni causa ad fabricam pro luminaribus, / anniversariis, septimis, vigesimis, trigesimis et interpolatis ac continuatis dictorum diebus dotationibus capellarum et altarium sive ad divinum cultum et de bonis omnibus et singulis mobilibus et immobilibus et / generaliter de omnibus et singulis de quibus eisdem decano, canonicis et capitulo ac comuni occasione debetur quarta vigore prefate Clementine super cathedram et que quocumque et qualitercumque (secundum) tenorem, formam et mentem / dicte Clementine super cathedram colligi et elici possunt tacite vel expresse, tamen dicti prior, fratres et conventus dicti monasterii seu loci fratrum predicatorum ordinis fratrum predicatorum de Utino supradicto et qui pro tempore fuerint a tempore / publicationis dicte Clementine citra et qui nunc sunt quarta de omnibus et singulis supradictis et aliis in dicta Clementina vel eius (mente) conprehensis atque contentis decano seu vicedecano, canonicis et capitulo predictis / qui pro tempore fuerunt et qui nunc sunt dare et solvere denegaverunt et recusaverunt et hodie denegant et recusant contra dictam Clementinam in ipsorum periculum animarum et dictorum decani seu vicedecani, canonicorum et capituli et / dicte communi ecclesie dampnum et preiudicium non modocum et gravamine. Quare petit procurator et sindicus predictus quibus supra nominibus per vos dominum auditorem et vestram diffinitivam sententiam pronunciari decerni et declarari / dictos priorem, fratres et conventum dicti monasterii seu loci Sancti Petri martiris ordinis fratrum predicatorum de Utino predicto Aquilegensis diocesis fuisse et esse obligatos ad dandum et solvendum prefatis decano seu vicedecano, / canonicis et capitulo quartam de omnibus et singulis supradictis a tempore publicationis prefate Clementine super cathedram et modo et forma predictis et congendos et compellendos et cogi et compelli ad dandum / et solvendum quartam partem a tempore publicationis dicte Clementine de omnibus et singulis supradictis et modo et forma predictis et iuxta eiusdem Clementine tenorem et mentem et ad inviolabiliter obersvandum / in futurum dictam Clementinam et eius tenorem et mentem iusticia, mente et aliis pronunciari, decerni et declarari per dictum Guillelmum de Gunello sacri palacii auditorem bene, rite et legitime processum et sententiatum et pro parte

dictorum prioris, fratris et conventus / male perperam et iniuste appellatum fuisse et esse et al(iis) in et super premissis fi(eri) quod est iustum. Et predicta dicit et petit dictus procurator et sindicus nominibus quibus supra omni via, iure, modo et forma quibus melius potest et debet de iure cum fructibus / perceptis e qui percipi potuerunt de quarta parte immobilium a tempore publicationis dicte Clementinecitra ad dictos decanum seu vicedecanum, canonicos et capitulum pertinente et que temporibus supradictis pertinuit et cum dampnis, interesse et expensis / factis et protestatur de faciendis, salvo iure addendi, minuendi, mutandi, corrigendi et declarandi et cetera. Quo siquidem libello sic ut prefertur oblato et magistri Manfredi de Ferraria procuratoris supradicti contumacia accusata, nos eundem magistrum Manfredum procuratorem non conparentem nec huiusmodi termino satisfacientem reputavimus prout erat exigente iusticia contumacem, in ipsius contumaciam eum ad rendendum dicto libello et litem super eo contestandum et contestari videndum ac de ca[2] / calumpnia vitanda et veritate dicenda cum omnibus et singulis capitulis in et sub calumpnie iuramento contentis tam super prescripto libello quam tota huiusmodi causa iurandum et iurare videndum per quendam domini nostri pape cursorem citari mandavimus / et fecimus ad certum terminum tunc peremptorium competentem, eosdem diem et actum dicto magistro Neapulioni procuratori petenti et parti sue nichilominus assignando. Adveniente autem termino huiusmodi comparuit in iudicio coram nobis magister Neapulio procurator / predictus procuratorio nomine quo supra et magistri Manfredi ex adverso procuratoris prefati non comparentis contumaciam accusavit ipsumque per nos petiit contumacem reputari in eius contumaciam satisfaciendo termino huiusmodi pro parte sua narrata prout narratur / in libello partis sue antescripto dixit fore vera ac petita prout petuntur in eodem fieri debere animi litem contestandi ac ad mandatum nostrum et in nostris manibus de calumpnia evitanda et veritate dicenda cum omnibus et singulis capitulis et sub / calumpnie iuramento contentis tam super dicto libello quam tota huiusmodi causa sacrosanctis scripturis manu sua dextera tactis ad sancta Dei evangelia prestitis iuramentum, nos ad ipsius magistri Neaoplionis peticionem et requestam dictum magistrum Manfredum / de Ferraria procuratorem non comparentem nec presenti termino satisfacere curantem debite tamen usque ad horam debitam sufficienter expectatum, reputavimus prout erat exigente iusticia merito contumacem, in ipsius contumaciam eundem ad ponendum / et articulandum ponique et articulari videndum in hac causa per certum domini nostri pape cursorem citari fecimus et mandavimus ad certum terminum peremptorium competentem, eosdem terminum et actum predicto magistro Neapolioni procuratori eciam statuendo. Quo termino / adveniente conparente in iudicio coram nobis magistro Neapulione procuratore predicto procuratorio nomine quo supra et magistri Manfredi partis sibi adverse procuratoris predicti non comparentis nec ipsius diei termino satisfacientis contumaciam accusante ipsumque per nos / contumacem reputari petente et postulante et in ipsius contumaciam quibusdam positionibus et articulis in prima et secunda instanciis huiusmodi cause datis hic repetis et de novo verbo producent(is) exhibitis per eundem nos ad ipsius magistri Neapulionis /

[2] ca *evidente lapsus dello scriba.*

procuratoris peticionem et instanciam dictum magistrum Manfredum procuratorem, ut prefertur, non conparentem nec huiusmodi termino satisfacientem reputavimus quo ad actum et terminum exigente iusticia contumacem et in ipsius contumaciam eum citari mandavimus et fecimus / per quendam domini nostri pape cursorem ad dandum et opponendum quitquid dare vel opponere vellet contra articulos in quantum articuli et rendendum eisdem in quantum posiciones existentes ad peremptoriam certam diem. In qua die per magistrum Neapulionem procuratorem / antedictum coram nobis iudicialiter conparentem dicti magistri Manfredi ex adverso procuratoris non conparentis nec presentis diei termino satisfacere curantis contumacia accusata, nos eundem magistrum Manfredum procuratorem non conparentem, debite tamen / expectatum, reputavimus quo ad actum huiusmodi exigente iusticia contumacem et in eius contumaciam ad producendum et produci videndum omnia et singula iura, acta actitata, litteras, scripturas, instrumenta et alia munimenta quibus / ipse partes uti et se iuvare vellent in huiusmodi causa per quemdam domini nostri pape cursorem citari mandavimus et fecimus ad certa diem conpetentem, similem terminum ad actum eundem dicto magistro Neapulioni esse statuendo. Huius itaque die adveniente, / magistro Neapulione procuratore nomine antedicto coram nobis iudicialiter comparente ipsiusque magistri Manfredi partis sibi adverse procuratoris antedicti non conparentis contumaciam acc(us)ante et in eius contumaciam omnia et singula iura, instrumenta, / litteras et cetera munimenta pro parte sua in prima et secunda instanciis huiusmodi datis et productis in quantum ipsa pro eadem parte sua et contra partem sibi adversam facerent et facere possent han exhibente et verabliter de novo repetente / nos ad ipsius magistri Neapolionis procuratoris instancia eundem magistrum Manfredum procuratorem ad dicendum et opponendum quitquid dicere vel opponere vellet vel scriptis contra huiusmodi iura et munimenta per prefatum / magistrum Neapulionem procuratorem, ut prenarratur, exhibita et repetita per certum domini nostri pape cursorem citari mandavimus et fecimus ad certum terminum conpetentem, dicto tamen magistro Manfredo procuratore per nos primitus reputato / contumace. In quo termino comparuit in iudicio coram nobis magister Neapulio procurator predictus procuratorio nomine quo supra et magistri Manfredi ex adverso procuratoris antefati non conparentis contumaciam accusavit ipsum per nos contumacem reputari petendo, / ad cuius instanciam nos Robertus auditor prefatus eundem magistrum Manfredum procuratorem non comparentem nec huiusmodi termino satisfacere curantem reputantes prout erat exigente iusticia merito contumacem et in eius contumaciam / ad declarandum et declarari videndum posiciones et articulos supradictos per quendam domini nsotri pape cursorem citari mandavimus et fecimus ad certum terminum conpetentem, similem terminum ad eundem actum dicto magistro Neapulioni procuratori petenti ac parti / sue eciam statuendo. Quo termino adveniente magistro Neapulione procuratore predicto procuratorio nomine quo supra coram nobis in iudicio comparente dictique magistri Manfredi procuratoris partis sibi adverse supradicto[3] non conparentis contumaciam acc(us)ante / ipsumque per nos reputari contumacem petente et postulante et in ipsius contumaciam

[3] *Da intendere* supradicti.

nonnullis declarationibus pro parte sua in prima et secunda instanciis datis, exhibitis et productis hic de novo verbo repetenti nos supradictum magistrum Manfredum / procuratore, ut premittitur, non comparentem neque huiusmodi termino satisfacientem sufficienter tamen ad horam debitam expectatum, quo ad actum et diem huiusmodi prout erat reputavimus exigente iusticia merito contumacem, in eius contumaciam / ad dicti magistri Neapulionis procuratoris instanciam ac requestam eundem magistrum Manfredum ad dicendum et opponendum quitquid verbo vel in scriptis dicere vel opponere vellet contra huiusmodi declarationes antedictas per quendam domini nostri pape cursorem / citari mandavimus et fecimus ad certmu terminum competentem tunc expressum. In quo termino magistro Neapulione procuratore predicto procuratorio nomine quo supra coram nobis iudicialiter conparente magistrique Manfredi ex adverso procuratoris non comparentis contumacia / acc(us)ata ipsoque per nos contumace reputari petito et postulato, nos eundem magistrum Manfredum procuratorem non comparentem neque huiusmodi termino satisfacere curantem debite tamen expectatum, reputavimus quo ad actum huiusmodi prout erat exigente / iusticia contumacem in eius contumaciam ipsum ad eiusdem magistri Neapulionis procuratoris peticionem et instanciam ad concludendum et concludi videndum vel dicendum et allegandum causam rationabilem, si qua haberet, quare in hac causa concludi / non deberet per quendam domini nostri pape cursorem citari mandavimus et fecimus ad certam peremptoriam diem. Qua die adveniente comparens in iudicio coram nobis magister Neapulio procurator predictus procuratorio nomine quo / supra dicti magistri Manfredi partis sibi adverse procuratoris non comparentis contumaciam accusavit ipsumque per nos petiit contumacem reputari nosque predictum magistrum Manfredum procuratorem non conparentem neque presenti termino satisfacientem, / reputantes quo ad actum huiusmodi exigente iusticia contumacem, in eius contumaciam una cum dicto magistro Neapulione procuratore concludente et secum concludi per nos petente et postulante conclusimus et habuimus pro concluso / salva et retenta nobis potestate ipsam conclusionem revocandi si nobis videretur expedire et nichilominus ad ipsius magistri Neapulionis petitionem et instanciam dictum magistrum Manfredum ex adverso procuratorem ad audiendum / diffinitivam per nos in hac causa ferri sententiam per quendam domini nostri pape cursorem citari mandavimus et fecimus ad certam diem peremptoriam conpetentem, similem terminum et eundem actum dicto magistro Neapulioni procuratori petenti et parti / sue nichilominus statuendo. Adveniente itaque die et hora inferius adnotatis comparenteque in iudicio coram nobis magistro Neapulione procuratore predicto procuratorio nomine quo supra dictique magistri Manfredi partis sibi adverse procuratoris non / conparentis contumaciam accusante ipsumque per nos contumacem reputari et in eius contumaciam pro parte sua et contra parte sibi adversam antedictam iuxta et secundum conclusionem libelli seu peticionis sue summarie antescripte diffinitivam / in hac causa ferri sententiam petente et postulante, nos Robertus auditor prefatus eundem magistrum Manfredum de Ferraria procuratorem non conparentem nec huiusmodi termino satisfacientem sufficienter tamen usque ad horam debi/tam expectatum reputavimus quo ad actum et terminum antedictos prout erat exigente iusticia merito contumacem, in eius contumaciam visis primitus et

diligenter inspectis omnibus et singulis actis et actitatis, instrumentis, / litteris, iuribus aliisque munimentis tam in prima et secunda quam coram nobis in tercia instanciis huiusmodi cause habitis et productis eisque cum diligentia et maturitate recensitis, habitaque de et super hiis cum dominis coauditoribus nostris / consilio et deliberacione competenti facta eis de hiis omnibus et singulis relacione plena et fideli per ea que cognovimus et videmus et que nunc cognoscimus et videmus de dictorum coauditorum nostrorum dicti sacri palacii / causarum apostolici consilio et assensu ad nostram diffinitivam sententiam promulgandam processimus ac eciam tulimus et presentibus ferimus in hunc modum, Christi nomine invocato, pro tribunali sedentes et habentes pre oculis solum Deum / de dominorum coauditorum nostrorum consilio et assensu per hanc nostram diffinitivam sententiam in hiis scriptis pronunciamus, decernimus et declaramus per venerabilem virum dominum Guillelmum de Gunello coauditorem nostrum in hac causa bene et legitime / fuisse et esse processum sententiatum et diffinitum ipsiusque domini Guillelmi auditoris predicti sententiam confirmandam fore et eam confirmamus et pro parte prioris, fratrum et conventus predicatorum ab ipsius domini Guillelmi auditoris sententia / male et perperam fuisse et esse appellatum condempnantes insuper priorem, fratres et conventum predictos in fructibus perceptis a tempore dicte sententie late et in expensis in causa huiusmodi coram nobis legitime factis quare expensarum taxacionem nobis / imposterum reservamus. In quorum omnium fidem et testimonium presentes litteras seu presens publicum instrumentum ipsam nostram sententiam in se continentes seu continens ex inde fieri et per Waltherium de Weschale notarium publicum nostrumque et ipsius / cause coram nobis scribam infrascriptum subscribi et publicari mandavimus et nostri sigilli fecimus appensione muniri. Lecta, lata et in scriptis promulgata fuit hac presens nostra diffinitiva sententia Avinioni, in palacio apostolico causarum / in quo iura redduntur nobis in eo mane, hora causarum ad iura reddenda in loco nostro solito pro tirbunali sedentes, sub anno a nativitate Domini millesimo trecentesimo septuagesimosecundo, indictione decima, die / veneris decimanona mensis marcii, pontificatus sanctissimi in Christo patris et domini nostri domini Gregorii divina providentia pape undecimi predicti anno secundo, presentibus discretis viris magistris Thoma dicto Page, / Petro de Burtone ac Roberto de Bradegare clericis Norwicensis, Lichefeldensis et Cantuariensis diocesium notariis publicis scribisque nostris testibus ad premissa vocatis specialiter et rogatis.

S. T. Et ego Walterus de Westhale clericus Norwicensis diocesis publicus apostolica auctoritate notarius dictique domini Roberti auditoris et presentis cause coram eo scriba premissis omnibus et singulis / una cum prenominatis testibus presens fui ideo hoc presens publicum instrumentum exinde confeci quod aliis ocupatus negociis per alium scribi feci et singno[4] meo solito una cum / appensione sigilli eiusdem domini auditoris signavi rogatus in testimonium omnium premissorum.

[4] *Rectius* signo.

[Bulla pendens deperdita]

11.

1372 aprile 16, Avignone, nel palazzo apostolico degli auditores causarum

Verbale del processo e sentenza di condanna per il pagamento delle intere spese processuali emessa dall'uditore Roberto de Stracton a carico del convento di San Pietro martire dei Frati Predicatori di Udine, risultato soccombente in tutti i gradi di giudizio nella vertenza tra detto convento e il capitolo della chiesa collegiata di S. Maria di Udine e riguardante il quartese dei funerali rivendicato dalla collegiata di S. Maria contro il convento di S. Pietro.

Originale membr., mm 271x366 (plica mm 34), A.C.A.U., *Pergamene capitolari*, vol. IV, n° 11.
ATTERGATI: di mano del sec. XVII "Taxa expensarum trium sententiarum contra Fratres predicatores florenorum centum 1372"; di mano del sec. XIX "26 aprile". Di mano del sec. XX in lapis "11 IV volume".
Il supporto scrittorio è in discrete condizioni di conservazione: oltra ad alcune lacerazioni in corrispondenza della plica mediana, che danneggiano il testo, esso presenta anche una profonda lacerazione al margine destro, sempre in corrispondenza della plica mediana. Ulteriori danno sono arrecati dalla plica perpendicolare sinistra, che ha comportato un'usura del supporto scrittorio e quindi la perdita dell'inchiostro. L'inchiostro è nero, piuttosto carico e bene leggibile.
La scrittura del testo è una caratteristica usuale corsiva di tipo notarile in uso presso la Curia romana, con forte istanza di calligraficità. Il calibro è minuto assai, pur mantenendo notevole regolarità e rispettando il rigo immaginario. Regolari rapporti interni nelle lettere e intervalli tra parole. Evidentissima è l'altra mano che ha realizzato la *complectio*: di dimensioni sensibilmente maggiori, più corrente e irregolare; da ritenere si tratti dell'autografo del notaio, Walter di Westhall.
Si mantiene la plica per il sigillo; evidenti i due fori, ma privi sia del filo sia del sigillo, deperdito.

In[1] nomine Domini, amen. Dudum sanctissimus in Christo pater et dominus noster dominus Gregorius divina providentia papa undecimus ad supplicacionem procuratoris prioris, fratrum et conventus monasterii seu loci / Sancti Petri martiris ordinis predicatorum de Utino Aquilegensis diocesis causam appellationis interposite per partem dicti procuratoris a quadam sententia diffinitiva lata, ut dicebatur, per venerabilem virum dominum Guillelmum / de Gunello sacri palacii apostolici auditorem contra dictos priorem, fratres et conventum et pro decano, canonicis et capitulo collegiate et curate ecclesie Sancte Marie de Utino dicte Aquilegensis diocesis in causa que coram eodem / domino Guillelmo auditore inter dictos priorem, fratres et conventum ex una et decanum, canonicos et capitulum prefatos de et super quarta funeralium et rebus aliis in processu cause expressatis et eorum et cuiuslibet eorum occasione parte ex / altera ventilata asserebatur nobis Roberto de Strattone legum doctori capellano suo et ipsius sacri palacii causarum auditori commisi audiendum et fine debito terminandum cum annexis, emergentibus, dependentibus et connexis / cuiusquidem commissionis vigore nos in causa seu causis huiusmodi rite et legitime ad omnes et singulos actus neccessarios procedentes, servatis

[1] *La* I *maiuscola iniziale è allungata, potenziata e ornata.*

servandis, diffinitivam sententiam pro dictis dominis decano, canonicis et capitulo et contra prefatos priorem, / fratres et conventum protulimus per quam ipsos priorem, fratres et conventum in expensis in huiusmodi causa coram nobis legitime factis duximus condempnandos ipsarum expensarum taxacione nobis reservata prout hec et alia in sententia per nos lata / plenius continentur, consequenter autem dicto domino nostro pape exposito quod presens causa in palacio apostolico inter dictos decanum, canonicos et capitulum agentes ex una et priorem, fratres et conventum fratrum predicatorum de Utino predictos defen/dentes de et super contentis in Clementina super cathedram sive ipsorum contentorum occasione ex altera foret agitata, in qua causa tres sententie diffinitive pro parte dictorum decani, canonicorum et capituli et contra priorem, fratres et conven/tum prima per dominum Hugonem Fabri, secunda per dominum Guillelmum de Gunello et tercia per nos Robertum sacri palacii causarum auditores eciam cum condempnacione expensarum essent late et quod omnia acta dicte cause agitata tam coram / dominis Hugone et Guillelmo quam coram nobis auditoribus supradictis pene nos existerent et ut omnes circuitus evitarentur, idem dominus noster papa ad supplicacionem decani, canonicorum et capituli predictorum nobis Roberto auditori prefato taxa/ndas commisit expensas factas in dictis tribus instanciis in dicta causa occasione trium sententiarum prefatarum coram dominis auditoribus prelibatis. Qua commissione sic ut prefertur nobis facta, nos Robertus auditor prefatus sancte et iuste proce/dere cupientes ad discreti viri magistri Neapulionis de Forolivio in Romana curia et dictorum decani, canonicorum et capituli principalium procuratoris prout de eius procuratoris mandato constabat atque constat per publicum instrumentum instantiam / discretum virum magistrum Manfredum de Ferraria eciam in dicta Romana curia et dictorum prioris, fratrum et conventus ex adverso principalium procuratorem prout eciam de eius mandato in actis presentis cause constabat et constat ad / dicendum et opponendum quitquid dicere seu opponere vellet verbo vel in scriptis contra commissionem antedictam per quendam domini nostri pape cursorem citari mandavimus et fecimus ad certum terminum competentem. In quo ter/mino dicto magistro Neapulione procuratore procuratorio nomine antedicto coram nobis iudicialiter comparente et dicti magistri Manfredi ex adverso procuratoris non cpmparentis nec contra commissionem predictam quitquid dicere / vel opponere curantis contumaciam accusante et per nos contumacem reputari petente et postulante, nos ad ipsius magistri Neapulionis procuratoris peticionis instanciam dictum magistrum Manfredum ad videndum per nos taxa/ri expensas supradictas per quendam dicti domini nostri pape cursorem citari fecimus et mandavimus ad diem infrascriptam ipso magistro Manfredo per nos primitus contumace reputato ac ipsi magistro Neapulioni / eosdem diem et actum nichilominus duximus prefigendum. Adveniente siquidem die infrascripta comparuit in iudicio coram nobis magister Neapulio procuratori predictus procuratorio nomine quo supra et magistri / Manfredi de Ferraria partis sibi adverse procuratoris antedicti non comparentis nec dictas expensas taxari videre curantis contumaciam accusavit ipsiusque petiit reputari contumacem, in eius contumaciam per nos / taxari expensas antedictas. Nos itaque Robertus auditor prefatus dictum magistrum Manfredum procuratorem non comparentem ut prefertur, debite tamen expectatum, reputans exigente iusticia merito contu/macem, in eius contumaciam

predictas expensas videlicet in prima coram domino Hugone Fabri ad quinquaginta, in secunda coram domino Guillelmo de Gunello ad triginta, in tercia vero instanciis / coram nobis auditoribus supradictis factas ad viginti florenos [auri ... solvendos][2] et restituendos dictis dominis decano, canonicis et capitulo per dictos priorem, fratres et conventum [fratrum predi]/catorum[3] congrua moderacione previa taxandas duximus et presentibus eas taxamus recepto p[rimi]tus[4] per nos ab eodem magistro Neapulione procuratore et per eum in animas dominorum suorum in nostris manibus ad nostrum man/datum ad sancta Dei evangelia corporaliter tactis sanctis scripturis prestito iuramento quod tantum et amplius exposuerat et necessario exponere haberet in et pro causa antedicta, in quorum omnium et singulorum pre/missorum testimonium et fidem presentes nnostre taxacionis litteras sive presens publicum [instrumentum][5] ipsam taxacionem in se continens per Walterum notarium publicum infrascriptum confici, subscribi et publicari mandavimus nostrique sigilli appen/sione muniri taxate fuerunt huiusmodi expense per nos Robertum auditorem prefatum in Avenione, in palacio causarum apostolico, in quo iura reddentur, nobis in eo mane, hora causarum ad iura reddendum in loco / nostro solito pro tribunali sedentibus sub anno nativitate Domini millesimo trecentesimo septuagesimosecundo, indictione decima, die veneris decimasexta mensis aprilis, pontificatus autem sanctissimi in Christo / patris et domini nsotri domini Gregorii divina providencia pape undecimi predicti anno secundo, presentibus discretis viris magistris Thoma dicto Page, Roberto de Bradegare ac Petro de Burtone clericis Nor/wicensis, Cantuariensis et Lichefeldensis dicesium notariis publicis scribisque nostris testibus ad premissa vocatis specialiter et rogatis.

S. T. Et ego Walterus de Westhale clericus Norwicensis diocesis publicus apostolica auctoritate notarius prefatique domini Roberti / auditoris et presentis cause coram eo scriba premissis omnibus et singulis una cum prenominatis testibus presens interfui ideo / hoc presens publicum instrumentum exinde confeci et aliis ocupatus negociis per alium scribi et signo meo solito / una cum appensione sigilli eiusdem domini auditoris signavi rogatus in testimonium omnium premissorum.

[Bulla pendens in plica deperdita]

---

[2] *La presenza della plica mediana ha danneggiato il supporto scrittorio e quindi queto rigo di testo; si propone questa parziale restituzione.*
[3] *La presenza della plica mediana ha danneggiato il supporto scrittorio e quindi queto rigo di testo; si propone questa parziale restituzione.*
[4] *Si propone questa restituzione su inchiostro evanido.*
[5] *Si propone questa restituzione su inchiostro evanido.*

12.

1372 luglio 14, Gorizia, *sub baolis*

Verbale di deposizione testimoniale giurata resa al cospetto di Giovanni giudice di Gorizia, su mandato di Giovanni de Stahl rappresentante di Mainardo conte del Tirolo e di Gorizia, dai due testimoni Tomasino q. Paolo Voncogna q. Matteo de Chultcha riguardo i beni immobili reddituali della pieve di S. Giorgio di Lucinico, ora rivendicati dal pievano prete Giacomo contro gli illegittimi detentori, ossia gli eredi del precedente pievano di Lucinico, prete Leonardo, che li aveva ricevuti dal padre, prete Alberto da Gorizia, a sua volta pievano di Lucinico.

Originale membr., mm 211x174, A.C.A.U., *Pergamene capitolari*, vol. IV, n° 12.

ATTERGATI: di mano del sec. XVII "Carta Iacobi plebani plebis Sancti Georgii de Lucinico 1372"; di mano del sec. XIX "14 luglio". Di mano del sec. XVII, ma forse non la medesima della regestazione "Presbiter Antonius vicarius in Selchano. Chuculinus quondam Rotlebi gastaldio de Goritia. Ioannes iudex de Goritia. Meinardus Comes Goritiae. Albertus de Goritia olim plebanus Lucinici". Di mano del sec. XX in lapis "12 IV volume".

Il supporto scrittorio è discrete condizioni di conservazione. Presenta lacerazioni lungo il margine superiore a sinistra e lungo tutto il margine sinistro con gore e macchie d'acqua; tuttavia lo specchio scrittorio non viene mai intaccato. Tracce di rigatura la piombio per indicare i margini sinistro e destro dello specchio grafico. L'inchisotro è bruno chiaro, me sempre leggibile.

La scrittura è una usuale notarile della seconda metà del XIV secolo, filiforme e piuttosto posata. Le dimensioni sono minute e il rapporto tra corpo delle lettere e aste tende a essere superiore allo standard. Tendenza a tracciare gli occhielli delle aste a banderuola. Regolari gli spazi tra parole; canonici i nessi tra le lettere. Calligraficità.

Anno[1] Domini millesimo trecentesimo septuagesimo secundo, indicione decima, die quart/decimo mensis iulii, sub baolis ville Goricie, presentibus domino presbitero Antonio vicario in Celchano, / Leonardo condam .. de Rosaciis, Chuculino condam Ruotelbi gastaldionis de Goricia et Pizulo fabro / de dicto loco testibus et aliis, coram presencia domini Iohannis iudicis de Goricia habens prout asserebat / in mandatis a domino Iohanne de Stal vice et nomine magniffici et potentis domini domini Meinhardi / incliti comitis Goricie et Tyrolis audiendi et examinari faciendi Thomasinum condam Pauli et Voncho/gnam condam Mathey de Chul(tcha) testes productos ibidem ad instantiam et petticionem domini presbiteri Iacobi / plebani plebis Sancti Georii de Luçinicho supra infrascriptis bonis qui quidem Thomas et Vonchogna ipsi domino / Iohanni iudici promiserunt per fidem eorum nomine sacramenti dicere veritatem et tacere mendacium / remotis hodio, amore, timore, prece, precio, lucro vel dampno et dixerunt in hunc modum / quod toto tempore vite eorum audiverunt dici a patribus et senioribus suis supra dictarum ecclesiam / Sancti Georii plebis de Luzinicho dotatam fuisse tempore quo dicta ecclesia fuit consecrata cum / duabus vineis, duobus pratis et una petia terre sive uno campo positis in pertinenciis / de Chulzcha, pro quibus nunc questio vertitur inter prefatum dominum

[1] *La* A *maiuscola iniziale è allungata.*

presbiterum Iacobum et / filios et heredes condam domini Alberti de Goricia et quod ipse condam dominus Albertus tamquam plebanus dicte plebis prefata bona tenuit et possedit et postea olim dominus / Leonardus condam dicti domini Alberti dicte plebis plebanus[2] simili modo eadem bona possedit et nunc de iure / ipsa bona debent esse prefati domini presbiteri Iacobi quousque erit plebanus plebis Sancti Georii supradicte.

S. T. Ego Mathias condam Nicolay Putini notarii Goricie habitans imperiali auctoritate notarius predictis interfui et rogatus scripsi.

[2] dicte plebis plebanus *aggiunto in calce al testo e inserito mediante specifico segno d'inserzione.*

13.

1372, ottobre 10, Avignone

Mandato di papa Gregorio XI ai vescovi di Treviso e di Concordia e al decano della collegiata di S. Maria di Cividale, con il quale conferma le sentenze emesse dagli uditori di cause del Sacro Palazzo nelle vertenze tra il convento di San Francesco dei Frati Francescani di Udine e il capitolo della chiesa collegiata di Santa Maria maggiore di Udine concernenti il quartese da versare al capitolo sui funerali e le sepolture compiuti nel cimitero e nella chiesa di San Francesco; contestualmente dà incarico di eseguire le sentenze degli Uditori a riguardo del pagamento delle spese processuali a carico del citato convento di San Francesco.

Originale membr., mm 612x799 (plica mm 77), A.C.A.U., *Pergamene capitolari*, vol. IV, n° 13.

ATTERGATI: di mano del sec. XIV "Contra fratres minores". Di mano del sec. XVII "Dat[um] Avenioni sub Pontificatu Gregorii XI anno secundo, contra Fratres Minores in materia quartae funeralium". Di mano del sec. XIX "1371 10 ottobre". DI mano del sec. XX in lapis "13 IV volume".

Il supporto scrittorio è discrete condizioni di conservazione. Esso presenta evidenti le tre pliche di piegatura, la terza delle quali è assai calcata. Il documento è stato lungamente conservato ripiegato, come dimostra appunto la terza plica: questa condizione ha deteriorato la superficie esterna del supporto scrittorio, che addirittura presenta una lacerazione in corrispondenza mediana della superficie esposta. L'inchiostro è bruno pallido, ma ancora leggibile. La plicatura della sigillatura reca sia il filo di canapa sia il sigillo di piombo.

La scrittura è tipica curiale, notarile corsiva ma calligrafica con intenti di riconoscibilità. S nota una lieve inclinazione verso destra rispetto l'asse verticale. La dimensione è minuta, pur matenendo armonia e equilibro nelle proporzioni delle singole lettere. Spaziatura tra le parole piuttosto ampia, superiore allo standard.

SIGILLO: "Sanctus Paulus – Sanctus Petrus" con effige delle teste dei due santi; "Gregorius papa XI".

REGESTI E EDIZIONI: .

Gregorius[1] episcopus servus servorum Dei venerabilibus fratribus .. Tervisii et .. Concordiensi episcopis ac dilecto filio .. decano ecclesie Sancte Marie Civitatisaustrie Aquilegensis diocesis salutem et apostolicam benedictionem. Petitio dilectorum filiorum .. decani et capituli ecclesie Sancte Marie de Utino Aquilegensis diocesis nobis exhibita continebat quod licet / in constitutione felicis recordationis Bonifatii pape VIII predecessoris nostri super hoc edita et per pie memorie Clementem papam V predecessorem nostrum in concilio Viennensi innovata caveatur expresse quod predicatorum et minorum ordinum fratres de omnibus obventionibus tam de funeralibus quam de quibuscumque et / quomodocumque relictis distincte vel indistincte ad quoscumque certos vel determinatos usus de quibus etia[m] quarta sive canonica portio dari sive exigi minime consuevisset vel non deberet de iure necnon de datis et qualitercumque donatis in morte seu mortis articulo aut in infirmitate de qua iidem dantes / vel donantes decesserint directe vel indirecte fratribus ipsis vel aliis pro eisdem quartam

[1] *La* G *maiuscola iniziale è potenziata e ornata.*

partem per eandem constitutione taxatam et limitatam parrochialibus sacerdotibus et ecclesiarum rectoribus seu curatis largiri integre teneantur, tamen guardianus et fratres domus ordinis minorum / dicti loci de Utino quartam partem funeralium corporum nonnullorm parrochianorum dicte ecclesie, que parrochialis est, qui apud ecclesiam dictorum guardiani et fratrum sepulturas elegisse dicebantur et que apud eos spulta et tumulata extiterant eisdem decano et capitulo dare iuxta tenorem / dicte constitutionis indebite recuraverunt et recusant ortaque propterea inter decanum et capitulum ex parte una ac guardianum et fratres predictos super premissis ex altera materia qeustionis felicis recordationis Urbanus papa V predecessor noster causam ipsam ad instantiam dictorum decani / et capituli, non obstante quod causa ipsa de sui natura ad Romanam curiam devoluta et in ea tractanda et finienda non esset, dilecto filio nostro Guillelmo Sancti Angeli diacono cardinali tunc capellano sedis apostolice et auditori causarum palatii apostolici primo et deinde cum per ipsum / cardinalem tunc auditorem in huiusmodi causa ad nonnullos actus processum fuerat dilecto filio magistro Hugoni Fabri capellano sedis et auditori causarum palatii predictorum ex certis causis audiendam comisit et fine debito teminandam coram quo quidem Hugone / auditore qundam Iohanne de Lantireis[2] sustituto per magistrum Dominicum Iuliani procuratore dictorum decani et capituli et magistro Manfredo de Ferraria procuratore dictorum guardiani et fratrum in iudicio conparentibus et per dictum Iohannem quodam pro parte sua in huius / modi causa dato libello predicto Manfredo pro parte sua tunc libellum aliquem dare non curante ac per [...][3] lite in causa huiusmodi legitime contestata ac de calumpnia et de veritate dicenda in ipsius Hugonis auditoris presentia prestitis iuramentis in terminis eis / ad singulos actus huiusmodi per eundem Hugonem auditorem successive et peremptorie assignatis prefatus Hugo auditor Iohanni et Manfredo predictis coram eo in iudicio constitutis ad dandum et per alteram partem dari videndum positiones et articulos in causa / huiusmodi assignavit certum terminum [perpemptorium competentem, interim vero dicto predecessore sicut Domino placuit][4] sublato de medio, nos divina sancta clementia ad summum apostolatus assumpti omnibus auditoribus dicti palatii commisimus ut / omnes et singulas causas quas ex commissionibus dicti predecessoris audiebant in eo statu in qua tempore obitus dicti predecessoris coram eis remanserant resumerent easque audirent et fine debito terminarent iuxta tenores comissionum eorundem in quo quidem ter/mino Iohanne et Manfredo predictis coram ipso Hugone auditore in iudicio comparentibus et per quemlibet eorum datis nonnullis positionibus et articulis in causa huiusmodi et contra eosdem positiones et articulos nonullis exceptionibus datis hinc inde productisque per eos nonnullis instrumentis / publicis aliisque iuribus et munimentis quibus partes ipse in huiusmodi causa uti voluerunt et contra eadem producta nonullis exceptionibus utriumque datis in terminis eis ad singulos actus huiusmodi per eundem Hugonem auditorem successive et perpemptorie assignatis prefatus / auditor ad instantia quondam Iohannis de Marliano substituti de novo per prefatum Dominicum predicto Iohanne tunc vita functo prout idem

[2] *La scrittura del toponimo è incerta.*
[3] *Macchia di umidità che ha rovinato il testo.*
[4] *La plica ha deteriorato il supporto e ha reso parzialmente illeggibile questo tratto del rigo. Si propone questa restituzione.*

Dominicus a predictis decano et capitulo ad hoc sufficiens mandatum habebat prefatum Manfredum ad concludendum et concludi videndum / in causa huiusmodi vel dicendum causam rationabile quare in ea concludi non deberet per quondam cursorem nostrum citari fecit ad certum terminum peremptorium competente, in quo predicto Iohanne de Marliano coram eodem Hugone auditore in iudictio comparente et predicti Manfredi non cum/parentis contumaciam accusante et in eius contumaciam in huiusmodi causa concludi petente memoratus Hugo auditor reputans eundem Manfredum quo ad actum huiusmodi prout erat merito contumace in contumacia cum dicto Iohanne de Marliano in huiusmodi causa concludente con/clusit et habuit pro concluso et ad ipsius Iohannis de Marliano instantia predictum Manfredum ad suam in causa huiusmodi diffinitivam sententiam audiendam per quendam cursorem nostrum citari fecit ad certa diem permeptoria competentem, in qua prefato Iohanne de Marliano coram / eodem Hugone auditore in iudicio comparente et predicti Manfredi non comparentis contumaciam accusante et in eius contumaciam in huiusmodi causa diffinitivam sententiam ferri petente sepefatus Hugo auditor reputans eundem Manfredum quo ad actum huiusmodi prout erat / exigente iustitia contumacem in eius contumaciam visis et diligenter inspectis omnibus et singulis actis actitatis habitis et productis in causa huiusmodi ipsique cum diligentia recensitis et examinatis factaque super hiis omnibus coauditoribus suis dicti palatii relatione plenaria et fideli / de ipsaorum coauditorum consilio et assensu per suam diffinitivam sententiam pronuntiavit decrevit et declaravit prout hec omnia in dicto libello petita fuerant dictam quartam ad predictos decanum et capitulum pertinuisse et pertinere eisque ad iudicandum fore et adiudicavit dictosque guar/dianum et fratres ad dandum et solvendum prefatis decano et capitulo dictam quartam integraliter iuxta formam Clementine super cathedram de sepulturis comdempnandos fore et comdempnavit ac eosdem guardianum et fratres in expnesis in huiusmodi causa legitime factis comdemp/navit ipdarum expensarum taxatione sibi imposterum reservata a qua quidem sententia pro parte guardiani et fratrum predictorum fuit ad sedem appellatum predictam nosque causam appellationis huiusmodi ab eadem sententia interiecte dilecto filio magistro Guillelmo de Gumello canonico Parisiensi cap/pellano nostro et auditori causarum dicti palatii audiendum commisimus et finem debito terminandum coram quo Iohanne de Marliano et Manfredo predictis in iudicio comparentibus et per quemlibet eorum quodam pro parte sua in huiusmodi causa dato libello ac per eos lite in causa huiusmodi legitime contestata ac de ca/lumpnia et de veritate dicenda in ipsius Guillelmi auditoris presentia prestitis iuramentis traditisque per eos nonullis positionibus et articulis in huiusmodi causa et contra eosdem positiones et articulos nonullis exceptionibus datis huicinde in terminis eis ad singulos actus huiusmodi per eundem / Guillelmum auditorem successive et peremptorie assignatis prefatus Guillelmus auditor ad instanciam magistri Neapoleonis de Forlivio substituti per magistrum Iacobum de Civitateaustrie procuratorem dictorum decani et capituli ab eis de novo constitutum prout idem Iacobus ab eisdem decano et capitulo sufficiens man/datum habebat coram eo in iudicio comparentis prefatus Manfredum ad producendum et per alteram partem producti videndum omnia acta iura et munimenta quibus partes ipse in huiusmodi causa vellent uti per quendam cursorem nostrum citari fecit ad certum terminum

pe/remptorium competentem, in quo dictus Neapoleo coram eodem Guillelmo auditore in iudicio comparens predicti Manfredi non comparentis contumaciam accusavit et in eius contumacia nonulla instrumenta publica aliaque iura et munimenta quibus pro parte sua in huiusmodi / causa voluit uti produxit prefatusque Guillelmus auditor ad instanciam predicti Neapoleonis sepedictum Manfredum ad dicendum contra eadem producta quicquid vellet necnon ad concludendum et concludi videndum in causa huiusmodi vel dicendum causam rationabilem quare in ea con/cludi non deberet per quosdam cursores nostros successive citari fecit ad certos terminos perpemptorios competentes in quibus prefato Neapoleone coram eodem Guillelmo auditore in iudicio comparente et prefati Manfredi non comparentis contumaciam accusante et in eius contumaciam in / huiumsodi causa concludi petente prefatus Guillelmus auditor reputans eundem Manfredum quo ad actum huiusmodi prout erat merito contumacem in eius contumaciam cum dicto Neapoleone in causa huiusmodi concludente conclusit et habuit pro concluso in dicto termino ad hoc dato / et ad ipsius Neapoleonis instanciam prefatum Manfredum ad suam in causa huiusmodi diffinitivam sententiam audiendam per quendam cursorem nostrum citari fecit ad certam diem perpemptoriam competentem, in qua prefato Neapoleone coram eodem Guillelmo auditore in iudicio comparente et predicti Man/fredi non comparentis contumaciam accusante et in eius contumacia in huiusmodi causa diffinitivam sententiam ferri petente memoratus Guillelmus auditor reputans eundem Manfredum quo ad actum huiusmodi prout erat exhigente iustitia contumacem in eius contumaciam visis et / diligenter inspectis omnibus et singulis actis actitatis habitis et productis in causa huiusmodi ipsisque cum diligentia recensitis et examinatis factaque super hiis omnibus coauditoribus suis dicti palatii relatione plenaria et fideli de ipsorum coauditorum consilio et assensu per suam diffini/tivam sententiam pronuntiavit decrevit et declaravit per predictum Hugonem auditorem in huiusmodi causa bene et legitime fuisse et esse processum, sententiatum et diffinitum ipsiusque sententiam confirmandam fore et confirmavit et pro parte guardiani et fratrum predictorum / ab ipsius Hugonis auditoris sententia male et perperam fuisse et esse appellatum dictosque guardianum et fratres in expensis coram se in huiusmodi causa legitime factis comdempnavit ipsarum expensarum taxatione sibi imposterum reservata, a qua quidem sententia pro parte guardiani et / fratrum predicto fuit ad sedem appellatum predictam nosque causam appellationis huiusmodi ab eadem sententia interiecto dilecto filio magistro Roberto de Stracton canonico Lincolniensi capellano nostro et auditori causatrum dicto palacii audiendam commisimus et fine debito terminandam, qui ad instan/tiam predicti Neapoleonis coram eo in iudicio comparentis predictum Manfredum ad dandum et recipiendum libellum et ad prestandum et per alteram partem prestari videndum iuramentum de calumpnia et de veritate dicenda, necnon ad dandum et per eandem alteram partem / dari videndum positiones et articulos si quos in huiusmodi causa dare nollet per quosdam cursores successive citari fecit ad certos terminos peremptorios competentes, in quibus predictus Neapoleo coram Roberto auditore in iudicio comparens predicti Manfredi non compa/rentis contumaciam accusavit et in eius contumacia quendam pro parte sua in huiusmodi causa dedit libellum et in ipsius Roberti auditoris presentia predictum prestitit iuramentum necnon quosdam positiones et

articulos pro parte sua in huiusmodi causa dedit in dictis terminis / ad hec datis prefatusque Robertus auditor ad predicti Neapoleonis instanciam prefatum Manfredum ad respondendum dictis positionibus et dicendum contra eosdem articulos quicquid vellet, necnon ad producendum et per alteram partem produci videndum omnia acta iura et muniminen/ta quibus partes ipse in huiusmodi causa uti vellent per quosdam cursores nostros successive citari fecit ad certos terminos perpemptorios competentes, in quibus prefatus Neapoleo coram eodem Roberto auditore in iudicio comparens predicti Manfredi non comparentis contumaciam ac/cusavit et in eius contumaciam nonnulla instrumenta publica aliaque iura et munimenta quibus pro parte sua in huiusmodi causa voluit uti produxit in dicto termino ad hoc dato, predictusque Robertus auditor ad sepedicti Neapoleonis instanciam predictum Manfredum ad dicendum / contra eadem producta quicquid vellet necnon ad concludendum et concludi videndum in causa huiusmodi vel dicendum causam rationabilem quare in ea concludi non deberet successive citari fecit ad certos terminos perpemptorios competentes, in quibus dicto Neapoleone coram eodem / Roberto auditore in iuditio comparente et predicti Manfredi non comparentis contumaciam accusante et in eius contumaciam in huiusmodi causa concludi petente in dicto termino ad hoc dato sepefatus Robertus auditor reputans eundem Manfredum quo ad actum huiusmodi prout erat / merito contumacem in eius contumacia cum dicto Neapoleone in huiusmodi causa concludente conclusit et habuit in re concluso in termino predicto ad hoc statuto ac ad sepenominati Neapoleonis instantiam predictum Manfredum ad suam in causa huiusmodi diffinitivam sententiam audi/endam per quendam cursorem nostrum citari fecit ad certam diem peremptoriam competentem, in qua prefato Neapoleone coram eodem Roberto auditore in iudicio comparente et prefati Manfredi non comparentis contumaciam accusante et in eius contumacia in huiusmodi causa / diffinitivam sententiam ferri petente, sepefatus Robertus auditor reputans eundem Manfredum quo ad actum huiusmodi prout erat exigente iustitia contumacem, in eius contumacia visis et diligenter inspectis omnibus et singulis actis actitatis habitis et productis [in causa][5] / huiusmodi ipsisque cum diligentia recensitis et examinatis factaque super hiis omnibus coauditoribus suis dicti palatii relatione plenaria et fideli de ipsorum coauditorum consilio et assensu per suam diffinitivam sententiam pronuntiavit, decrevit et declaravit per predictum Guillelmum auditorem / in hac causa bone et legitime fuisse et esse processum sententiatum et diffinitum ipsumque Guillelmi auditoris sententiam confirmandam fore et confirmavit et pro parte guardiani et fratrum predictorum ab ipsius Guillelmi auditoris sententia male et perpera fuisse et esse appellatum prefa/tosque guardianum et fratres in expensis coram se in huiusmodi causa legitime factis comdempnavit ipsarum expensarum taxatione sibi imposterum reservata. Et subsequenter prefatus Robertus auditor cui nos comisimus ut etiam predictas expensas coram Hugone et Guillelmo auditoribus pre/dictis factas taxaret ad instantia predicti Neapoleonis coram eo in iudicio comparentis supradictum Manfredum ad vide[...]ri[6] dictas expensas tam coram Hugone et Guillelmo auditoribus predictis quam coram se in huiusmodi causa factas per quendam cursorem nostrum citari

[5] *Plica: si propone questa restituzione.*
[6] *Lacerazione del supporto scrittorio.*

fecit ad / certum terminum peremptorium competente, in quo predicto Neapoleone coram eodem Roberto auditore in iudicio co[...]te[7] et prenominati Manfredi non comparentis contumacia accusante et in eius contumacia predictas expensas taxari petente supradictus Robertus auditor repu/tans eundem Manfredum quo ad actum huiusmodi prout erat merito contumacem in eius contumaciam illas coram [Hug]one[8] in quinquaginta et illas coram Guillelmo auditoribus predictis in triginta ac illas coram se facta expensas huiusmodi in viginti florenis auri de Florentia boni / et iusti ponderis providi moderatione taxavit predicti Neapoleonis super eisdem expensis iuramentis secutis prout in instrumentis publicis inde confectis dictorum Hugonis, Guillelmi et Roberti auditorum sigillis munitis dicitur plenius contineri et nos itaque dictorum .. decani et capituli supplicatio/nibus inclinati, que super hiis ab eisdem Hugone, Guillelmo et Roberto auditoribus provide facta sunt rata habentes et grata dictasque sententias diffinitivas auctoritate apostolica confirmantes discretioni vestre per apostolica scripta mandavimus quatinus vos vel duo aut unus vestrum per vos vel alium seu / alios premissa executioni debite demandantes faciatis eisdem decano et capitulo per dictos guardianum et fratres de predicta quarta debita occasione corporum predictorum parrochianorum apud ecclesiam ipsorum guardiani et fratrum ut profertur sepultorum iuxta tenorem predicte constitutionis / integre satisfieri ipsisque decano et capitulo de predictis florenorum summis pro dictis expensis iusta predictorum instrumentorum earundem comdempnationum et taxationum tenores plena et debita satisfactione impendi. Contradictores per censuram ecclesiasticam appellatione postposita / compescendo. Date Avinioni VI idus octubris, pontificatus nostri anno secundo.

In plica: Pro P. de Pontegl(ano), Tho. Cantis.

[7] *Lacerazione del supporto scrittorio.*
[8] *Lacerazione del supporto scrittorio. Si propone questa restituzione.*

14.

1372 ottobre 10, Avignone

Mandato di papa Gregorio XI ai vescovi di Treviso e di Concordia e al decano della collegiata di S. Maria di Cividale, con il quale conferma le sentenze emesse nei tre gradi di giudizio dagli Uditori delle cause contro i frati predicatori del convento di San Pietro martire di Udine e a favore del Capitolo della chiesa collegiata di S. Maria maggiore di Udine a riguardo del quartese dovuto dalla chiesa conventuale alla chiesa collegiata udinese; contestualmente dà incarico di eseguire le sentenze degli Uditori a riguardo del pagamento delle spese processuali a carico del citato convento di San Pietro martire.

Originale membr., mm 615x778 ca (plica mm 54), A.C.A.U., *Pergamene capitolari*, vol. IV, n° 14.

ATTERGATI: di mano del sec. XIV "Contra fratres predicatores"; dello stesso sec. lungo il margine superiore "Iohannes Drontellu(s)"; lungo il margine superiore nell'angolo sinistro "Mundetur B. U.". di mano del sec. XVII "Contra Fretres Predicatores Reverend(…) Capitul(..) Utinens(..) in materia quartae funeralium sub Gregorio Papa XI Datum Avinioni Pontificatus illius anno secundo". Di altra mano del sec. XVII, caratterizzata da un'intensa personalizzazione e stilizzazione, che la rendono parzialmente illeggibile "Sancti Petri martiris de Utino. Die veneris 12 mensis iulii 1680. [… Fabii A…]". Di mano del zec. XIX "1372 10 ottobre". In lapis di mano del sec. XX "14 IV volume".

Il supporto scrittorio è in discrete condizioni di conservazione, salvo che per le tre pliche di ripiegamento, che hanno danneggiato il supporto, specie in corrispondenza della terza, rendendo a tratti illeggibile il testo. Alcuni buchi e lacerazioni. Segni di umidità, che hanno fatto sbavare l'inchiostro in alcuni punti. Tracce della rigatura al piombo per l'individuazione dello speccchio grafico. Presenza della plica di sigillatura, con i due fori, privi del filo e del sigillo, deperdito.

L'inchiostro è marrone scuoro, bene leggibile laddove non rovinato dalle gore di umidità e dalle alcerazioni delle pliche.

La scrittura è la caratteristica minuta notarile corsiva della Curia romana, con inteso calligrafismo e riconoscibilità. Lieve inclinazione a destra rispetto all'asse verticale. Proporzioni armoniche, anche se i caratteri sono di ridotte dimensioni. Distanza tra le parole regolare.

Gregorius[1] episcopus servus servorum Dei venerabilibus fratribus .. Tervisini et .. Concordiensi episcopis ac dilecto filio .. decano ecclesie Sancte Marie Civitatisaustrie Aquilegensis diocesis salutem et apostolicam benedictionem. Peticio dilectorum filiorum .. decani et capituli ecclesie Sancte Marie de Utino Aquilegensis diocesis / nobis exhibita continebat quod licet in constitutione felicis recordacionis Bonifacii pape VIII predecessoris nostri super hoc edita et per pie memorie Clementem papam V predecessorem nostrum in concilio Viennensi innovata caveatur expresse quod predicatorum et minorum ordinum fratres de omnibus obvencio/nibus tam de funeralibus quam de quibuscumque et

[1] *La* G *maiuscola iniziale è allungata, potenziata e ornata.*

quomodocumque relictis distincte vel indistincte ad quoscumque certos vel determinatos usus de quibus etiam quarta sive canonica portio dari sive exigi minime consuevisset vel non deberet de iure necnon de datis et qualitercumque donatis in / morte seu mortis articulo aut in infirmitate de qua iidem dantes vel donantes decesserunt directe vel indirecte fratribus ipsis vel aliis pro eisdem quartam partem per eandem constitucionem taxatam et limitatam parrochialibus sacerdotibus et ecclesiarum rectoribus seu curatis largiri integre / teneantur, tamen .. prior et fratres ordinis predicatorum dicti loci de Utino quartam partem funeralium corpo[orum] nonnullorum parrochianorum dicte ecclesie, que parrochialis est, qui apud ecclesiam dictorum prioris et fratrum sepulturas elegisse decebantur et que apud eos sepulta et tumu/lata extiterunt, eisdem decano et capitulo dare iuxta tenorem dicte constitucionis indebite recusarunt et recusant ortaque propterea inter decanum et capitulum ex parte una ac priorem et fratres predictos super premissis ex altera materia questionis, felicis recordacionis Urbanus / papa V predecessor noster causam huiusmodi ad instanciam dictorum decani et capituli, non obstante quod causa ipsa de sui natura ad Romanam curiam devoluta et in ea tractanda et finienda non esset, dilecto filio nostro Guillermo Sancti Angeli diacono cardinali tunc capellano sedis apostolice et auditori causarum / palacii apostolici primo et deinde postquam per ipsum cardinalem tunc auditorem in huiusmodi causa ad nonnullos [...][2] dilecto filio magistro Hugoni Fabri capellano sedis et auditori causarum palatii predictorum ex certis causis audiendam commisit et fine debito terminandam coram / quoquidem Hugone auditore quondam Iohanne de Lantiens substituto per magistrum Dominicum Iulian[i ... procuratorem][3] dictorum decani et capituli et magistro Manfredo de Ferraria procuratore prioris et fratrum predictorum in iudicio comparentibus et per dictum Iohannem quodam / in causa huiusmodi pro parte sua dato libello predicto Manfredo pro parte sua (a modo) libellum aliquem da[... huiusmodi legitime contest... ac de calumpnia et de][4] veritate dicenda in ipsius Hugonis auditore presencia pre[stitis] [5] iuramentis in terminis / eis ad singulos actus huiusmodi per eundem Hugonem auditorem successive et peremptorie assignatis, prefatus Hugo auditor eisdem Iohanni et Manfredo coram eo in iuditio constitutis ad dandum et per alteram partem dari videnda[um positiones et articulos ... huiusmodi assigna]/vit[6] certum terminum peremptorium competentem. Interim vero dicto predecessore sicut Domino placuit sublato de medio, nos divina favente clementia ad apicem summi apostolatus assumpti omnibus auditoribus dicti palatii commisimus ut omnes et singulas causas q[ue] [7] ex commissionibus dicti / predecessoris audiebant, in eo statu in quo tempore obitus dicti predecessoris coram eis remanserant, resumerent easque audirent et fine debito terminarent iuxta tenores commissionum eorundem. In quoquidem termino Iohanne et Manfredo predictis coram ipso

[2] *Inchiostro del tutto evanido a causa della plica.*
[3] *Inchiostro evanido a causa della plica.*
[4] *La plica ha deteriorato il testo.*
[5] *La plica ha parzialmente rovinato il supporto scrittorio.*
[6] *La plica ha deteriorato il supporto rendendo di difficile restituzione il testo; si aggiunga che i caratteri della scrittura sono di dimensioni inferiori rispetto al resto del testo, tanto da sospettare un tentativo di restituzione precedente, se non della stessa Cancelleria.*
[7] *Inchiostro evanido.*

auditore in iudicio comparentibus / et per quemlibet eorum datis nonnullis posicionibus et articulis in causa huiusmodi contra eosdem posiciones et articulos nonnullis exceptionibus datis huincinde productisque per eos nonnullis instrumentis publicis aliisque iuribus et munimentis quibus partes ipse in huiusmodi causa uti voluerunt / et contra eadem producta nonnullis exceptionibus utriuque datis in terminis eis ad singulos actus huiusmodi per eundem Hugonem auditorem successive et peremptorie assignatis, prefatus Hugo auditor ad instanciam quondam Iohannis de Marliano substituti de novo per prefatum Dominicum / prefato Iohanne de Lantiens vita functo, prout[8] idem Dominicus a predictis decano et capitulo ad hoc sufficiens mandatum habebat prefatum Manfredum ad concludendum et concludi videndum in causa huiusmodi vel dicendum causam rationabilem quare in ea concludi non deberet per quendam / cursorem nostrum citari fecit ad certum terminum perpemptorium competentem, in quo predicto Iohanne de Marliano coram eodem Hugone auditore in iudicio comparente et predicti Manfredi non comparentis contumaciam accusante et in eius contumaciam in huiusmodi causa concludi / petente, memoratus Hugo auditor reputans eundem Manfredum quo ad actum huiusmodi prout erat merito contumacem, in eius contumaciam cum dicto Iohanne de Marliano in huismodi causa concludente conclusit et habuit pro concluso et ad ipsius Iohannis de Marliano instanciam predi/ctum Manfredum ad suam in causa huisumodi diffinitivam sententiam audiendam per quendam cursorem nostrum citari fecit ad certam diem peremptoriam competentem, in qua prefato Iohanne de Marliano coram eodem Hugone auditore in iudicio comparente et predicti Manfredi non comparentis contu/maciam accusante et in eius contumaciam in huiusmodi causa diffinitivam sentenciam ferri petente, sepefatus Hugo auditor reputans eundem Manfredum quo ad actum huiusmodi prout erat exigente iusticia contumacem, in eius contumaciam, visis et diligenter inspectis omnibus et singulis / actis actitatis habitis et productis in causa huiusdem ipsisque cum diligencia recensitis et examinatis factaque super hiis omnibus coauditoribus suis dicti palacii relatione plenaria et fideli de ipsorum coauditorum consilio et assensu per suam diffinitivam sentenciam pronuntiavit, decrevit et declaravit prout [9] / hec omnia in dicto libello petita fuerant predictam quartam ad dictos decanum et capitulum pertinuisse et pertinere eisque adiudicandam fore et adiudicavit dictosque priorem et fratres ad dandum et solvendum prefatis decano et capitulo dictam quartam integraliter iuxta formam / Clementine super cathedram de sepulturis condempnandos fore et condempnavit ac eosdem priorem et fratres in expensis in huiusmodi causa facetis legitime condempnavit ipsarum expensarum taxacione reservata. A qua quidem sententia pro parte dictorum prioris et fratrum / fuit ad sedem apostolicam appellatum nosque causam appellationis huiusmodi ab eadem sententia interiecte dilecto filio magistro Guillelmo de Gunello canonico Parisiensi capellano nostro et auditori causarum predicti palatii audiendam commisimus et fine debito terminandam coram quo Iohanne de Marliano / et Manfredo predictis in iudicio comparentibus et per quemlibet eorum quodam pro parte sua in

[8] De Lantiens vita functo prout *di caratteri di dimensione inferiore rispetto al resto del testo. Una restituzione forse della stessa Cancelleria.*

[9] *Emarginata a destra compare la nota di mano seriore (sec. XVII)* Sententia contra fratres. *Da segnalare anche la sottolineatura, presumibilmente della medesima mano, delle parole del testo* per diffinitivam sententiam.

huiusmodi causa dato libello ac per eos lite in causa huiusmodi legitime contestata ac de calumpnia et de veritate dicenda in ipsius Guillelmi auditoris presencia prestitis iuramentis traditisque per eos / nonnullis posicionibus et articulis in causa huiusmodi et contra huiusmodi posiciones et articulos nonnullis excep[tio]nibus datis hincinde in terminis eis ad singulos actus huiusmodi per eundem Guillelmum auditorem successive et peremptorie assignatis, prefatus Guillelmus auditor ad instanciam / magistri Neapoleonis de Forlivio substituti per magistrum Iacobum de Civitateaustrie procurator(em) dictorum decani et capituli ab eis de novo constitutum proutidem Iacobus ab eisdem decano et capitulo sufficiens mandatum habebat coram eo in iudicio comparentis prefatum Manfredum ad producen/dum et per alteram partem produci videndum omnia acta, iura et munimenta quibus partes ipse in huiusmodi causa vellent uti per quendam cursorem nostrum citari fecit ad certum terminum peremptorium competentem. In quo dictus Neapoleo coram eodem Guillelmo auditore in iudicio comparens predicti Man/fredi non comparentis contumaciam accusavit et in eius contumaciam nonnulla instrumenta publica aliaque iura et munimenta quibus pro parte sua in huiusmodi causa voluit uti produxit prefatusque Guillelmus auditor ad instanciam predicti Neapoleonis sepedictum Manfredum ad dicendum contra eadem producta / quidquid vellet, necnon ad concludendum et concludi videndum in causa huiusmodi vel dicendum causam racionabilem quare in ea concludi non deberet, per quosdam cursores nostros citari fecit ad certos terminos peremptorios competentes. In quibus predicto Neapoleone coram eodem Guillelmo auditore in iudicio compa/rente et prefati Manfredi non comparentis contumaciam acusante et in eius contumaciam in huiusmodi causa concludi petente in dicto termino ad hoc dato, sepefatus Guillelmus auditor reputans eundem Manfredum quo ad actum huiusmodi prout erat merito contumacem, in eius contumaciam cum dicto Neapoleone in causa / huiusmodi concludente conclusit et habuit pro concluso in dicto termino ad hoc dato et ad ipsius Neapoleonis instanciam prefatum Manfredum ad suam in causa huiusmodi diffinitivam sententiam audiendam per quendam cursorem nostrum citari fecit ad certam diem peremptoriam competentem. In qua prefato Neapoleone coram eodem Guillelmo auditore in iu/dicio comparente et predicti Manfredi non comparentis contumaciam acusante et in eius contumaciam in huiusmodi causa diffinitivam sententiam ferri petente memoratus Guillelmus auditor reputans eundem Manfredum quo ad actum huiusmodi prout erat exigente iusticia contumacem in eius contumaciam visis et diligenter inspectis omnibus / et singulis actis actitatis habitis et productis in causa huiusmodi ipsisqie cum diligencia recensitis et examinatis factaque super hiis omnibus coauditoribus suis dicti palatii relacione plenaria et fideli de ipsorum coauditorum consilio et assensu per suam diffinitivam sententiam pronunciavit, decrevit et declaravit per predictum Hugonem auditorem [10] / in huiusmodi causa bene et legitime fuisse et esse processum, sententiatum et diffinitum ipsiusque sententiam confirmandam fore et confirmavit et pro parte prioris et fratrum predictorum ab ipsius Hugonis auditoris sententia male et perperam fuisse et esse appellatum dictosque priorem et fratres in expensis coram se in huiusmodi

[10] *Emarginata a destra compare la nota di mano seriore (sec. XVII)* Alia sententia contra fratres. *Nel testo sono sottolineate dalla medesima mano le parole* per diffinitivam sententiam.

causa legitime / factis condempnavit, ipsarum expensarum taxatione sibi imposterum reservata a qua quidem sentencia pro parte prioris et fratrum predictorum fuit ad sedem appellatum predictam. Nosque causam appellacionis huiusmodi ab eadem sentencia dicti Guillelmi auditoris interiecte dilecto filio magistro Roberto de Stractone canonico Lincolniense capellano nostro et auditori / causarum palacii supradicti audiendam commisimus et fine debito terminandam, qui ad instantiam predicti Neapoleonis coram eo in iudicio comparentis prenominatum Manfredum ad dandum et recipiendum libellum et ad prestandum et per alteram partem prestari videndum iuramentum de calumpnia et de veritate dicenda, necnon ad dandum et per eandem / alteram partem dari videndum posiciones et articulos si quos in huiusmodi causa dare vellent per quosdam cursores nostros successive citari fecit ad certos terminos peremptorios competentes. In quibus predictus Neapoleo coram eodem Roberto auditore in iudicio comparens predicti Manfredi non comparentis contumaciam accusavit et in eius con/tumaciam quendam pro parte sua in huiusmodi causa dedit libellum et in ipsius Roberti auditoris presencia predictum prestitit iuramentum, necnon quosdam posiciones et articulos in huiusmodi causa dedit in dictis terminis ad hoc datis prefatusque Robertus auditor ad predicti Neapoleonis instanciam prefatum Manfredum ad respondendum / dictis posicionibus et dicendum contra eosdem articulos quicquid vellet, necnon ad producendum et per alteram partem produci videndum omnia acta, iura et munimenta quibus partes ipse in huiusmodi causa vellent uti per quosdam cursores nostros successive citari fecit ad certos terminos peremptorios competentes. In quibus prefatus Neapoleo / coram eodem Roberto auditore in iudicio comparens sepedicti Manfredi non comparentis contumaciam accusavit et in eius contumaciam nonnulla instrumenta publica aliaque iura et munimenta quibus proparte sua in huiusmodi causa voluit uti produxit in dicto termino ad hoc dato predictusque Robertus auditor ad sepedicti Neapoleonis instan/ciam predictum Manfredum ad dicendum contra eadem producta quicquid vellet, necnon ad concludendum et concludi videndum in causa huiusmodi vel dicendum causam racionabilem quare in ea concludi non deberet, per quosdam cursores nostros successive citari fecit ad certos terminos peremptorios competentes. In quibus prefato Neapoleone coram eodem / auditore in iudicio comparente et prefati Manfredi non comparentis contumaciam accusante et in eius contumaciam in huiusmodi causa concludi petente in dicto termino ad hoc statuto sepefatus Robertus auditor reputans eundem Manfredum quo ad actum huiusmodi prout erat merito contumacem [... Neapo][11]/leone in causa huiusmodi concludente conclusit et habuit pro concluso in dicto termino ad hoc dato et ad prefati Neapoleo[nis instanciam ...][12] ad suam in causa huiusmodi diffinitivam sentenciam [audiendam per quendam][13] cursorem nostrum citari fecit ad certam diem peremptoriam competentem, [in qua .....][14] Neapoleone / coram eodem Roberto auditore in iudicio comparente et prefati Manfredi non comparentis contumaciam accusante et in eius c[ontumaciam] in huiusmodi causa diffinitivam sententiam ferri petente sepefatus Robertus auditor reputans eundem Manfredum

[11] *Lacerazione del supporto scrittorio che rende illeggibile il resto del rigo.*
[12] *Lacerazione parziale del supporto scrittorio. Si propone questa restituzione.*
[13] *Lacerazione parziale del supporto scrittorio. Si propone questa restituzione.*
[14] *Lacerazione parziale del supporto scrittorio.*

quo ad actum [huiusmodi] prout erat exigente iusticia contumacem, in eius contu/maciam visis et diligenter inspectis omnibus et singulis actis actitatis, habitis et productis in causa huiusmodi ipsisque cum diligentia recensitis et examinatis factaque semper hiis omnibus coauditoribus suis dicti palacii relacione plenaria et fideli de ipsorum coauditorum consilio et assensu per suam diffinitivam sentenciam pronun/ciavit, decrevit et declaravit per dictum Guillelmum auditorem in hac causa bene et legitime fuisse et esse processum, sententiatum et diffinitum ipsiusque Guillelmi auditoris sententiam confirmandam fore et confirmavit et pro parte prioris et fratrum predictorum ab ipsius Guillelmi auditoris sentencia male et perperam / fuisse et esse appellatum prefatosque priorem et fratres in expensis coram se in huiusmodi causa legitime factis condempnavit ipsarum expensarum taxacione sibi imposterum reservata. Et subsequenter prefatus Robertus auditor cui nos commisimus ut etiam predictas expensas coram Hugone et Guillelmo auditoribus predictis factas taxa/ret ad instaciam predicti Neapoleonis coram eo in iudicio comparentis supradictum Manfredum ad videndum taxari expensas tam coram Hugone et Guillelmo auditoribus predictis quam coram se in huiusmodi causa factas per quendam cursorem nostrum citari fecit ad certum terminum peremptorium competentem. In quo predicto [15] / Neapoleone coram eodem Roberto auditore in iudicio comparente et prenominati Manfredi non comparentis contumaciam accusante et in eius contumaciam predictas expensas taxari petente sepedictus Robertus auditor reputans eundem Manfredum quon ad actum huiusmodi prout erat exigente iusticia / contumacem in eius contumaciam illas coram Hugone in quinquaginta et illas coram Guillelmo auditoribus predictis in triginta ac illas coram se factas expensas huiusmodi in viginti florenis auri de Florencia boni et iusti ponderis provida moderacione taxavit, predicti Neapoleonis super easdem expen/sas iuramentis secutis prout in instrumentis publicis inde confectis dictorum Hugone, Guillelmi et Roberti auditorum sigillis munitis dicitur plenius contineri. Nos itaque dictorum decani et capituli supplicacionibus inclinati que super hiis provide ab eisdem Hugone, Guillelmo et Roberto auditoribus / facta sunt rata habentes et grata dictasque diffinitivas sentencias auctoritate apostolica confirmantes, discretioni vestre per apostolica scripta mandamus quatinus vos vel duo vestrum per vos vel alium ser alios premissa executioni debite demandantes faciatis eisdem decano et capitulo per dictos priorem et fratres / de predicta quarta eisdem decano et capitulo debita occasione corporum predictorum parochianorum apud ecclesiam ipsorum prioris et fratrum ut prefertur sepultorum iuxta tenorem predicte constitucionis integre satisfieri ipsisque decano et capitulo de predictis florenorum summis pro predictis expensis iuxta dictorum instrumentorum / earundem condempnationum et taxacionum tenores plenam et debitam satisfactionem impendi. Contradictores per censuram ecclesiasticam appellacione postposita compescendo. Datis Avinioni VI idibus octobris pontificatus nostri anno secundo.

In plica: all'interno G. Morus *sovrascritto:* XXXX.

[15] *Emarginata a destra compare una nota di mano seriore (sec. XVII):* Alia sententia contra fratres.

All'esterno: Radulphus.

S. D.

15.

1373, aprile 16, Udine, nella chiesa di S. Maria maggiore

Il capitolo della chiesa collegiata di S. Maria di Udine nomina suoi procuratori speciali Domenico da Basagliapenta e Gabriele da Udine, presenti, che accettano il mandato, e Giacomo q. Turre da Cividale, assente, tutti canonici della collegiata, affinché essi provvedano all'esecuzione delle sentenze ottenute in proprio favore dal capitolo collegiale contro il convento di San Pietro martire dei Frati Predicatori di Udine e contro il convento di San Francesco dei Frati minori di Udine riguardo il quartese dei funerali spettante alla collegiata di S. Maria. Il mandato è valido in tutti i negozi attinenti l'oggetto, anche in sede giudiziaria. Consuete clausole di tutela dei procuratori.

Originale membr., mm 386x228, A.C.A.U., *Pergamene capitolari*, vol. IV, n° 15.

ATTERGATI: di mano del sec. XIV "Syndicatus capituli Utinensis". Di mano del sec. XVII: "1373. Electio in Procuratorem domini Dominici de Basagliapenta canonici facta a revendendissimo Capitulo Utinense contra fratres Predicatores et minores". Di mano del sec. XIX "16 aprile". In lapis di mano del se. XX "15 IV volume".

Il supporto scrittorio è in discrete condizioni di conservazione. Le quattro pliche e la conseguente usura della sueprficie del supportos crittorio ha reso il testo di difficile lettura in alcune parti. Una piccola lacerazione al amrgine sinistro. L'inchiostro è nero, di timbro molto debole.

La scrittura è una usuale corsiva notarile del periodo; si segnala per le dimensioni assai minute. Il tratto garfico è irregolare, anche se di notevole padronanza; poco rispettata la distanza tra i righi di scrittura, anche se il rigo immaginario viene sostanzialmente seguito. Alcune bellurie cancelleresche (accenni a occhielli a banderuola, ganci nelle aste discendenti).

In[1] Christi nomine, amen. Anno nativitatis eiusdem Domini millesimo trecentesimo septuagesimotercio, indictione undecima, die vero / sextadecima mensis aprilis, actum Utini in maiori ecclesia Sancte Marie de Utino Aquilegensis diocesis, iuxta altare maius / dicte ecclesie, presentibus providis viris magistro Bartolomeo ciroycho de Utino, Iacobo condam Francisci de Pultebia, Blasio / condam Lapi de Bononia, Antonio filio Iacobi condam Toris de Basalgella, Paulo filio Nicolai de Tulmetio / omnibus habitantibus in Utino testibus et aliis pluribus ad infrascripta vocatis specialiter et rogatis. Venerabiles viri domini / Raymundus de Paona decanus, canonici et capitulum collegiate ecclesie Sancte Marie de Utino predicto ad sonum / campanelle in unum more solito congregati, in quo quidem capitulo interfuerunt venerabiles viri domini Raymundus / de Paona decanus, Çanetus de Conchis Ruthenensis diocesis, Nicolaus de Lissone, Franciscus de Pulci/nicho, Nicolaus Homo, Guillelmus de Paona, Wodorlicus de Augusta, Marquardus licentiatus in / iure canonico, Franciscus de Utino et Bartolomeus de Cermenate canonici collegiate ecclesie Sancte Marie / de Utino predicto cum plures non essent presentes neque absentes, qui verisimiliter convocari possint totumque / capitulum

[1] *La* I *maiuscola iniziale è allungata, potenziata e ornata.*

ipsius ecclesie representantes omnibus modis, vis, iure et forma quibus melius sciverunt et potu/erunt, fecerunt, constituerunt, creaverunt et ordinaverunt suos veros et legitimos procuratores, actores, factores, / sindicos, negotiorum gestores ac nuntios speciale et quicquid melius de iure dici possunt venerabiles viros / dominos Dominicum de Basalgiapenta et Gabrielem de Utino canonicos dicte ecclesie Sancte Marie de Utino / ibidem presentes et hoc[2] mandatum in se sponte suscipientes, necnon venerabilem virum dominum Iacobum condam / Turre de Civitateaustria, ipsius ecclesie Sancte Marie de Utino canonicum absentem tamquam presentem et / quemlibet eorum in solidum itque occupantis condicio potior non existat sed quod per unum eorum inceptum / fuerit per alium seu alios mediari valeat prosequi et finiri quamvis nichilominus nullo fuerit impedimento / legitimo prepeditus, specialiter ad petendum, impetrandum, prosequendum et consequendum executionem omnium / sententiarum pro ipsis dominis .. decano, canonicis et capitulo ecclesie predicte de Utino Sancte Marie de Utino, obtentorum / contra .. priorem et .. guardianum ac conventum ordinis predicatorum et minorum de dicto loco de Utino, obten/tarum super solucione quarte funeralium corporum parochianorum, dominorum .. decani, canonicorum et capituli predictorum apud / fratres sepultorum et sepeliendorum secundum formam Clementin(e) super cathedram de sepultura facienda et / ad conparendum pro ipsarum sententiarum et contentarum in eis executione petenda, impetranda, consequenda, prosequenda / et habenda coram quocumque iudice conpetenti, ordinario vel extraordinario, delegato vel subdelegato et / specialiter coram executoribus eisdem dominis .. decano, canonicis et capitulo per sanctam sedem apostolicam ad / executionem et pro executione predictorum deputatis et eorum quolibet et ad omnia alia et singula facienda que / pro eorum in predictis iustitia habenda et ipsarum sententiarum et contentarum in eis executione facienda in iudicio vel / extra fuerint quo(m)libet oportuna et generaliter ad omnes causas, lites, questiones, controversias et querelas quas / prefati domini .. decanus, canonici et capitulum Sancte Marie de Utino habent seu habituri sunt tam in agendo [quam] / in defendendo quacumque occasione vel causa cum quibuscumque hominibus et personis, collegiis et universitatibus [atque] / quocumque iudice tam ecclesiastico quam civili vel auditore ordinario vel delegato vel subdelegato supra quibuscumque rebus / vel negotiis ad libellum offerendum et recipiendum, excipiendum et replicandum lites seu lites contestandum, / terminos et dilationes petendum et recipiendum, iuramentum de calumpnia et cuiusdem alterius generis iuramentum / subeundum et prestandum, ponendum et articulandum, testes et instrumenta producendum et alterius partis testes probationes / instrumenta et quecumque iura prestari et produci videndum et eos vel ea reiciendum et reprobandum, iudices elligendum / et recusandum, suspectos dandum, sententiam et ententias ferri petendum et audiendum et ab ipsa vel ipsis appellandum / appellationes et nullitates prosequendum, item ad petendum, exigendum omne id et quicquid ipsis constituentibus nomine dictorum dominorum decani, canonicorum et capituli ex quacumque causa et a quacumque persona deberetur et ad faciendum / finem et remissionem de receptis, nomine iprosum

[2] *Scrittura in plica con inchiostro evanido;si propone questa restituzione.*

dominorum .. decani, canonicorum et capituli et ad solutiones faciendas / et recipiendas, nec non ad paciscendum , conponendum, transigendum, inintegrum restitucionem petendum / conpromittendum, laudum et arbitrarias sententias audiendum et prosequendum ac emologandum et ad crimina et / deffectus proponendum, item ad substituendum unum et plures procuratores ac sindicos, qui similem habeant potestatem / et ipsos si et quando eis seu eorum alteri videbitur revocandum, presenti tamen procuratorio in suo robore permanente. Et / generaliter ad omnia alia et singula faciendum, gerendum et procurandum que in iudiciis vel extra requiruntur / et que causarum merita exigunt et requirunt et que ipsimet constituentes facere possent, si omnes personaliter / interessent seu ecciam que quilibet verus et legitimus procurator, sindicus vel negotiorum gestor facere posset / ecciam si maiora forent quam expressa vel al(iud) talia que mandatum exigerent speciale. Promittentes michi / notario infrascripto tamquam persone stipulanti et recipienti nomine et vice omnium et singulorum quorum / interest vel interesse poterit quamlibet in futurum, se proprio et omni tempore firumum et gratum habituros omne / id et quicquid per dictos suos procuratores et eorum quemlibet ac substituendum ab eis vel eorum altero in premissis fuerit procuratum[3] et volentes / eosdem suos procuratores et eorum quemlibet ac substituendum ab eis vel eorum altero ab omni satisdacionis omne relevare, promiserunt de iudicio sisti et iudicatum solvi sub ypoteca et obligatione omnium bonorum dicti / capituli imobilium et immobilium presentium et futurorum, cum omnibus suis clausulis oportunis.

S. T. Ego Nicolutius condam Leonardi de Ripis de Cordevado Concordiensis diocesis publicus imperiali / auctoritate notarius predictis omnibus et singulis presens fui et rogatus scripsi, in hancque publicam / formam redegi, signo nomineque meis appositionis consuetis in fidem et testium omnium premissorum.

[3] in premissis fuerit procuratum *aggiunto nell'interlinea con specifico segno d'inserzione sottoscritto.*

16.

1373 maggio 16, Udine, borgo Grazzano, nella pubblica via

Il notaio Antonio q. Francesco da Udine, procuratore del convento di S. Francesco dei Frati minori di Udine, dichiara di avere ricevuto da Stefano q. magister Bianco fabbro da Udine, erede di Andriolla vedova del q. Mutti da porta Cussignacco di Udine, 40 denari quale pagamento del legato annuo stabilito da Andriolla nel suo testamento in favore del detto convento. Antonio rilascia contestualmente quietanza con le consuete clausole di salvaguardia.

Originale membr., mm 232x116 (107), A.C.A.U., *Pergamene capitolari*, vol. IV, n° 16.
ATTERGATI: di mano del sec. XIV "Instrumentum solutionis XL denariorum facte per Stephanum fabrum ut heredem domine Andriole". Di mano del sec. XVII "M° IIIto LXXIII factae monasterio Sancti Francisci". Di mano del sec. XIX "1373 16 maggio". Di mano del sec. XX in lapis "16 IV volume".
Il supporto scrittorio è in buone condizioni di conservazione. Il suo formato è irregolare. Presenta una lacerazione lungo il margine superiore. Reca tracce di riquadratura al piombo dello specchio grafico. Aspetto scurito. L'inchiostro è bruno e bene leggibile.
La scrittura è un'usuale notarile, posata e regolare, piuttosto filiforme e minuta, anche in relazione alle dimensioni del supporto scrittorio, con una tendenza dell'asse verticale di uscire dal rapporto standard con il corpo della lettera.

Anno[1] Domini millesimo trecentesimo septuagesimo tercio / inditione undecima, die sextodecimo mensis may, actum Utini, / in burgo Graçani, in via publica ante domum habitationis infrascripti / Stephani Fabri, presentibus magistro Hellaro tabernario de Graçano, Dominico precone comunis Utini de burgo Aquileie / et Dominico naturale condam magistri Iacobi a Machinis / testibus et aliis pluribus. Cum condam domina Andriolla relicta / olim Mutti de porta Chusignaci de Utino in suo ultimo / testamento legasset ecclesie Beati Francisci ordinis fratrum minorum / de Utino quoddam legatum quadraginta denariorum persolvendorum / annuatim per Stephanum fabrum condam magistri Blanchi / fabri de Utino ut heredem et hereditario nomine ipsius domine / Andriolle, ut de huiusmodi legato patet publico instrumento scripto / manu Ambrossii notarii condam ser Alberti de Fagedis Utini habitantis / sub anno Domini millesimo III^c^ septuagesimo primo, inditione nona[2], die sexto / octubris a me Antonio notario infrascripto viso et lecto, nunc vero coram ipsis testibus ego Antonius notarius infrascriptus tamquam / sindicus et procurator dicti ordinis Sancti Francisci de Utino con/fiteor me habuisse et integre recepisse a dicto Ste/phano ut herede ut supra dictum legatum quadraginta / denariorum pro anno preterito mihi dante et solvente vice et nomine dicte / ecclesie Beati Francisci, de quo quidem fictu ego Antonius / procurator quo supra nomine facio eidem Stephano pro predicto anno / finem et remissionem et pactum de ulterius non petendo, quam / quidem finem et remissionem

[1] *La* A *maiuscola iniziale è allungata.*
[2] inditione nona *aggiunto in calce al testo con specifico segno di inserzione nel rigo.*

promitto sub obbligatione omnium bonorum / meorum ac dicti ordinis habere firmam et ratam, sub pena / dupli de quo questio moveretur, minus quinque solidos Veronensium parvorum / in singulis capitulis huius contractus scripta et promissa, qua soluta / vel non, presens instrumentum et omnia in eo contenta obtineant / plenum robur.

S.T . Ego Antonius de Utino condam Francisci / [3] publicus imperiali auctoritate notarius predictis omnibus / interfui.

[3] Pl *depennato*.

17.

1373 agosto 18, Cividale, nell'abitazione del decano del capitolo

Al cospetto di Ottobono da Ceneda, decano del capitolo di Cividale e esecutore della Sede apostolica, compaiono il canonico udinese Domenico da Basagliapenta, procuratore del capitolo della chiesa collegiata di Santa Maria di Udine, e frate Nicolussio da Borgo Superiore di Udine, procuratore del convento di San Pietro martire dei Frati Predicatori di Udine, che chiedono all'esecutore apostolico la sentenza interlocutoria nella procedura esecutoria delle sentenze emesse dalla Sede apostolica nella vertenza tra il capitolo della chiesa collegiata di Santa Maria e il convento domenicano di San Pietro martire. L'esecutore apostolico sentenzia che le sentenze apostoliche non ammettono alcuna eccezione né l'ammette il mandato esecutorio conferito all'esecutore apostolico. Pertanto l'esecutore sentenzierà in maniera definitiva alla data stabilita, nonostante la contumacia di una o di entrambe le parti. In caso di contumacia del procuratore del convento di San Pietro martire, quest'ultimo sarà colpito da scomunica e da interdetto. Intanto l'interdetto resta sospeso per sei giorni.

Originale membr., mm 310x224, A.C.A.U., *Pergamene capitolari*, vol. IV, n° 17.

ATTERGATI: di mano del sec. XIX "1373 18 agosto". Di mano del sec. XX in lapis "17 IV volume".

Il supporto scrittorio è buone condizioni di conservazione. Tracce delle pliche di piegatura. Qualche segno di usura dell'inchiostro a causa delle pliche, ma senza compromissione della leggibilità del testo. Inchisotro bruno a tratti brillante.

La scrittura è un'usuale notarile del periodo, di dimensioni davvero minute, piuttosto corrente, ma di sicura esecuzione. Sembra una stesura più corrente rispetto al documento precedente, opera del medesimo notaio, Nicoluccio da Ripis di Cordovado.

In[1] Christi nomine, amen. Anno nativitatis eiusdem millesimo trecentesimo septuagesimotercio, indic(t)ione XI[a], die iovis XVIII[a] mensis augusti, in Civitateaustria, in domo habitacionis infrascripti domini decani, presentibus sapienti viro domino Rolandino de Ravanis de Regio gastaldione Civitatisaustrie ac providis / viris Petro de Fosdenova et Petro de Locha de Regio notariis spiritualis curie Aquilegensis ambobus habitantibus in terra Utini et / aliis pluribus. Comparentibus coram venerabili et circumspecto viro Ottobono de Ceneta decano Civitatensi super infrascriptis a sancta / Sede apostolica una cum certis aliis suis collegis cum illa clausula quat(enus vos) vel duo aut unus utrum per vos vel alium seu / alios et cetera insolidum executione specialiter deputato, domino Dominico de Basalgiapenta canonico ecclesie Sancte Marie de Utino procuratore / et sindico venerabilium virorum dominorum decani, canonicorum et capituli dicte ecclesie Sancte Marie de Utino ex parte una ac fratre Nicolussio de / burgo superiori Utini sindico et procuratore per modum substitucionis religiosorum virorum .. prioris, fratrum et conventus ordinis seu loci Sancti Petri /

[1] *La* I *maiuscola iniziale è allungata, potenziata e ornata.*

martiris de Utino ex parte altera nominibus predictis ac petentibus deliberacionem et r(espon)sionem ipsius domini Ottoboni super conductis, / exceptis, propositis et allegatis hinc inde, dictus domins Ottobonus executor prefatus suam responsionem et deliberationem dedit / ac interlocutoriam sententiam inscriptis protullit in hunc modum. Nos Ottobonus de Ceneta decanus Civitatensis executor et conmiss(arius) / (etiam) visis exceptionibus propositis et productis pro parte dominorum .. prioris, fratrum et conventus Sancti Petri martiris de Utino Aquilegensis / diocesis ordinis predicatorum per fratrem Nicolussium de Burgo Superiori Utini dictorum ordinis et conventus eorundem per (viam) substitutionis sindi/cum et procuratorem et ipsis discussis et examinatis dicimus et pronunciamus quod cum de potestate nobis apostolica auctoritate tradita circa / execucionem sententiarum contra ipsos .. priorem, fratres et conventum et in favorem dominorum decani, canonicorum et capituli ecclesie Sancte Marie de Utino diocesis / supradicte latarum in audientia apostolica de quibus quidem sententiis et mandatis per nos al(ias) ipsis .. priori, fratribus et conventui pro execucione dictarum sententiarum / factis, auctoritate iamdicta mentio et declaratio habetur expressa et de ipsis sententiis et earum tenoribus per litteras apostolicas et per litteras dominorum audi/torum qui ipsas sententias ex apostolica conmissione tullerunt seu per ipsa publica dictas sententias continentia, dictorum dominorum auditorum munita sigillis / quorum omnium ipsis petentibus copia fuit per nos decreta ac ipsam copiam habuerunt, ipsis .. priori, fratribus et conventui seu dicto fratri / Nicolussio sindico et procuratori predicto fuerit et sit facta sufficienter, plene ac legittime fides et contra predicta vel aliquod ex predictis per ipsos / .. priorem, fratres et conventum seu predictum fratrem Nicolussium nominibus supradictis nichil sit oppositum quod obsitat[2], nobis conpetere / potestatem ex vi prefate conmissionis apostolice mandandi ipsis .. priori, fratribus et conventui ut mandavimus ac nos potuisse et / posse, debuisse et debere mandare que mandavimus necnon eiusdem vi conmissionis nobis conpetere et potestatem habere exequendi / nosque potuisse et posse ac debuisse et debere exequi et adimplere ea omnia et singula que in dictis litteris apostolicis et prefatorum dominorum au/ditorum sententiis seu instrumentis confectis super ipsis sententiis et earum aprobationibus continentur non obstantibus aliquibus exceptionibus per dictum / fratrem Nicolussium productis nomine quo supra et quod infra dictum terminum congruum ac conpetentem et peremptorium dictis priori eiusque locumtenenti, fratribus / et conventui per nos auctoritate prefata assignatum, nostris ymo (nominis) apostolicis eis sub excomunicationis pena factis, non curaverunt parere mandatis / et ob hoc ipsos ad dicendum causas quin ad sententiarum excomunicationis in priorem seu locumtenentem et singulares fratres de conventu predicto suspencionis / in conventum ac interdicti in ecclesiam eorum prolationem et promulgationem et ipsarum sententiarum denunciationem procedere non debebamus al(ias) / ad dictas sententias audiendas ad diem, horam et locum certos curavimus legittime et peremptorie citare. Et in ipso termino nullam causam / gravaminis mandatorum nostrorum predictorum vel contra ad prolationem, promulgationem et denuntiacionem predictarum sententiarum procedere non deberemus /

[2] *Da intendersi* obsistat.

proposuerint, allegavererint vel produxerint preter quasdam frivolas eceptiones non obstantes, que omnia in actis coram nobis et publici / notarii manu factis plenius continentur. Nolentes ipsos posse de sua inobedientia et contumacia gloriari in et contra dictum priorem eiusque / locumtenentem et singulares fratres de dicto conventu Sancti Petri de Utino excomunicationis in ipsum vero conventum suspensionis et in ipsorum / ecclesiam interdicti sententias pro tribunali sedentes in hiis scriptis auctoritate prefata eorum exigentibus contumacia et contemptu ferimus et etiam [3] / promulgamus declarantes nichilominus eos teneri ad ea que in nostris processibus et litteris mandavimus eis post que in continenti dictus / frater Nicolussius nominibus supradictis in presentia ipsis domini Dominici procuratoris predicti coram prefato domino executore presentibus domino Rolandino / de Ravanis de Regio gastaldione Civitatisaustrie, Alexandro filio providi Bartolomei de Ceneta, Bernardo condam Iohannis de Raym/spurch habitantibus in Civitateaustria et aliis pluribus, obtulit se paratum nominibus predictis velle stare declarationi et diffinicioni / ac parere litteris, processibus et mandatis supradicti domini Ottoboni executoris et conmissarii prelibati, petens se nominibus sepefatis / absolvi a sententiis supradictis in priorem, locumtenentem, fratres et conventum latas per eum et eius sententiam supradictam ac interdictum / in eorum ecclesiam latum et positum rem(overi).[4] Qui dominus Ottobonus executor predictus auctoritate prefata usque ad sex dies proximas venturas / ipsum interdictum suspendit a sententiis excomunicationis et suspensionis dictos priorem, locumtenentem, fratres et conventum seu dictum fratrem Nicolu/ssium nominibus eorum absolvit in forma ecclesie consueta, recepto tamen prius a dicto fratre Nicolussio nominibus supradictis tactis scripturis / corporali iuramento de parendo mandatis ecclesie et ipsius domini executoris et conmissarii, nec non de parendo eius declarationi / et diffinicioni supradictis ac litteris et processibus et mandatis eius al(ias) eis fratris pro executione sententiarum suprascriptarum, ita et taliter quod nisi dicti / prior, locumtenens, fratres et conventus usque ad dictas sex dies proximas venturas dictis declarationi, diffinitioni, processibus, litteris et mandatis / non paruerint cum effectu easdem sententias excomunicationis et suspensionis reincidant ipso facto et eorum ecclesia remaneat interdicta.

S. T. Ego Nicolutius condam Leonardi de Ripis de Cordovado Concordiensis diocesis habitans in Civitateaustria / Aquilegensis diocesis publicus imperiali auctoritate notarius predictis omnibus et singulis una cum prenominatis testibus / presens fui et rogatus fideliter scripsi signumque meum apposui consuetum in fidem et testimonium omnium premissorum.

[3] P *depennato.*
[4] *Si propone questa integrazione su lettere evanide.*

18.

1373 novembre 18, Udine, nel giardino del notaio rogitante Gandiolo da San Vito

Domenico da Basagliapenta e Giacomo q. Turre da Cividale, canonici e procuratori del capitolo della chiesa collegiata di Santa Maria di Udine da una parte e frate Pietro Tridentino da Campo e frate Francesco q. Rodolfo da Artegna, rispettivamente priore e procuratore del convento di San Pietro martire dei Frati Predicatori di Udine dall'altra convengono per conto degli istituti che rappresentano un accordo sul regolamento del quartese dei funerali spettante alla chiesa collegiata di Santa Maria, anche in esecuzione delle sentenze in merito emesse dalla Sede apostolica in favore di detta chiesa collegiata. L'accordo si basa su una composizione effettuata dal mediatore, il decano di Aquileia e vicario generale patriarcale Giorgio de Tortis da Pavia, che ha computato i beni del convento, debitamente elencati nel documento di composizione riportato integralmente nel testo. L'accordo stabilisce la cessione alla chiesa collegiata dell'equivalente alla quarta parte dei beni o dei redditi posseduti dal convento domenicano. Disposizioni di regolazione finanziaria. Il convento s'impegna per il futuro a rispettare la disposizione sulla dazione del quartese dei funerali e delle donazioni in favore della chiesa collegiata. Clausole di salvaguardia dell'accordo.

Originale membr., mm 940x450 c.a (I parte 559x450; II parte 403x450), A.C.A.U., *Pergamene capitolari*, vol. IV, n° 18.

ATTERGATI: di mano del sec. XIV "Instrumentum pactorum, concordii et conpositionis habit(orum) inter dominos .. decanos, canonicos et capitulum Utinens(es) ex parte una et religiosos dominos .. priorem, fratres et conventum Sancti Petri martiris de Utino parte ex altera". Di mano del sec. XIX "1373. 18 novembre". Di mano del sec. XX in lapis "18 IV volume".

Il supporto scrittorio è in buone condizioni di conservazione e recentemente restaurato. Tracce di polvere e di umidità nella parte superiore. Altre macchie d'umidità nel primo terzo superiore hanno in alcuni punti fatto svanire l'inchiostro, senza però renderlo del tutto illeggibile. Il supporto si presenta costituito da due pergamene incollate mediante sovrapposizione delle I parte sulla II parte (totali mm 14). Al momento l'incolatura sta cedendo, così da staccare la I parte dalla II parte. L'inchiostro è nero opaco, bene leggibile.

La scrittura è una usuale notarile corsiva, minuta e calligrafica, a denotare una professionalità di buon livello, come segnalato per altri esemplari di questso notaio.

In[1] Christi nomine, amen. Anno nativitatis eiusdem millesimotrecentesimoseptuagesimotercio, indic(t)ione undecima, die sabbati decimoottavo novembris, actum Utini Aquilegensis diocesis, in bro(iu)lio seu viridario mei notarii infrascripti, / presentibus venerabilibus et circumspectis viris dominis Ottobono de Ceneta decano Civitatensis, Guidone de Bononia preposito Sancti Felicis de Aquilegia, Matheo de Ravanis de Regio ecclesiarum Aquilegensis et Civi/tatensis canonico et presbitero Iohanne de Utino plebano Porpeti, religiosis viris dominis fratribus Iohanne vardiano et

[1] *La* I *e la* n *maiuscole iniziali sono allungate e potenziate; la* I *è anche lievemente ornata.*

Bonfigl[io] de Utino ordinis Sancti Francisci de Utino ac providis viris Petro notario de Fosdenova et / Petro notario de Locha de Regio Utini habitantibus testibus et aliis pluribus ad hec vocatis specialier et rogatis. Convenientibus in unum venerabilibus viris dominis presbitero Dominico de Besalgapenta et Iacobo condam / Turri de Civitate Austria canonicis collegiate ecclesie Sancte Marie de Utino suis propriis nominibus et tamquam sindicis et procuratoribus ac sindicario et procuratorio nominibus venerabilium virorum dominorum Raymundi de Paona / decani, canonicorum et capituli dicte collegiate ecclesie Sancte Marie de Utino prefatis dominis .. vicedecano, canonicis et capitulo decano carentibus, ut de sindicatu et procuratorio huiusmodi patet publico / instrumento scripto manu Nicolutii notarii condam Leonardi de Ripis de Cordovado Concordiensis diocesis sub anno nativitatis Domini millesimo trecentesimoseptuagesimotercio, inditione undecima, die vero sextadecima mensis / aprilis a me infrascripto notario viso et lecto ex parte una et religiosis ac honestis viris dominis fratre Petro Tridentino de Campo priore et fratre Francisco condam Rodulfi de Artenea sindico et procuratore / ac sindicario et procuratorio nomine .. fratrum predicatorum de Utino ordinis Sancti Petri martiris ac loci et monasterii et conventus eiusdem loci prout de sindicario et procuratorio huiusmodi constat publico instrumento scripto / manu Benevenuti condam magistri Bonaventure physici de Utino publici imperiale auctoritate notarii sub anno Domini millesimo[2] nativitatis eiusdem millesimo trecentesimo sexagesimo, inditione tertiadecima, die vero martis / decimoprimo mensis novembris, a me etiam notario infrascripto viso et lecto parte ex altera, post multos et deliberatos tractatus cupientes quibus supra nominibus hincinde bono çelo ad amicabilem, veram et / laudabilem in de et super quarta portione quocumque tempore, quocumque et qualitercumque per dictos priorem, fratres et conventum et eorum antecessores seu alios eorum et cuiuslibet eorum nominibus prefatis dominis .. decano seu vice/decano, canonicis et capitulo et eorum antecessoribus usque in diem predictum presentis contractus inclusive debita, necnon de in et super executione apostolicarum sententiarum occasione dicte quarte et dependentium ab eadem / contra et adversus .. priorem, fratres et conventum dicti ordinis Sancti Petri martiris de Utino in Romana curia latarum et obtentarum in .. decani, vicedecani, canonicorum et capituli dicte collegiate ecclesie / Sancte Marie de Utino favorem ad concordium et pacificationem infrascriptas unanimiter quibus supra nominibus devenerunt, prout particulariter et clare inferius est descriptum, primo quod prefati .. prior, fratres / et conventus et prefatus eorum sindicus ex certa scientia expresse recognoscunt et profiteantur quod ad hoc ut facilius et melius ac plenius predictum concordium deduci possit ad effectum, omnia bona mobilia et / immobilia, iura, census, livella atque legata que quibuscumque retrohactis temporibus quocumque et qualitercumque ad dictos .. priorem, fratres et conventum dicti ordinis Sancti Petri martiris de Utino seu aliam / seu alias ecclesiasticas seu seculares personas, collegia vel universitates eorum nominibus vel ad eorum utilitatem et comodum quovismodo usque in diem dicti presentis contractus per modos infrascriptos pervenerunt ante / presens concordium in scriptis bona fidem et sine fraude scripturam tenoris

[2] millesimo *espuntato.*

infrascripti venerabili et circumspecto viro domino Georgio de Tortis de Papia decano Aquilegensi reverendissimi in Christo patris / et domini domini [Marquardi][3] Dei gratia sancte sedis Aquilegensis patriarche in spiritualibus vicario generali mediatori tractatori et amicabili compositori in et super predictas quibus supra nominibus / exhibuisse [prout prefati .. prior et sindicus suis propriis nominibus][4] ac sindicario et procuratorio nominibus dictorum fratrum et conventus ibidem in presentia testium predictorum et mei notarii infrascripti ex certa scientia / [recognoverunt dictam][5] scripturam in qua [infrascripta bona sunt descripta][6] prefato domino Georgio mediatori tractatori et amicabili compostori partium predictarum nominibus quibus supra manualiter exhibuisse presenti contractui / ad eternam rei memoriam et pleniorem firmitatem agendorum de verbo ad verbum inserendam, cuius scripture tenor talis est, videlicet Infrascripta sunt bons mobilia et immobilia, iura, census, livella atque legata / que ex quibuscumque causis retrohactis temporibus usque in diem presentis contractus ad dictos .. priorem, fratrem et conventum dicti ordinis Sancti Petri matriris de Utino Aquilegensis diocesis seu aliam vel alias ecclesiasticas / seu seculares personas, collegia vel universitates eorum nominibus vel ad eorum utilitatem et comodum quovismodo pervenerunt, imprimis habet conventus unum mansum in Mayano relictum per dominam Rivignanam / qui respondet annuatim octo staria frumenti, octo staria avene, octo staria milei, octo galinas cum ovis, suas spatulas, istum mansum magno tempore tenuerunt camerarii maioris ecclesie Utinensis, ita quod sumus in possessione eiusdem solum / a duodecim annis citra. Item de isto tali redditu damus annuatim pauperibus quatuor staria frumenti in pane, duo staria fabarum cum vigintiocto libris de carnibus porcinis famuli qui faciunt fabam habent denarios / vigintiquatuor. Item ad computandum fabam predictam duo plaustra lignorum. Item omnes sacerdotes [invitantur][7] ad vigilias predicte domine et quilibet eorum habent quotuor denarios. Item invitantur sex fratres minores quilibet / habent denarios quatuor. Ista omnia continetur in testamento dicte domine sepulte in domo predicatorum. Item habet conventus unum mansum in Tricessimo relictum per Franciscum de Nimis pro una missa cothidie dicenda / et anniversario fiendo, qui mansus respondet annuatim quatuor staria frumenti, quatuor staria milei, quatuor staria avene, septem congios vini, quatuor galinas cum ovis, sexdecim denarios pro isto manso in liti/gando expendimus unam marcham et sumus in possessione eiusdem a sex annis citra, sepultus in domo predicatorum. Item habet conventus unum mansum in Arçino ultra Tulmentum relictum per Nicolaum / de Maniacho et dominam Flandinam eius uxorem, propter quod conventus tenetur cothidie cellebrare unam missam et solvit quinque staria frumenti, quatuor staria milei, septem staria surgi, quatuor urnas vini, quin/quaginta solidos, qustuor galinas cum ovis, unam spatulam, verum est quod nos non fuimus in possessione statum post mortem predictorum, sed solum a decem annis citra, sepulti

[3] *Inchiostro evanido; si propone questa restituzione.*
[4] *Inchiostro evanido; si propone questa restituzione.*
[5] *Inchiostro evanido; si propone questa restituzione.*
[6] *Inchiostro evanido; si propone questa restituzione.*
[7] *Inchiostro evanido; si propone questa restituzione.*

in domo predicatorum. Item domina / Francisca de Fontanabona reliquid[8] nobis unum mansum in Pagnacho, pro quo litigavimus multo tempore cum domino Federico de Fontanabona coram domino Georgio et tandem perdidimus questionem et fuimus / in expensis condempnati, ita quod de hoc nichil habemus, nec possidemus. Item conventus habet prope Pagnachum quatuor pessonalia frumenti que reliqui<d> dominus Lu(cinus) de Fontanabona non pertinebat ad plebem istam et / sic nulla quarta debetur. Item conventus habet unum mansum in Cavalicho, relictum per dominam Margaretam de Savorgnano, que fuit uxor condam domini Hectoris de Savorgnano, non fuit de parochia / canonicorum et sic nulla quarta debetur, quia morabatur in castro Utini, sepulta in domo predicatorum. Item conventus habet a domino Detalmo de Pers et Balardo nepote suo annuatim quatuor staria frumenti, / non sunt de parochia canonicorum et sic nulla debetur quarta et vivuntur ad huc ambo. Item conventus habet unum mansum in Trivignano, emptum cum peccunia nobis relicta per dominum Iohannem de Portu/naon(e) et fuit predicta peccunia ad summam quadraginta marcharum denariorum et cum peccunia nobis relicta per dominam Soladamor que fuit uxor domini Henrici de Colloreto, ibi mortua que etiam domina per / plures annos ante mortem suam donavit conventui unum calicem et unum paramentum, neuter istorum dominorum fuit de parochia canonicorum et sic nulla debetur quarta et ambo sepulti in domo predicatorum. / Item conventus habet annuatim ab heredibus Plat(er) qui fuit de Civitate Austria quatuor staria frumenti, dictus Plat(er) non erat vicinus Utini et sic nulla quarta debetur. Item conventus habet in Montefalcone quatuor staria frumenti, qui reliqui<d> / Nicolussius de Montefalcone sepultus est in Montefalcone, nec fuit de parochia canonicorum et sic nulla quarta debetur. Item conventus habet unum mansum in villa que dicitur Chyons prope Fratinam, relictum immo / etiam in vita donatum per magistrum Salatinum sepultus est in ecclesia maiori Utini et sic nulla quarta debetur. Item dominus Nicolussius de Prodolono habens suum domicilium in Mels, licet in Utino existens ca/pitaneus Utini decesserit, reliqui<d> nobis quatuor staria frumenti, habemus ea duobus annis, postea mota fuit nobis questio et perdidimus in iudicio, ita quod nichil habemus, nec etiam erat vicinus Utini. Item conventus / habet unum mansum prope Latissanam datum per dominum Federicum de Savorgnano in vita sua et per compositionem datum qui tenebaur nobis dare aliquam peccuniam pro anima domini Hectoris de Savorgnano habitantis in / castro Utini et domini Riçardi de Varmo habentis domicilium suum in Varmo, licet in Utino fuerit decapitatus, quorum neuter fuerunt de parochia canonicorum, qui mansus solvit octo staria frumenti, octo staria milei, octo / staria surgi, octo urnas vini, sex galinas cum ovis, duodecim denarios, pro isto manso longo tempore litigavimus cum domino Pagano de Savorgnano et habuimus multas expensas ultra octo marchas. Ipse etiam dominus / Federicus in vita sua debebat nobis assictus predictos, sed in possessione non fuimus nisi modo sunt duo anni, et predicti omnes tres sunt sepulti in domo predicatorum. Item conventus habet medium mansum in loco qui /dicitur Masieriis, relictum per unam dominam de Pers, dicta domina predictum mansum in vita sua sana et ante mortem suam per decem annos donavit fratri Dominico

[8] *Rectius* reliquit. *Ma anche in altri luoghi lo scriba adotta questa variante, che viene segnalata con le parentesi uncinate.*

Utinensi, ita quod post mortem dicti fratris / Dominici devenit ad conventum, respondet tria staria frumenti, tria staria milei, tria staria avene et sunt quinque anni quod possidemus. Item Federicus condam domini Philippussii reliqui<d> conventui pro una missa cothidie / dicenda sex staria frumenti et sex congios vini, dimisit sororibus celle de Civitate Austrie, sepultus in domo predicatorum. Isti sunt redditus in peccunia: imprimis ab heredibus condam Dubati pro secunda missa cellebranda / cothidie quatuor marchas denariorum, non habemus de hos testimonium, nec aliquid instrumentum, videlicet quia dabat in vita sua heredes dant ad beneplacitum, sepultus in domo predicatorum. Item ab heredibus magistri Iacobi de Romans / pro tercia missa cothidie cellebranda quatuor marchas denariorum, hoc dabat in vita sua, obiit millesimo trecentesimo quinquagesimooctavo, sepultus in domo predicatorum. Item ab heredibus domini Gubertini pro una missa / cellebranda post ellevationem corporis Christi in maiori missa sex marchas denariorum, de hoc non est testimonium, nec aliquid instrumentum, quia dant propter devotionem suam et actu vivunt, sepultus in domo predicatorum. Isti / sunt livelli seu affictus in peccunia: imprimis pro anima Sidrici de Carnea annuatim solidos viginti, sepultus in Carnea et sic non debetur quarta. Item pro anima Fabri de Camoyans de Carnea duodecim denarios, / sepultus in Carnea et sic non debetur quarta. Item pro anima domini Folcherii de Savorgnano ab heredibus suis unam marcham denariorum, sepultus est in Utino in domo nostra, mortuus est in Savorgnano, ita quod non pertinet ad parochiam / istam et sic non debetur quarta. Item pro anima domini Gueçelli de Cavoriacho habemus unam marcham cum dimidia, sepultus in Utino in domo nostra, sed mortuus est in Cavoriacho, ita quod non pertinet ad parochiam istam et / sic non debetur quarta. Itam a Francisco qui moratur in Burgo Glemone super unam domum in Burgo Aquilegie vigintiduos denarios habuimus annis decem. Item a Petro condam Ambrosii de Cassina habemus aliqua livella / que damus domino patriarche pro maiori parte, ita quod remanet nobis forte media marcha denariorum et quatuor staria bladi et in veritate de hoc plus expendimus quam lucremur et ideo sint heredes seu patriarcha seu / canonici recipiant totum aliud relictum, quia de eo parum curabimus. Item pro anima Balistirut de Sancto Daniele super unam domum domine Çoye de Cavoriacho tres fortones, sepultus est in Spilimbergo et / sic non debetur quarta. Item pro anima Michoni de Rivosa super unam domum sub monte pro suo anniversario fiendo unam marcham, non erat vicinus Utini et sic non debetur quarta. Item pro anima domine Iacomine / de Saççis pro anniversario suo fiendo super unam domum suam dimidiam marcham habuimus octo annis. Item pro anima Leonardutii de Bellonis super unam domum prope Stupam habemus dimidiam marcham, sepultus est in / ecclesia maiori Utini et sic non debetur quarta. Item pro anima Martini Raçe super domum in qua moratur Franciscus condam Raynerii habemus denarios sexdecim, opinamur, quia non constat nobis quod habuimus undecim / annis. Item pro anima uxoris condam domini Gubertini de Novate super unam domum suam in Burgo Aquilegie habemus dimidiam marcham, non erat de parochia canonicorum et sic non debetur quarta, quia morabatur / in castro Utini. Item super unam domum Christofori in Burgo Aquilegie habemus vigintiquatuor denarios, qui dimisit, sepultus est in ecclesia maiori et sic non debetur quarta. Item pro anima Agineti super unam domum / in Burgo

Aquilegie habemus sexaginta denarios habuimus ab octo annis citra. Item pro anima Flor de Praclus super unam domum habemus denarios vigintiduos, habuimus annis decem. Item pro anima domine Francischine de / Veneciis que obiit anno preterito debemus habere annuatim mediam marcham ad huc nichil percepimus. Item pro anima Françutti de Beglano super unam domum iuxta pischariam habemus demidiam marcham, / sepultus est in Beglano et sic non debetur quarta. Item super unam domum in qua moratur Blasius prope conventum nostrum habemus denarios sex, habuimus annis sex. Item super domum Cussarie in peliparii / habemus unam marcham et sunt sex anni quod possidemus. Item super unam domum que est in capite orti nostri habemus unam marcham, verum est quod domus illa fuit empta de peccunia conventus pro edifficatione et / dilatatione conventus ter habuimus. Item pro anima Aylie uxoris Francisci super aliqua bona sua in Segnacho denarios vigintiquatuor, non solvitur quia aqua destruxit. Item super unam aream habemus dimidiam / marcham et denarios sexdecim, habuimus annis vigintiquatuor. Item pro anima patris Daynesii de Savorgnano super unum pratum prope turrim debemus habere dimidiam marcham et sunt decem anni quod / nichil habuimus, quia aqua destruxit et tamen etiam non erat de parochia canonicorum. Item pro anima magistri Pasini super unam domum habemus denarios quadraginta, habuimus annis octo. Item pro anima domini / Pedrussii de Pers habemus denarios vigintiquatuor, non fuit de parochia ista. Item pro anima Tyussii de Çelacho denarios sex habuimus sepultus. Item super unam domum sitam ubi venditur fenum unam / marcham de livello, habuimus annis vigintiquatuor. Item pro anima Clarus super unam domum habemus denarios quadraginta, expendimus in lite duas marchas denariorum et tamen etiam donavit in vita / sua. Item pro anima Federici condam domini Valentini habuimus pro semel tantum ducatos duodecim. Isti sunt affictus livelli in blado et vino: imprimis ab heredibus Dolçebon unum starium frumenti habuimus annis / duodecim. Item a Francisco de Bilirs unum starium frumenti habuimus annis quatordecim. Item Iohannes dictus Guercius reliquid nobis tria staria frumenti cum dimidio, sumus in possessione sunt octo anni. Item pro anima magistri Nicolai de Gonars / unum starium frumenti habuimus annis tribus. Item pro anima Pustoli dicti Bayan de Poscolle unum starium frumenti, oppinamur, quod habuerimus annis viginti. Isti sunt calices et paramenta: imprimis domina Mambilia de Pratta donavit / nobis unum calicem in vita sua et eadem domina in suo testamento legavit nobis quingentas libras parvulorum, nec habuimus et domini canonici Utinenses sunt heredes dicte domine, nec erat de parochia ista, quia morabatur in Prata / pervenerat ad medicum et sepulta est in domo nostra et habuimus libras ducentas et vigintiquinque. Item Gerardus et Paulus fratres filii condam domini Guillelmi donaverunt nobis in vita sua unum calicem et vivunt. / Item domina Sy[m]ona uxor Francisci Petri Ianis unum calicem et unum paramentum in vita sua et vivit actu. Item dominus Federicus de Savorgnano donavit nobis unum calicem in vita sua, sepultus / est in domo nostra. Item uxor predicti domini Federici misit nobis de Padua unum calicem, vivit et est maritata in Spilimbergo. Item domina Margareta de Savorgnano uxor condam domini Hectoris de Savorgnano / dum viveret donavit nobis unum calicem et unum paramentum, morabatur in castro, sepulta est in domo nostra. Item domina Beatrix uxor condam domini Gerardi de Cucanea, dum viveret donavit

nobis / unum calicem, sepulta penes minores. Item domina Vignudissa que moratur apud portam Sancti Antonii donavit nobis unum calicem et unum paramentum in vita sua et vivit. Item dominus Margaritus / de Aquilegia donavit nobis unum calicem et unum paramentum in vita sua et est sepultus in domo minorum. Item uxor condam Odorici ser Petri condam Ambrosii donavit nobis unam casulam / de pan(no) lin(eo) in vita sua et est sepulta in domo minorum. Item Iohannes Çati donavit nobis unam casulam de sindone antiquo in vita sua, sepultus est in Florentia. Item dominus Federicus de Savorgnano / donavit nobis in vita sua casulam, dalmaticam et strictam de sindone celestino, sepultus est in domo nostra. Item domina Pomina dela Turre donavit nobis in vita sua et adhuc vivit / [9] casulam (unam) de panno tartaricho. Item dominus Prepositus de Savorgnano donavit nobis [10] dum viveret duo paramenta completa, unum de purpura alba, aliud de purpura / [rubea][11], sepultus in domo nostra. Item [filia][12] domini Hectoris, [que][13] fuit maritata in Arisperch [14] donavit nobis unum paramentum de veluto in vita sua, nec erat de parochia ista, quia / mortua est vivo marito. Item [habuimus ab uxore][15] domini Francisci de Savorgnano unum pluvialem de veluto rubeo, sepulta in domo nostra. Item dominus Franciscus de Savorgnano tenetur nobis dare pro anima uxoris sue / centum libras parvulorum semel tantum, non dedit. Item habuimus a fratribus ordinis nostri qui decesserunt aliqua paramenta boni valoris et aliqua parvi valoris. Item a venerabile patre et domino domino Bertrando patriarcha / Aquilegense pie memorie habuimus aliquos libros pro armario librorum, pro quibus libris deputata est sibi cothidie una missa pro anima sua et donavit dictos libros dum viveret, nec fuerunt de bonis patriarchatus, / ut dixit coram multis nobilibus qui presentes dicte interfuerunt donationi, sepultus est in ecclesia maiori. Item a fratribus ordinis nostri qui deceserunt extra conventum et in conventu habuimus plures libros / qui p(a)ssiti sunt cum cathenis in comuni librario sive armario conventus. Item Armilot reliqui<d> conventui unam domum pro qua litigavimus coram venerabilibus dominis patriarchis Bertrando, Nicolao / et Ludovico et credimus firmiter quod expense fuerunt in litibus factis pro ista domo quadragintaquatuor marche et domus non fuit vendita nisi decem et octo marche denariorum, fuit vendita, ut / oppinamur, Iohanni Çati. Item magister Iohannes qui faciebat archas et uxor sua domina Maria donaverunt conventui per viginti annos ante quoam morirentur unam domum que fuit vendita pro treginta marchis / denariorum, sepulti sunt in domo nostra. Ista, domine reverende, damus vobis omnia et designamus in serenitate conscienciarum nostrarum, siquid aliud autem coram vobis appareret, hoc scitote et habet(o) quod non est in noticia nostra / et contenti sumus quod reservetur eis ius in non scriptis hic quandocumque appareret. Ut autem non desit pro nobis ne

---

[9] *Questo rigo di scrittura insiste in parte sulla I pergamena in parte sulla II pergamena.*
[10] *Lo scriba inserisce qui quattro quadrati con un punto al loro centro, sovrastati da una croce greca tracciata tra loro. Due quadrati sono apposti nella I pergamena, gli altri due nella II pergamena: si tratta di un segno attestante la natura composita del documento e del supporto che lo riceve.*
[11] *Inchiostro evanido; si propone questa restituzione.*
[12] *Inchiostro evanido; si propone questa restituzione.*
[13] *Inchiostro evanido; si propone questa restituzione.*
[14] *Lo scriba inserisce qui gli altri due quadrati con al centro un punto, simili a quelli del rigo precedentei; manca tuttavia la croce greca ad unione.*
[15] *Inchiostro evanido; si propone questa restituzione.*

conpositio fiat inter dominos canonicos et nos, volumus eis dare precise centum ducatos et / reputamus gravare nos ipsos, petentes et volentes ut de omnibus preteritis ponatur utrique parti perpetuum silentium cum solempni stipulatione ac fine et remissione de amplius de dictis preteritis non petendo, / obligantes nos deinceps Clementinam ad unguem servare. Petimus autem ut in predicta compositione primo quod de omnibus que sunt aut venient in futurum, de quibus <de quibus>[16] debebimus dare quartam / canonicam portionem, ipsa portio transeat ad eos cum oneribus dicte quarte anexis. Item quod statuantur nobis per reverendissimum dominum, dominum patriarcham, in quem conpromisimus super facto istorum preteritorum, termini / rationabiles ad solvendum dictos centum ducatos, quia conventus nimis pauper est pro nunc. Dicimus semper si dominus noster, dominus patriarcha predictus, duxerit nod condempnandum in dictis centum ducatis, nolentes ex / tali conpositione alicui privilegio vel forte decretali quocumque tempore, si forte deretur ordini seu isti conventui in favorem in aliquo preiudicium generari usque ad tempus eet ad diem more litis inter partes / et exceptis omnibus de quibus tenentur habere quartam. Qua scriptura et informatione in et super dictis bonis in ipsa scriptura contentis per dictum Georgium mediatorem dictorum dominorum .. vicedecani, canonicorum / et capituli seu dictorum eorum sindicorum ex parte una ac dictorum dominorum .. prioris, fratrum et conventus ex altera ac per dictorum dominorum .. vicedecani, canonicorum et capituli ac predicti prioris, fratrum et conventus / sindicos antedictos diligenter visis et examinatis, prafati domini Dominicus et Iacobus suis propriis nominibus ac sindici et sindicario nomine predicto ac frater Petrus Tridentinus de Campo prior suo et frater / Franciscus de Artenea suo et sindicario nomine dictorum fratrum et conventus dictis nominibus et ipse partes nominibus quibus supra ex puro corde et bono çelo, bona fide et sine fraude et sine aliqua circumven/tione seu dolo, ad tale infrascriptum concordium unanimiter et deliberate pervenerunt, videlicet quod prefatus sindicus dictorum fratrum et conventus Sancti Petri martiris de Utino dicte Aquilegensis diocesis et frater Petrus nunc prior / dicti loci ac idem prior, fratres et conventus realiter et effectualiter assignent, omni difficultate postposita, dominis .. vicedecano, canonicis et capitulo suprascriptis seu eorum legittimis sindicis pro quarta et ratione / quarte seu canonice portionis suprascriptorum bonorum et mobilium, livellorum et censuum de quibus bonis et livellis proximum supra descriptis, de iure dictis dominis .. vicedecano, canonicis et capitulo quarta seu canonica / portio debita fuit et debetur prout ex tenore dicte scripture per dictos priorem, fratres et conventum ac eorum sindicum exhibite et superius descripte evidenter dignoscitur aparere bona et livella infrascripta / cum honoribus et oneribus suis, videlicet primo unum mansum situm et possitum in villa Tricessimi dicte Aquilegensis diocesis legatum per Franciscum de Nimis dicto conventui fratrum predicatorum de Utino / de quo supra fit mentio, hoc pacto specialiter apposito, quod de cetero prefati domini vicedecanus, canonici et capitulum ac successores sui teneantur cothidie unam missam pro anima dicti Francisci cellebrare seu / facere cellebrari et anniversarium facere pro anima dicti Francisci prout dicti fratres et conventus

[16] *Evidente lapsus dello scriba.*

facere tenebantur. Item livellum annuum medie marche denariorum Aquilegensis monete relictam per dominam / Francischinam de Veneciis de qua supra fit mentio, insuper predicti prior, fratres et conventus et dictus eorum sindicus teneantur et debeant dare prefatis dominis vicedecano, canonicis et capitulo seu / eorum sindicis et procuratoribus pro fructibus et legatis in peccunia ac pro omnibus et singulis aliis superius specificatis, de quibus ex tenore dicte scripture ut premittitur per dictos priorem, fratres et conventum / seu eorum sindicum exhibite clare patere potest, dictis dominis vicedecano, canonicis et capitulo quartam seu canonicam portionem de iure deberi marchas denariorum Aquilegensis monete quadra/gintaduas et denarios dicte monete quinquagintaunum in terminis infrascriptis, videlicet medietatem in festo nativitatis domini nostri Iesu Christi prosimum futurum et reliquam medietatem usque ad diem carnisprivi / immediate secuturam, hiis pactis et conventionibus specialiter inter dictas partes ut superius est expressum, quibus supra nominibus hinc inde solempniter firmatis et stabilitis, videlicet quod si dicti domini vicedecanus, canonici et / capitulum seu successores eorum aut ipsorum sindicus seu sindici legittime ostendere, monstrare seu probare possent aut poterunt aliquam rem sive immobilem sive se manentem censum vel / livellum, peccuniam, iocale vel paramentum aut libros dictis priori, fratribus et conventui seu antecessoribus suis seu aliis quibuscumque personis, collegio vel universitati, ecclesiasticis vel secularibus, / dirrecte vel indirrecte, in comodum vel utilitatem dictorum fratrum et conventus quovismodo per aliquem parochianum dictorum dominorum vicedecani, canonicorum et capituli seu antecessorum suorum sepultum penes / dictum conventum dictorum fratrum usque in diem presentis contractus relictum fuisse vel relictam, relictas seu relicta, donatum, donatam seu donatas vel donata, datum, datam, datas seu data in / infirmitate de qua donans seu dans decesserit que res mobiles seu se moventes vel immobiles, livellum, census, peccunia, iocale vel paramentum aut libri in scriptura predicta, ut premittitur / superius, per dictos fratres et conventum seu eorum sindicum data et exhibita, non sint scripti, scripte seu scripta, illis dictis rebus, livellis et peccuniis dumtaxat exceptis, de quibus superius declaratum / est, quarta, seu canonicam portionem dictis dominis vicedecano, canonicis et capitulo de iure deberi quod de sic ostensis, monstratis seu probatis per dictos vicedecanum, canonicos et capitulum seu successores / aut eorum legittimum sindicum seu legittimos sindicos, ut premittitur, dicti prior, fratres et conventus et eorum successores teneantur et debeant dare et realiter ac effectualiter assignare quartam / seu canonicam portionem predictorum sic ostensorum, monstratorum seu probatorum et etiam quartam seu canonicam portionem fructuum seu reddituum ex predictis per predictos priorem, fratres, et / conventum seu successorem eorum quovismodo perceptorum, promittentes prefate partes earum et nominibus quibus supra, videlicet una pars alteri et altera ipsi, se predictos concordium, pacificationem / et amicabilem compositionem et tractatum ac omnia et singula suprascripta et infrascripta in presenti instrumento contenta perpetuo firma, rata et grata habere et tenere numquamque contra predicta et / infrascripta per se vel alium seu alios dicere, facere vel venire ratione aliqua, dolo, ingenio sive causa, sub pena centum marcharum denariorum Aquilegensis monete in singulis capitulis / huius contractus stipulata et promissa, que pena tociens peti et exigi possit cum

effectu quociens contrafactum fuerit et ea soluta vel non, presens nichilominus contractus et omnia et singula in eo / contenta plenum robur obtineant atque perpetuam roboris firmitatem. Quibus quidem concordio, tractatui et compositioni ac omnibus et singulis in presenti instrumento contentis prefatus dominus / Georgius vicarius ibidem presens suam et dicti domini patriarche qua in hac parte fungitur auctoritatem interposuit pariter et decretum.

S. T. Et ego Gandiolus filius Iohannis de Sancto Vito Concordiensis diocesis publicus imperiali auctoritate notarius ac spiritualis patiarchalis curie Aquilegensis / offitialis et scriba predictis omnibus et singulis in presenti instrumento contentis interfui et ea rogatus scribere scripsi, signo nomineque meis appositis consuetis in fidem / et testimonium omnium premissorum.

19.

1373 novembre 28, Udine, nel brolo di Bondiolo di Giovanni

Domenico da Basagliapenta e Giacomo q. Turre da Cividale, canonici e procuratori del capitolo della chiesa collegiata di Santa Maria di Udine da una parte e frate Bonfiglio da Udine e frate Giovanni q. Pasqualutto da Artegna, rispettivamente guardiano e procuratore del convento di San Francesco dei Frati minori di Udine, dall'altra convengono per conto degli istituti che rappresentano un accordo sul regolamento del quartese dei funerali spettante alla chiesa collegiata di Santa Maria, anche in esecuzione delle sentenze in merito emesse dalla Sede apostolica in favore della detta chiesa collegiata. L'accordo si basa su una composizione effettuata dal mediatore, il decano di Aquileia e vicario generale patriarcale Giorgio de Tortis da Pavia, che ha computato i beni del convento, debitamente elencati nel documento di composizione riportato integralmente nel testo. L'accordo stabilisce la cessione alla chiesa collegiata dell'equivalente alla quarta parte dei beni o dei redditi posseduti dal convento francescano. Disposizioni di regolazione finanziaria. Il convento s'impegna per il futuro a rispettare la disposizione sulla dazione del quartese dei funerali e delle donazioni in favore della chiesa collegiata. Clausole di salvaguardia dell'accordo.

Originale membr., mm 1589x400 c.a (I parte 489x400 plica mm 15; II parte 474x400; III parte 548x400 plica mm 20; IV parte 176x400), A.C.A.U., *Pergamene capitolari*, vol. IV, n° 19.

ATTERGATI: di mano del sec. XVII "Concordium cum conventu Sancti Francisci intra, circa legata et quartam funerum de anno 1373". Di mano del sec. XIX "1373. 28 novembre". Di mano del sec. XX in lapis "19 IV volume".

Il supporto scrittorio è in discrete condizioni di conservazione. Esso è formato dalla cucitura di quattro pergamene mediante filo di cotone per il recente restauro. Tuttavia la modalità di conservazione e la natura composita stessa del supporto hanno parzialmente danneggiato le parti soggette a piegamento, con frattura delle pergamene e con deperimento e perdita dell'inchiostro. Alcune lacerazioni di poco momento lungo il margine sinistro. Macchie sparse derivate dalla preparazione della pelle dell'animale. L'inchiostro è bruno chiaro, tendente al pallido, non sempre di buona evidenza. A tratti esso è caduto, rendeno assai difficile la restituzione integrale del testo.

La scrittura è un'usuale corsiva notarile, con velleità di calligrafismo e con accorgimenti grafici per esigenza di riconoscibilità *ad usum curie Aquilegensis*. La dimensione è assai minuta, atta a sfruttare al massimo lo specchio grafico. Si nota una tendenza all'allungamento delle aste ascendenti e discendenti, oltre il rapporto standard. Occhielli e aste proglungati e con accenno di banderuola.

In[1] Christi nomine, amen. Anno[2] nativitatis eiusdem millesimo trecentesimo septuagesimo tercio, indictione undecima, die lunis vigesimo octavo novembris, actum Utini Aquilegensis diocesis, in

[1] *La* I *maiuscola iniziale è allungata, potenziata e ornata.*
[2] *La* A *maiuscola iniziale è allungata.*

brolio infrascripti / Bondioli, presentibus testibus venerabilibus et providis viris dominis Ottobono de Ceneta decano ecclesie Civitatensis et Michaele de Utino preposito Sancti Petri de Carnea ac presbitero Andrea de Vençono / beneficiato in collegiata ecclesia Sancte Marie de Utino, Bondiolo filio Iohannis de Sancto Vito et Nicolussio condam Leonardi de Rippis de Cordovado notariis et aliis pluribus ad hec vocatis specialiter et / rogatis. Convenientibus in unum venerabilibus viris dominis Iacobo Ture de Civitateaustria Aquilegensis diocesis et Dominico de Basaglapenta canonicis collegiate ecclesie Sancte Marie de Utino suis / propriis nominibus ac tanquam sindicis et procuratoribus ac sindicario et procuratorio nominibus venerabilium virorum dominorum .. decani, canonicorum et capituli dicte collegiate ecclesie Sancte Marie de Utino, dictis .. vicedecano, canonicis / et capitulo decano carentibus ut de sindicatu et procuratorio huiusmodi patet publico instrumento scripto manu Nicolutii condam Leonardi de Rippis de Cordovado Concordiensis diocesis sub anno nativitatis Domini millesimo / trecentesimo septuagesimotercio, indictione undecima, die vero XVI° aprilis, a me infrascripto notario viso et lecto ex parte una, et religiosis ac honestis viris fratribus Bonfilio de Utino, nunc guardiano suo proprio nomine / et Iohanne condam Pasqualuti suo ac tanquam sindico et procuratore ac sindicario et procuratorio nominibus fratrum minorum ordinis Sancti Francisci ac loci et monasterii et conventus eiusdem loci de Utino, ut de sindicatu / et procuratorio huiusmodi patet publico instrumento scripto manu Petri condam Simoni de Locha de Regio Utini habitantis publici imperiali auctoritate notario sub anno nativitatis Domini millesimo trecentesimo septuagesimo, indictione octava / die iovis vigesimoprimo mensis februarii, a me etiam infrascripto notario viso et lecto ex parte altera, post multos et deliberatos tractatus, cupientes quibus supra nominibus hinc inde bono zelo ad amicabilem, veram / concordiam in, de et super quarta portione quocunque tempore, quocunque et qualitercunque per dictos guardianum, fratres et conventum et eorum antecessores seu alios eorum et cuiuslibet eorum nominibus prefatis dominis .. / decano seu vicedecano, canonicis et capitulo et eorum antecessoribus usque in diem presentis contractus inclusive debita, necnon in, de et super executione apostolicarum sententiarum occasione dicte quarte et dependentium ab eadem / contra et adversus guardianum, fratres et conventum dicti ordinis Sancti Francisci de Utino in Romana curia latarum et obtentarum in .. decani, .. vicedecani, canonicorum et capituli dicte collegiate ecclesie Sancte Marie de Utino / favorem ad concordiam et pacificationem infrascriptam unanimiter quibus supra nominibus devenerunt prout capitulariter et clare inferius est descriptum.

Primo quod prefati .. guardianus, fratres et conventus et prefatus eorum sindicus ex certa scientia expresse recognoscant et profiteantur quod ad hoc ut facilius et melius ac plenius per dictum concordium deduci / potuisset ad effectum omnia bona mobilia et immobilia, iura, census, livella atque legata que quibuscunque retroactis temporibus quocunque et qualitercunque ad dictos .. guardianum, fratres et conventum dicti / ordinis Sancti Francisci de Utino seu aliam vel alias ecclesiasticas seu seculares personas, collegia et universitates eorum nominibus vel ad eorum utilitatem et comodum quovis modo usque in diem dicti presentis contractus / per modos infrascriptos

pervenerunt ante presens concordium in scriptis bona fine et sine fraude scripturam tenoris infrascripti: Venerabili viro domino Georgio de Tortis de Papia Aquilegensi decano reverendissimi / in Christo patris et domini domini Marquardi Dei gratia sancte sedis Aquilegensis patriarche in spiritualibus vicario generali mediatori et tractatori in et super predictis inter partes predictas quibus supra nominibus exhibuisse, prout prefati / guardianus et sindicus [suis][3] propriis nominibus ac prefatus frater Iohannes sindicario et procuratorio nominibus dictorum fratrum et conventus ibidem in presentia testium predictorum et mei notarii infrascripti [ex certa scientia recognoverunt][4] / dictam scripturam in qua [infrascripta][5] bona sunt [de]scripta prefato domino Georgio mediatori et tractatori partium predictarum nominibus quibus supra manualiter exhibuisse presenti con[tractu][6] ad [certam rei memoriam][7] et / pleniorem firmitatem [agendarum][8] de verbo ad verbum inserendam, cuius scripture tenor talis est:

Infrascripta sunt bona mobilia et immobilia, iura, census, livella atque legata que ex quibuscumque causis retroactis [temporibus][9] usque in presentis contractus diem [ad dictos guardianum, fratres et conventum][10] dicti ordinis / Sancti Francisci de Utino [Aquilegensis diocesis][11] seu aliam vel alias ecclesiasticas seu seculares personas, collegia vel universitates eorum nominibus vel ad eorum utilitatem [vel comodum quovis][12] modo per[venerunt][13].

In primis domina Clara de [Lature][14], parochiana dicte ecclesie Sancte Marie de Utino sepulta in ecclesia Sancti Angelli de Purcilleis Concordiensis diocesis, legavit in millesimo trecentesimo[sexagesimo conventui][15] / fratrum minorum de Utino dicte Aquilegensis diocesis unum mansum situm in villa Britiuli Aquilegensis diocesis rectum tunc per Nicolussium de quo ma[nso][16] annuatim recepit a dicto [tempore et recipit prefatus][17] /conventus staria frumenti tria, avene staria duo, siliginis staria duo cum dimidio, milei staria III, surgi staria II, fabarum starium unum, vini, urnas VII, galinas II cum ovis, / agnum unum, denarios Aquilegensis monete XVIII°.

Item dominus Iohannes de Savorgnano, parochianus dicte ecclesie Sancte Marie de Utino sepultus in terra Utini in capella Sancti Stephani dicte Aquilegensis diocesis, legavit in millesimo CCC°LXIII° dicto conventui / fratrum minorum de Utino unum mansum situm in villa de Puziolo dicte Aquilegensis

---

[3] *Inchiostro evanido; si propone questa restituzione.*
[4] *Inchiostro evanido; si propone questa restituzione.*
[5] *Inchiostro evanido; si propone questa restituzione.*
[6] *Inchiostro evanido; si propone questa restituzione.*
[7] *Inchiostro evanido; si propone questa restituzione.*
[8] *Inchiostro evanido; si propone questa restituzione.*
[9] *Una plica nel supporto rende le lettere di questa parola di difficile lettura. Per analogia formulare si propone questa restituzione.*
[10] *Inchiostro evanido; si propone questa restituzione.*
[11] *Inchiostro evanido; si propone questa restituzione.*
[12] *Inchiostro evanido; si propone questa restituzione.*
[13] *Inchiostro evanido; si propone questa restituzione.*
[14] *Inchiostro evanido; si propone questa restituzione.*
[15] *Inchiostro evanido; si propone questa restituzione.*
[16] *Inchiostro evanido; si propone questa restituzione.*
[17] *Inchiostro evanido; si propone questa restituzione.*

diocesis rectum tunc per Iohannem et nunc regitur per Buyactum de quo manso recepit annuatim a dicto tempore et nunc / recipit prefatus conventus frumenti staria VI, avene staria VI, galinas II et ancham unam.

Item domini Nicolinus et Utulinus dictus Cappo de Lature, parochiani dicte collegiate ecclesie Sancte Marie de Utino, donaverunt in vita et sanitate suis ambo de presenti viventes in millesimo trecentesimo quadragesimo nono / dicto conventui fratrum minorum de Utino unum mansum situm in villa Cucanee cum certis oneribus et condictionibus in dicta donacione descriptis, rectum nunc per Sabadinum, Iohannem et Tionum, de quo / manso annuatim a dicto tempore recepit et nunc recipit dictus conventus staria frumenti III, avene VIII staria, milei staria VI, galinas IIII, denarios Aquilegensis monete triginta.

Item domina Florida, parochiana dicte ecclesie Sancte Marie de Utino sepulta penes dictum conventum dictorum fratrum minorum de Utino, donavit dicto conventui minorum de Utino in vita et sanitate suis in millesimo / trecentesimo quadragesimo octavo unam peciam terre sitam in villa de Ribis dicte Aquilegensis diocesis, rectam nunc per Tusinellum, de qua dictus conventus fratrum minorum a dicto tempore annuatim recepit et / nunc recipit starium avene I, staria milei I ½, vini congium I ½, galinam I cum ovis.

Item domina Vignudissa, parochiana dicte collegiate ecclesie Sancte Marie de Utino sepulta penes conventum dictorum fratrum minorum de Utino, legavit in millesimo CCC°XLVIII° dicto conventui fratrum minorum de Utino medium / mansum in villa Reane dicte Aquilegensis diocesis, nunc rectum per Iacobum Piut, de quo medio manso prefatus conventus fratrum minorum a dicto tempore annuatim recepit et nunc recipit frumenti staria II ½, vini congia II ½.

Item Odorlicus condam Gabrielis de Cremona, parochianus dicte collegiate ecclesie Sancte Marie de Utino sepultus penes dictum conventum fratrum minorum de Utino, legavit in millesimo CCC°LVI dicto conventui / minorum de Utino super una brayda sita post ecclesiam Sancti Antonii recta nunc per dominam Bertam cum certis oneribus contentis in dicto legato de quo legato dictus conventus a dicto tempore annuatim recepit e nunc / recipit frumenti staria quatuor.

Item Guillelmus condam Nicolussii de Ungrispacho, parochianus dicte collegiate ecclesie Sancte Marie de Utino sepultus penes conventum dictorum fratrum, legavit dicto conventui fratrum minorum de Utino in millesimo / CCC°LXVI° super quibusdam campis suis sitis in porta Villalte rectis tunc[18] per Musetum, Salonum et Ruffam et nunc per Iohannem et Cimbanum fratres, de quo legato prefatus conventus a dicto tempore citra annuatim / recepit et nunc recipit staria frumenti IIII^{or}, avene staria III ½.

Item predicti fratres et conventus fratrum minorum de Utino emerunt in millesimo CCC°LX°I de pecuniis et diversis personis eisdem fratribus et conventui in earum personarum sanitate d[...][19] medium mansum situm in Coloreto / de Prato dicte Aquilegensis diocesis, de quo medio manso

[18] tunc *aggiunto nell'interlinea con segno d'inserzione sottostante.*
[19] *Inchiostro evanido.*

predictus conventus fratrum minorum de Utino recepit annuatim a dicto tempore citra et nunc recipit frumenti staria [III], avene staria II, millei staria III, / surgi staria II, galinas cum ovis quatuor, denarios Aquilegensis monete XVI.

Item quod monialibus et conventui Sancte Clare de Utino dicte Aquilegensis diocesis infrascripta bona immobilia donata fuerunt in millesimo CCC° [20] pro anima domine Indie de Pulcinicho pure et libere sine / aliqua condictione donandi seu cedendi ius in infrascriptis bonis conventui et sororibus antedictis de Utino, que bona dicte moniales et conventus dictis conventui et [fratribus minoribus iure][21] donationis et / cessionis inter vivos assignaverunt C. Primo, videlicet medium mansum situm in villa de Coloreto de Prato dicte Aquilegensis diocesis nunc rectum per [Buyn]um[22], de quo dimidio / manso dictus conventus fratrum minorum de Utino annuatim a tempore donationis et cessionis predictarum recepit et nunc recipit frumenti staria I ½, siligis staria I [½], avene staria I ½, milei staria I ½, / surgi staria I ½. C. Item medium mansum situm in dicta villa de Coloreto de Prato, nunc rectum per Laurençitum, de quo medio manso dictus conventus fratrum minorum / de Utino annuatim a tempore donationis et cessionis predictarum recepit et nunc recipit frumenti staria I ½, siliginis staria I ½, avene staria I ½, milei staria I ½, surgi staria I ½, vini congium I, / galinas II cum ovis, spatulam mediam, denarios Aquilegensis monete quatuor. C. Item medium mansum situm in villa de Noiareto dicte Aquilegensis diocesis rectum nunc per Odorlicum / et Pasqualutum fratres, de quo dimidio manso dictus conventus fratrum minorum de Utino a tempore donationis et cessionis predictarum annuatim recepit et nunc recipit congia vini VI, galinas II / cum ovis et milei staria quatuor.

Item dominus Dietalmus de Cavoriacho, parochianus plebis sub cuius cura dictum castrum de Cavoriacho est, sepultus penes conventum dictorum fratrum minorum de Utino, per manus suorum heredum assignavit / in millesimo CCC°XLVII° dicto conventui fratrum minorum medium mansum situm in Villanova ultra Tulmentum diocesis Aquilegensis, rectum nunc per Macoram, de quo medio manso dictus conventus fratrum minorum de Utino recepit annuatim a dicto tempore citra et nunc recipit frumenti staria IIIIor, milei staria II, surgi staria II, vini urnas IIIIor, denarios Aquilegensis monete vigintiquatuor.

Item domina Bertolotta de Villalta, parochiana ecclesie de Villalta sepulta in capella castri de Villalta dicte Aquilegensis diocesis, legavit in millesimo CCC°XXVI° dicto conventui fratrum minorum de Utino medium / mansum situm in villa Tumbe dicte Aquilegensis diocesis rectum nunc per Iohannem, de quo medio manso dictus conventus fratrum minorum a dicto tempore citra annuatim recepit et nunc recipit frumenti staria III, / avene staria II, milei staria III, surgi staria II, galinas II, spatulam unam.

Item Hendricus de Braçacho, parochianus plebis sub cuius cura dictum castrum est, sepultus penes dictum conventum fratrum minorum de Utino dicte Aquilegensis diocesis, donavit in infirmitate sua de qua / decessit in millesimo CCC°LXIIII° dicto conventui fratrum minorum de Utino medium mansum

[20] *Segue spazio bianco; probabilmente mancava l'esatto anno della donazione.*
[21] *Inchiostro evanido; si propone questa restituzione.*
[22] *Inchiostro evanido; si propone questa restituzione.*

rectum per Iohannutum et Curbanum fratres, de quo medio manso dictus conventus fratrum minorum a dicto tempore citra / annuatim recepit et nunc recipit frumenti staria IIIIor, avene staria IIIIor, milei staria III, siliginis starium I, galinas II, spatulam unam, denarios Aquilegensis monete XVI.

Item Francischus Bertolini, parochianus dicte collegiate ecclesie Sancte Marie de Utino sepultus penes dictum conventum fratrum minorum de Utino, legavit in millesimo CCC°LXV° dicto conventui fratrum minorum de Utino / dicte Aquilegensis diocesis certum territorium situm in villa Cargnachi dicte Aquilegensis diocesis rectum per Martinum, de quo dictus conventus a dicto tempore citra annuatim recepit et nunc recipit frumenti staria / tria, avene staria II, milei staria III.

[23] Item heredes Francisci Nassuti de Utino parochiani dicte collegiate ecclesie Sancte Marie de Utino sepulti penes dictum conventum fratrum minorum de Utino dicte Aquilegensis diocesis assignaverunt in millesimo CCC°XXX° / dicto conventui vigore testamenti dicti Francisci Nassuti mansum unum situm in villa Noiareti rectum per Nicolam et Morasinum, de quo manso dictus conventus fratrum minorum annuatim a dicto tempore citra / recepit et nunc recipit frumenti staria IIIIor, avene staria IIII, milei staria IIII, galinam unam [cum ovis][24].

Item Odoricus notarius [parochianus dicte][25] collegiate ecclesie Sancte Marie de Utino sepultus penes [26] dictum conventum fratrum minorum de Utino dicte Aquilegensis diocesis legavit in millesimo CCC°[XXXI°][27] / [dicto conventui fratrum][28] minorum de Utino supra uno manso sito in villa de Ribis dicte Aquilegensis [29] diocesis recto per [Petr]um[30], de quo legato prefatus conventus fratrum minorum a dicto tempore / citra annuatim recepit et nunc recipit frumenti staria I ½, avene staria I ½, milei [31] staria I ½.

[32] Item Leonardus C[ontusini][33], parochiuanus dicte collegiate ecclesie Sancte Marie de Utino sepultus penes [34] [conventum dictorum][35] fratrum minorum de Utino, donavit in vita [et sanitate][36] suis in millesimo trecentesimo / sexagesimoprimo dicto conventui fratrum minorum de Utino super dimidio

---

[23] *Emarginata a sinistra di questo rigo compare una nota, di mano aliena, ma del medesimo secolo:* Assignata per heredes post mortem.

[24] *La cucitura tra la I parte e la II parte del supporto copre questa parte della scrittura.*

[25] *Inchiostro evanido; si propone questa restituzione.*

[26] *In questo punto compare il* signum tabellionatus *apposto per garantire la continuità tra le due parti del documento.*

[27] *Inchiostro evanido; si propone questa restituzione.*

[28] *Inchiostro evanido; si propone questa restituzione.*

[29] *In questo punto compare il* signum tabellionatus *apposto per garantire la continuità tra le due parti del documento.*

[30] *Inchiostro evanido; si propone questa restituzione.*

[31] *In questo punto compare il* signum tabellionatus *apposto per garantire la continuità tra le due parti del documento.*

[32] *Emarginata a sinistra di questo rigo compare la nota di mano aliena, ma del medesimo secolo:* Donata in vita et sanitate.

[33] *Inchiostro evanido; si propone questa restituzione incerta.*

[34] *In questo punto compare il* signum tabellionatus *apposto per garantire la continuità tra le due parti del documento.*

[35] *Inchiostro evanido; si propone questa restituzione.*

[36] *Inchiostro evanido; si propone questa restituzione.*

manso sito in villa [...ba dicte Aqui [37] legensis diocesis recto per Guardamum, de quo dictus conventus a dicto tempore][38] citra annuatim recepit / et nunc recipit frumenti staria duo, avene starium unum, milei staria duo, galinas [39] duas cum ovis.

Item Zampa, parochianus plebis de Tricessimo Aquilegensis diocesis in villa de Rivosa sepultus penes conventum dictorum fratrum minorum de Utino dicte Aquilegensis diocesis, legavit in millesimo CCC°XXXVI° dicto / conventui super una braida sita in pertinenciis Utini recta nunc per Zurcollinum de porta Sancti Quirini, de quo dictus conventus annuatim a dicto tempore citra recepit et nunc recipit frumenti staria sex cum dimidio.

Item predicti fratres et conventus fratrum minorum de Utino emerunt de millesimo CCC°XL de pecuniis a diversis personis eisdem fratribus et conventui in earum personarum sanitate datis unam braydam quatuor camporum / sitam in burgo Aquilegie dicte Aquilegensis diocesis rectum nunc per Nicolussium Peloat, de qua brayda dictus conventus a dicto tempore citra annuatim recepit et nunc recipit frumenti staria III, vini congia quatuor.

Item domina Palma de Castellerio, parochiana plebis sub cuius cura est dictum castrum, sepulta penes conventum dictorum fratrum minorum de Utino dicte Aquilegensis diocesis, legavit in millesimo CCC°LIII° dicto conventui / fratrum minorum de Utino super una pecia terre sita in villa de Turida dicte Aquilegensis diocesis recta nunc per Iohannem, de quo legato prefatus conventus a dicto tempore citra annuatim recepit et nunc recipit frumenti / staria I ½, siliginis starium medium, milei staria duo, surgi staria duo, siliginis staria duo et spatulam mediam.

Item domina Biatrix de Prata habitans Utini, parochiana dicte ecclesie Sancte Marie de Utino sepulta penes conventum dictorum fratrum minorum de Utino dicte Aquilegensis diocesis, legavit in millesimo CCC°LXV dicto conventui fratrum minorum / de Utino unum mansum situm in villa Sancte Marie la longa dicte Aquilegensis diocesis cum certis condictionibus positis in dicto legato, rectum nunc per Florianum, de quo manso predictus conventus annuatim a dicto tempore citra / recepit et nunc recipit frumenti staria VII, avene staria III, milei staria II, vini congia III, galinas duas.

Item domina Agnes uxor condam Francisci Claudi, parochiana dicte ecclesie Sancte Marie de Utino sepulta penes conventum dictorum fratrum minorum de Utino dicte Aquilegensis diocesis, legavit in millesimo CCC°LXVIIII° dicto conventui fratrum / minorum de Utino medium mansum situm in villa de Faunglis dicte Aquilegensis diocesis rectum nunc per Iohannem, de quo medio manso predictus conventus a dicto tempore citra annuatim recepit et nunc recipit frumenti / starium unum cum dimidio, milei staria duo, surgi staria duo, vini congia tria, galinas duas, denarios Aquilegensis monete octo, par(vulos) VII.

---

[37] *In questo punto compare il* signum tabellionatus *apposto per garantire la continuità tra le due parti del documento.*

[38] *Inchiostro evanido; si propone questa restituzione.*

[39] *In questo punto compare il* signum tabellionatus *apposto per garantire la continuità tra le due parti del documento.*

Item Mignotus de Sophumbergo, parochianus plebis sub cuius cura est ipsum castrum, sepultus penes conventum dictorum fratrum de Utino dicte Aquilegensis diocesis, legavit in millesimo CCC°XXXI° dicto conventui fratrum minorum / de Utino super una brayda sita in Cusignacho recta nunc per Iacobum Macor, de qua dictus conventus a dicto tempore citra annuatim recepit et nunc recipit frumenti quinque, avene staria quinque, caponos duos.

Item dominus Nicolussius Uarbiti, parochianus dicte ecclesie Sancte Marie de Utino dicte Aquilegensis diocesis sepultus penes dictum conventum fratrum minorum de Utino, legavit in millesimo CCC°LXVI° dicto conventui fratrum minorum de / Utino medium mansum situm in villa de Basagella dicte Aquilegensis diocesis rectum nunc per Laurencium, de quo medio manso dictus conventus a dicto tempore citra annuatim recepit et hodie recipit frumenti / staria tria, avene staria tria, milei staria tria, galinas duas, spatulam unam.

[40] Item fratalia batutorum Sancte Marie de Utino occasione certorum legatorum eidem fratalie per aliquas personas penes dictum conventum sepultas cum certo onere ut dicto conventui aliquid assignaret ipso conventui / in millesimo CCC°LXV° se obligavit dare annis singulis frumenti staria IIII^{or}.

Item dominus Gabriel de Brazacho, parochianus dicte ecclesie Sancte Marie de Utino sepultus penes capellam in Brazacho dicte Aquilegensis diocesis, donavit in millesimo CCC°LXV° infirmus, de qua infirmitate decessit, / dicto conventui unam domum sitam in Utino penes dictum conventum fratrum minorum et unum mansum situm in villa Feleti dicte Aquilegensis diocesis rectum nunc per Cuncianum quem mansum dicti fratres / vendiderunt domine Catarine de Pulcinico.

[41] Item domina [42] cum [43] viro suo de Cucanea dicte Aquilegensis diocesis donavit in vita et sanitate suis dicto conventui fratrum minorum de Utino medium mansum situm in Tricesimo, quem / mansum dicti fratres iamdiu vendiderunt dicte domine Catarine de Pulcinico. +[44] C. Item donavit in vita et sanitate suis in millesimo CCC°XLII° conventui dictorum fratrum minorum de Utino dicte Aquilegensis diocesis / medium mansum situm in villa Montegnachi rectum nunc per Uzellinum, de quo dictus conventus a dicto tempore citra annuatim recepit frumenti staria III, avene staria III, milei staria III, quem mansum / iamdiu dicti fratres dicte domine Catarine de Pulcinico vendiderunt.

Item domina Zoya de Brazacho, parochiana dicte ecclesie Sancte Marie de Utino sepulta penes conventum dictorum fratrum minorum de Utino dicte Aquilegensis diocesis, legavit in millesimo CCC°LX° dicto conventui fratrum minorum / unum medium mansum situm in villa Sancte Marie de Sclavunicho dicte Aquilegensis diocesis rectum nunc per Iohannam Zarli, de quo medio manso dictus conventus annuatim a dicto tempore citra recepit / et hodie recipit frumenti staria III, avene staria III,

---

[40] *Emarginata a sinistra di questo rigo compare la nota di mano aliena, ma del medesimo secolo:* Obligatio per batutos.

[41] *Emarginata a sinistra di questo rigo compare la nota di mano aliena, ma del medesimo secolo:* + In sanitate.

[42] *Segue spazio bianco.*

[43] *Segue spazio bianco.*

[44] *Questa croce sembra essere il richiamo della nota emarginata a sinistra.*

milei staria II, galinas II, denarios Aquilegensis monete XX^{ti}, quem mansum dicti fratres et conventus vendiderunt in millesimo CCC°LXIIII° pro marchis decem Aquilegensis monete.

[45] Item dominus Thobias, parochianus ecclesie Sancte Marie de Utino sepultus penes conventum dictorum fratrum minorum de Utino dicte Aquilegensis diocesis, legavit in millesimo CCC°XXXVI° dicto conventui fratrum minorum super quibusdam / bonis sitis in Utino rectis nunc per diversas personas, de quo legato dictus conventus annuatim recepit a dicto tempore citra et nunc recipit pro dote unius altaris marchas denariorum dicte Aquilegensis monete tres.

Item predictus Thobias legavit predicto conventui fratrum minorum de Utino dicte Aquilegensis diocesis in prefato millesimo CCC°XXXVI° super quibusdam bonis sitis in Blassano dicte Aquilegensis diocesis rectis nunc per Stephanum, / Matheum et Iacobum, de quo legato dictus conventus annuatim recepit a dicto tempore citra et nunc recipit marchas denariorum dicte Aquilegensis monete quatuor.

Item domina Catarina relicta condam Iohannis ser Ucelli, parochiana dicte ecclesie Sancte Marie de Utino sepulta penes conventum dictorum fratrum minorum de Utino dicte Aquilegensis diocesis, legavit in millesimo CCC°XLI° dicto conventui / fratrum minorum de Utino super quibusdam bonis suis sitis in [46] rectis nunc per Carlevarium [47], de quibus bonis dictus conventus a dicto tempore citra annuatim recepit et nunc recipit marchas denariorum / dicte Aquilegensis monete quatuor.

[48] Item Margaritus de Clugia, parochianus dicte ecclesie Sancte Marie sepultus penes conventum dictorum fratrum minorum de Utino dicte Aquilegensis diocesis, donavit in millesimo CCC°LXXII° in vita et sanitate suis pro dote unius / altaris super domo sita in foro novo recta nunc per Guarnerium, de qua donatione dictus conventus a dicto tempore citra annuatim recepit et nunc recipit marchas denariorum dicte Aquilegensis monete tres.

Item Flumus et uxor sua, parochiani dicte ecclesie Sancte Marie de Utino dicte Aquilegensis diocesis, legaverunt in millesimo CCC°XLVII° dicto conventui fratrum minorum super quibusdam domibus sitis in Poscolem rectis nunc per Franciscum / textorem, de quo legato dictus conventus a dicto tempore citra annuatim recepit et nunc recipit marcham denariorum dicte Aquilegensis monete unam.

Item domina Leonardina, parochiana ecclesie Sancte Marie de Utino sepulta penes conventum dictorum fratrum minorum de Utino dicte diocesis Aquilegensis, legavit in millesimo CCC°XXX° dicto conventui dictorum fratrum minorum / de Utino super una domo sita in foro veteri recta nunc per Iohannem Gubertini, de qua dictus conventus a dicto tempore citra annuatim recepit et hodie recipit marcham denariorum Aquilegensis monete unam.

Item domina Catarina, parochiana dicte ecclesie sepulta penes capellam de Sophumbergo dicte Aquilegensis diocesis, legavit in millesimo CCC°XXXII° dicto conventui fratrum minorum de Utino

---

[45] *Emarginata a sinistra di questo rigo compare la nota, forse di mano aliena del sec. XIV:* Nunc incipiunt livella.

[46] *Segue uno spazio bianco.*

[47] *Segue uno spazio bianco.*

[48] *Emarginata a sinistra di questo rigo compare la nota di mano aliena, ma del medesimo secolo:* Dos altaris.

super una domo sua sita [49] / recta nunc per [50],de qua dictus conventus annuatim a dicto tempore citra recepit et nunc recipit marcham denariorum Aquilegensis monete unam.

Item unus faber, parochianus dicte ecclesie Sancte Marie de Utino sepultus penes conventum dictorum fratrum minorum de Utino dicte Aquilegensis diocesis, legavit in millesimo CCC°LIII° dicto conventui fratrum minorum de / Utino super una domo sita [51] recta nunc per [52], de qua dictus conventus a dicto tempore citra recepit et nunc recipit denarios dicte Aquilegensis monete sex.

Item Catarina de Utino, parochiana dicte ecclesie Sancte Marie de Utino sepulta penes dictum conventum fratrum minorum de Utino dicte Aquilegensis diocesis, donavit in vita et sanitate suis in millesimo / trecentesimo quadragesimoquarto dicto conventui fratrum minorum de Utino super una domo sita [53] recta nunc per [54], de qua domo dictus conventus a dicto tempore citra annuatim recepit et nunc / recipit marcham denariorum Aquilegensis monete unam.

Item domina Frugla, parochiana dicte ecclesie Sancte Marie de Utino sepulta penes conventum dictorum fratrum minorum de Utino dicte Aquilegensis diocesis, legavit in millesimo CCC°XXX° dicto conventui fratrum / minorum de Utino super una domo sita in capite fori veteri recta nunc per Francischum pelliparium, de qua domo dictus conventus annuatim dicto tempore citra recepit et nunc recipit danarios LXIIII^or^ Aquilegensis monete.

[55] Item fratalia batutorum Sancte Marie de Utino per quibusdam relictis a diversis personis parochianis dicte ecclesie Sancte Marie de Utino sepultis penes dictum conventum fratrum minorum de Utino obligata / est a millesimo CCC°LXV° citra dicto conventui annuatim in denariis dicte Aquilegensis monete quadraginta, quos denarios dictus conventus a dicto tempore citra recepit annuatim et nunc recipit.

[56] Item domina Lianza, parochiana dicte ecclesie Sancte Marie de Utino sepulta penes conventum dictorum fratrum minorum de Utino, donavit in millesimo CCC°XXXVIIII° in vita et sanitate suis dicto conventui fratrum minorum / super uno medio manso sito in villa Cusignaci dicte Aquilegensis diocesis recto nunc per Antonium, de quo dictus conventus recepit annuatim a dicto tempore citra et nunc recipit denarios dicte monete trigintasex.

[57] Item quidam parochianus dicte ecclesie Sancte Marie de Utino sepultus penes conventum fratrum predicatorum de Utino legavit in millesimo CCC°XXXI° dicto conventui fratrum minorum super una

---

[49] *Segue uno spazio bianco.*
[50] *Segue uno spazio bianco.*
[51] *Segue uno spazio bianco.*
[52] *Segue uno spazio bianco.*
[53] *Segue uno spazio bianco.*
[54] *Segue uno spazio bianco.*
[55] *Emarginata a sinistra di questo rigo compare la nota di mano aliena, ma del medesimo secolo:* O[b]ligatio batutorum.
[56] *Emarginata a sinistra di questo rigo compare una nota di mano aliena, ma del medesimo secolo, tuttavia una lacerazione marginale ne impedisce la restituzione.*
[57] *Emarginata a sinistra di questo rigo compare la nota di mano aliena, ma del medesimo secolo:* Sepultus penes predicatores legavit minoribus.

domo sita in capite[58] foriveteri / recta nunc per Dominicum pelliparium, de quo dictus conventus fratrum minorum a dicto tempore citra annuatim recepit et nunc recipit denarios dicte Aquilegensis monete quadraginta.

Item Damianus de Portugruario, parochianus dicte ecclesie Sancte Marie de Utino sepultus penes dictum conventum fratrum minorum, legavit in millesimo CCC°XLI° dicto conventui fratrum minorum super quibusdam / ortis sitis in Portugruario diocesis Concordiensis rectis nunc per camerarium Portusgruarii, de quibus dictus conventus a dicto tempore citra annuatim recepit et hodie recipit denarios dicte Aquilegensis monete triginta.

Item donna Cilia, parochiana dicte ecclesie Sancte Marie de Utino sepulta penes dictam ecclesiam Sancte Marie, legavit in millesimo CCC°XLIII° dicto conventui fratrum minorum de Utino super domo sita in Graçano / recta nunc per fraternitatem verberatorum, de qua dictus conventus a dicto tempore citra annuatim recepit et nunc recipit denarios dicte Aquilegensis monete vigintiquatuor.

Item Pupinus de Glemona, parochianus dicte ecclesie Sancte Marie de Utino sepultus penes dictum conventum fratrum minorum de Utino, legavit in millesimo CCC°L° dicto conventui fratrum minorum de Utino / super domo Masii barberii sita in foro novo recta nunc per neptem ipsius Masii, de qua dictus conventus a dicto tempore citra annuatim recepit et nunc recipit denarios dicte Aquilegensis monete sexaginta.

Item domina Palma, parochiana dicte ecclesie Sancte Marie de Utino sepulta penes dictum conventum fratrum minorum de Utino, donavit in millesimo CCC°XXXI° in vita et sanitate suis dicto conventui fratrum / minorum super una domo sita in contrata Fan(e) recta nunc per moniales de Melereto, de qua domo dictus conventus annuatim a dicto tempore citra recepit et nunc recipit denarios dicte Aquilegensis monete viginti quatuor.

Item domina Odoria, parochiana dicte ecclesie Sancte Marie de Utino sepulta penes dictam ecclesiam [59] Sancte Marie de Utino, legavit in millesimo CCC°LXV° dicto conventui fratrum minorum super una domo / sita in Grazano recta nunc per heredes Antonii, de qua dictus conventus a dicto tempore citra annuatim [60] recepit et nunc recipit mediam marcham denariorum dicte Aquilegensis monete.

Item Ambrosius de Utino, parochianus dicte ecclesie Sancte Marie de Utino sepultus [61] penes conventum dictorum fratrum minorum de Utino, legavit in millesimo CCC°LXVI° dicto / conventui fratrum minorum de Utino pro duobus annis solvendo et non ultra, videlicet pro [62] quolibet anno dictorum duorum annorum denarios Aquilegensis monete XL[a], quos dictus conventus / dictis duobus annis recepit annuatim.

---

[58] capite *aggiunto nell'interlinea con segno d'inserzione sottostante.*

[59] *In questo punto compare il* signum tabellionatus *apposto per garantire la continuità tra le due parti del documento.*

[60] *In questo punto compare il* signum tabellionatus *apposto per garantire la continuità tra le due parti del documento.*

[61] *In questo punto compare il* signum tabellionatus *apposto per garantire la continuità tra le due parti del documento.*

[62] *In questo punto compare il* signum tabellionatus *apposto per garantire la continuità tra le due parti del documento.*

[63] Item una persona sepulta extra parochiam dicte ecclesie Sancte Marie de Utino et de cuius parochia fuerit ignoratur, donavit in vita vel in morte ignoratur in millesimo CCC°LXXI° dicto conventui fratrum / minorum de Utino Aquilegensis diocesis super quibusdam bonis sitis in villa Noiareti de Cornu dicte Aquilegensis diocesis rectis nunc per [64], de quo legato dictus conventus a dicto tempore citra / annuatim recepit et nunc recipit denarios dicte Aquilegensis monete viginti quatuor.

Item Andriolus, parochianus dicte ecclesie Sancte Marie de Utino sepultus penes dictum conventum fratrum minorum de Utino, legavit in millesimo CCC°LXXI° dicto conventui fratrum minorum de Utino redditum / quadraginta denariorum Aquilegensis monete emendum per heredes suos, de quo legato dictus conventum a dicto tempore citra recepit semel tantum.

Item domina Catarina condam ser Ucelli, parochiana dicte ecclesie Sancte Marie de Utino sepulta penes dictum conventum fratrum minorum de Utino, legavit in millesimo [65] dicto conventui annuatim marchas denariorum / quatuor super bonis suis quas dicti fratres et conventus a dicto tempore citra annuatim receperunt.

Item Stephanus, parochianus dicte ecclesie Sancte Marie de Utino sepultus penes dictum conventum fratrum minorum de Utino, legavit dicto conventui annuatim in millesimo [66] frixacenses XLª / Aquilegensis monete super quadam domo sita Utini, quod livellum annuatim dictus conventus a dicto tempore citra recepit.

Item Pasqualutus de Utino, parochianus dicte ecclesie Sancte Marie de Utino sepultus penes dictum conventum fratrum minorum, legavit in millesimo CCC°LXXI° dicto conventui super una domo in Spero/nariis recta per Iohannem sellarium annuatim marchas denariorum duas pro dote unius altaris et dictus conventus dictum legatum a dicto tempore citra solum semel recepit.

Item Antonius de Lascarparia, parochianus dicte ecclesie Sancte Marie de Utino sepultus penes dictum conventum fratrum minorum de Utino, legavit dicto conventui in millesimo CCC°LXXI° super bonis suis / mediam marcham denariorum annuatim et dictus conventus a dicto tempore citra recepit solum bis.

Item Zanchatus, parochianus dicte ecclesie Sancte Marie de Utino sepultus penes dictum conventum fratrum minorum de Utino, legavit dicto conventui annuatim iure livelli super una domo sua in Graçano / in millesimo CCC°LV° denarios octo Aquilegensis monete et dictus conventus a dicto tempore citra recepit et nunc recipit.

Item Cassius de Utino, parochianus dicte ecclesie Sancte Marie de Utino sepultus penes dictam ecclesiam Sancte Marie, legavit dicto conventui fratrum minorum de Utino in millesimo CCC°XXXV° mediam / marcham denariorum Aquilegensis monete et denarios XXIIIIor pro vino sacrifici super

[63] *Emarginata a sinistra di questo rigo compare la nota di mano aliena, ma del medesimo secolo:* Dubius in parochia donavit.
[64] *Segue uno spazio bianco.*
[65] *Segue uno spazio bianco.*
[66] *Segue uno spazio bianco.*

quibusdam domibus sitis in Utino et dictus conventus a dicto tempore citra dictum livellum recepit et nunc recipit.

Item Gerardus de Utino, parochianus dicte ecclesie Sancte Marie de Utino sepultus penes dictum conventum fratrum minorum de Utino, legavit in millesimo CCC°LVI° dicto conventui libras duas olei / annuatim super una domo sua in Graçano et dictus conventus a dicto tempore citra solum bis recepit.

[67] Item ser Hermannus de Percuto, parochianus dicte ecclesie Sancte Marie de Utino sepultus penes dictum conventum fratrum minorum de Utino, legavit pro dote unius altaris annuatim in millesimo CCC°XXXVI° / dicto conventui marchas duas denariorum Aquilegensis monete de livello super bonis suis, quarum duarum marcharum livellum dictus conventus de consensu heredum dicti ser Hermani vendiderunt / Nicolussio notario de Utino condam Thomasini pro marchis XXXVIII° Aquilegensis monete in millesimo CCC°LXVI° dicti fratres et conventus dictum livellum receperunt annuatim usque ad tempus / dicte venditionis.

Item Radius de Utino et uxor sua, parochiani dicte ecclesie Sancte Marie de Utino sepulti penes dictum conventum fratrum minorum de Utino, legaverunt in millesimo CCC°XLI° dicto conventui pro dote / unius altaris annuatim marchas denariorum duas super bonis suis, quod livellum dicti fratres vendiderunt dominis Helie et Aççolino de Gubertinis de Utino in millesimo CCC°LXVI° pro marchis / XXVI et docti fratres et conventus receperunt annuatim dictum livellum usque ad tempus dicte venditionis.

Item Catarina de Sophumbergo, parochiana dicte ecclesie Sancte Marie de Utino sepulta penes dictum conventum fratrum minorum de Utino, legavit in millesimo CCC°XXXVIII° dicto conventui mediam / marcham de livello annuatim super bonis suis, quod livellum dictus conventus vendidit dicto Nicolussio notario condam Thomasini de Utino pro marchis octo in millesimo CCC°LXVI° et / dictus conventus de dicto livello nich recepit quia occupabatur.

[68] Item dictus conventus ex legatis seu donatis per nonnullas persona sepultas penes dictum conventum fratrum minorum de Utino seu etiam fratres eiusdem ordinis habuit calices decem novem.

Item unum paramentum album et completum et satis debite assignatum dicto conventui per comissarios Michilini Tusci parochiani dicte ecclesie Sancte Marie de Utino et sepulti penes dictum conventum / occasione quinquaginta librarum parvorum, quas dictus Michilinus legavit dicto conventui in millesimo CCC°LXVII°.

[69] Item quinque alia paramenta completa inter nova et vetera empta per dictos fratres seu per aliquos ex fratribus donata.

---

[67] *Emarginata a sinistra di questo rigo compare la nota di mano aliena, ma del medesimo secolo:* Pro dote altaris.

[68] *Emarginata a sinistra di questo rigo compare la nota di mano aliena, ma del medesimo secolo:* Calices et paramenta, libri, iocalia.

[69] *Emarginata a sinistra di questo rigo compare la nota di mano aliena, ma del medesimo secolo:* Paramenta empta per fratres de propriis pecuniis.

Item certum ornatum argenti octo unciarum circa reliquiam sancti Andree, quod dicti fratres de propriis pecuniis fecerunt.

Item certos libros pro noturno et diurno officiis emptis per dictum conventum a fratribus et conventu Sancti Antonii de Padua.

Item certos libros pro predicationibus et studio fratrum donatos dicto conventui per nonnullos ex fratribus dicti ordinis.

[70] Item Francischus Claudus de Utino, parochianus dicte ecclesie Sancte Marie de Utino sepultus penes dictum conventum fratrum minorum de Utino, legavit dicto conventui semel tantum libras centum / parvorum pro quibus laborata fuit quedam capella in capitulo dicti conventus.

Item Gerardinus de Utino, parochianus dicte ecclesie Sancte Marie de Utino sepultus penes dictum conventum fratrum minorum de Utino, legavit in millesimo CCC°LVIII° dicto conventui semel tantum libras / quinquaginta, quas dicti fratres expendiderunt in quodam muro dicti conventus.

Item domina Catarina de Lature, parochiana dicte ecclesie Sancte Marie de Utino sepulta penes dictum conventum fratrum minorum de Utino, legavit in millesimo CCC°XLVI° dicto conventui marchas denariorum Aquilegensis / monete vigintiquinque semel tantum pro bonis emendis, quas dicti fratres receperunt.

Item dominus Ludovicus de Lature, parochianus dicte ecclesie Sancte Marie de Utino sepultus penes dictum conventum fratrum minorum de Utino, legavit in millesimo CCC°LXXI° dicto conventui fratrum minorum de / Utino ducatos quinquaginta semel tantum, quod dictus conventus recepit.

Item Facius de Senis, parochianus dicte ecclesie Sancte Marie de Utino sepultus penes dictum conventum fratrum minorum de Utino, legavit dicto conventui semel tantum libras parvorum centum, quas dictus conventus recepit.

Qua scriptura et informatione in et super dictis bonis in ipsa scriptura contentis per dictum dominum Georgium mediatorem dictorum dominorum .. vicedecani, canonicorum et capituli seu [dictos eorum][71] / sindicos ex una parte et dictorum .. guardiani, fratrum et conventus ex alia ac per predictorum dominorum .. vicedecani, canonicorum et capituli ac guardiani predictorum et fratrum ac conventus / sindicos antedictos diligenter visis et examinatis prefati domini Iacobus et Dominicus suis propriis nominibus ac sindici et sindicario nomine predicto et frater Bonfilius guardianus suo et frater Iohannes / de Utino suo et sindicario dictorum fratrum et conventus dictis nominibus et ipse partes nominibus quibus supra ex puro corde et bono zelo, bona fide et sine fraude aliqua, circumventione seu dolo ad tale / infrascriptum concordium unanimiter et deliberate pervenerunt, videlicet quod prefatus sindicus dictorum fratrum et conventus Sancti Francisci de Utino dicte Aquilegensis diocesis et frater Bonfilius nunc dicti / loci guardianus ac idem guardianus, fratres et conventus realiter et effectualiter assignent, omni difficultate postposita, dominis .. vicedecano, canonicis et capitulo

[70] *Emarginata a sinistra di questo rigo compare la nota di mano aliena, ma del medesimo secolo:* Donata se[me]l tantum.

[71] *Inchiostro evanido; si propone questa restituzione incerta.*

suprascriptis seu eorum legittimis / sindicis pro quarta et ratione quarte seu canonice portionis infrascriptorum bonorum, inmobilium, livellorum et censuum, de quibus bonis et livellis prox(ime) supra descriptis de iure dictis dominis .. vicedecano, canonicis / et capitulo quarta seu canonica portione debita fuit et debetur, prout ex tenore dicte scripture per dictos guardianum, fratres et conventum ac eorum sindicum exhibite et superius descripte evidenter dignoscitur / appareri bona et livella infrascripta cum honoribus et oneribus, videlicet primo unum mansum situm et positum in villa Sancte Marie la longa dicte Aquilegensis diocesis legatum dicto conventui fratrum minorum de Utino per dictam dominam Biatricem de Prata, de quo supra fit [mentio][72], / hoc pacto specialiter apposito, quod de cetero predicti .. vicedecanus, canonici et capitulum et successores sui annuatim dare camerario dicte ecclesie Sancte Marie de Utino starium unum frumenti et [etiam][73] annuatim ecclesie / Sancte Marie Magdalene de Utino starium unum frumenti et anniversaria et alia suffragia facere pro anima dicte domine Biatricis annuatim facere, prout dicti fratres et conventus facere [tenebantur].

Item unam peciam terre sitam in villa Turide dicte Aquilegensis diocesis relictam per dominam Palmeriam de Castellerio, de qua supra fit mentio.

Item livellum annuum duarum marcharum denariorum Aquilegensiss monete relictum per dictum olim Pasqualutum de Utino, de quo supra fit mentio cum onere unius misse continue per dictos dominos .. vicedecanum, / canonicos et capitulum et successores suos pro anima ipsius Pasqualuti celebrande, prout dicti fratres et conventus facere tenebantur.

Item livellum annuum quadraginta denariorum relictum per dictum condam Stephanum super una domo, de qua supra fit mentio.

Item livellum annuum triginta denariorum relictum per dictum Damianum super certis ortis positis in Portugruario, de quibus supra fit mentio.

Item livellum annuum unius marche denariorum relictum per dictum Flumum et eius uxorem, de quo supra fit mentio.

Item livellum annuum sex denariorum relictum per unum fabrum super quadam domo, de qua supra fit mentio.

Item livellum annuum sexaginta denariorum relictum per Pupinum de Glemona, de quo supra fit mentio, hoc pacto apposito, quod dicti domini .. vicedecanus, canonici et capitulum et successores sui / teneantur annuatim facere anniversaria et alia suffragia pro animabus predictorum, que predicta bona olim dictis fratribus et conventui legaverunt, prout dicti fratres et conventus facere tenebantur.

Insuper[74] predicti guardianus, fratres et conventus et dictus eorur sindicus teneantur et debeant dare prefatis dominis .. vicedecano, canonicis et capitulo seu eorum sindicis et procuratoribus pro fructibus et legatis / in pecunia ac pro omnibus et singulis aliis superius specificatis, de quibus ex tenore dicte scripture, ut premittitur, per dictos guardianum, fratres et conventum seu eorum sindicum exhibite et

[72] *Inchiostro evanido; si propone questa restituzione incerta.*
[73] *Inchiostro evanido; si propone questa restituzione incerta.*
[74] *La* I *iniziale è allungata.*

superius / descripte clare patere potest, dictis dominis .. vicedecano, canonicis et capitulo quarta seu canonica portio de iure deberi marchas denariorum novorum Aquilegensis monete octuagintaquatuor / et frixacenses vigintiduos dicte monete ac parvos decem cum dimidio in terminis infrascriptis, videlicet medietatem dicte pecunie usque ad octavam Epiphanie proximam nunc venturam et aliam reliquam / medietatem dicte pecunie usque ad octavam resurectionis domini nostri Iesu Christi [ex tunc inmediate sequentem hiis pactis et conventionibus specialiter inter dictas partes ut][75] superius est expressum / quibus supra nominibus hinc inde solenniter firmatis et stabilitis, videlicet quod si [dicti domini .. vicedecanus, canonici et capitulum seu successores eorum aut ipsorum sindicus][76] seu sindici legittimi / ostendere, [mostrare] seu probare possent aut poterunt aliquam rem mobilem seu [77] inmobilem seu semoventem, censum vel livellum, pecuniam, iocale vel paramentum aut libros / dictis .. guardiano, fratribus et conventu seu antecessoribus suis seu aliis [78] quibuscumque personis, collegio vel universitati ecclesiastuicis vel secularibus, directe vel indirecte, in comodum / vel utili[tatem] dictorum fratrum et conventus quovis modo per aliquem [79] parochianum dictorum dominorum .. vicedecani, canonicorum et capituli seu antecessorum suorum et sepultum / penes dictum conventum dictorum fratrum usque in diem presentis contractus relictum, [80] relicta, relictas seu relicta, donatum, donatam seu donatas vel donata, datum, datam, datas / seu data in infirmitate, de qua donans seu dans decesserit que res mobiles immo [81] biles seu moventes, livellum, census, pecunia, iocale vel paramentum aut libri in scriptura predicta, ut / premittitur, superius descripta et per dictos fratres et conventum seu eorum sindicum exhibita [82] sint scripti, scripte seu scripta sive non sunt scripti, scripte seu scripta, illis dictis rebus, livellis et / pecuniis dumtaxat exceptis, de quibus superius declaratum est, quartam seu canonicam [83] portionem dictis dominis .. vicedecano, canonicis et capitulo de iure deberi, quod de sit ostensis mostra/tis seu probatis per dictos dominos .. vicedecanum, canonicos et capitulum seu successores aut eorum legittimum sindicum seu legittimos sindicos, ut premittitur, dicti guardianus, fratres et conventus / et eorum successores teneantur et debeant dare et realiter ac effectualiter assignare quartam seu canonicam portionem fructuum seu reddituum ex predictis per predictos cuardianum, fratres et conventum / seu antecessores eorum quovis modo perceptorum,

---

[75] *Difficoltà di lettura a causa di macchie sul supporto scrittorio.*
[76] *Difficoltà di lettura per macchie sul supporto e per la plica della pergamena.*
[77] *In questo punto compare il* signum tabellionatus *apposto per garantire la continuità tra le due parti del documento.*
[78] *In questo punto compare il* signum tabellionatus *apposto per garantire la continuità tra le due parti del documento.*
[79] *In questo punto compare il* signum tabellionatus *apposto per garantire la continuità tra le due parti del documento.*
[80] *In questo punto compare il* signum tabellionatus *apposto per garantire la continuità tra le due parti del documento.*
[81] *In questo punto compare il* signum tabellionatus *apposto per garantire la continuità tra le due parti del documento.*
[82] *In questo punto compare il* signum tabellionatus *apposto per garantire la continuità tra le due parti del documento.*
[83] *In questo punto compare il* signum tabellionatus *apposto per garantire la continuità tra le due parti del documento.*

promittentes prefate partes eorum et nominibus quibus supra, videlicet una pars alteri et altera ipsi [se] predictos concordium, pacificationem ac amicabilem conpositionem / et tractatum ac omnia et singula suprascripta et infrascripta in presenti instrumento contenta perpetua firma, rata et grata habere et tenere numquamque contra predicta et infrascripta per se vel alium seu alios dicere, facere vel / venire ratione aliqua, dolo, ingenio sive causa, sub pena centum marcharum denariorum Aquilegensis monete in singulis capitulis huius contractus stipulata et premissa, que pena tociens peti et exigi possit / cum effectu quotiens fuerit contrafactum per aliquam partium predictarum et ea soluta vel non, presens nichilominus contractus et omnia et singula in eo contenta plenum robur obtineant atque perpetuam firmita/tem. Quibus quidem concordio, tractatui et compositioni et omnibus et singulis in presenti instrumento contentis prefatus dominus Georgius vicarius ibidem presens prefati domini patriarche qui in hac parte / fungitur et suam auctoritatem interposuit pariter et decretum.

S. T. Ego Petrus condam Zanoni de Locha de Regio Utini Aquilegensis diocesis habitator publicus imperiali auctoritate notarius et spiritualis curie Aquilegensis scriba supradictum instrumentum et omnia et / singula in ea contenta et in quatuor cartis edinis simul conglutinatis et signo meo signatis descripta de notis condam Petri notarii condam domini Francischini de Fosdenova Lunensis diocesis / et olim dicte Aquilegensis curie scriba ex commissione et auctoritate michi factis et atributis dictas notas levandi et publicandi per reverendissimum in Christo patrem et dominum dominum Marquardum / Dei gratia sancte sedis Aquilegensis patriarcham levavi et prout in ipsis notis inveni nichil addendo vel minuendo quodn sensum mutet vel variet intellectum fideliter scripsi et publicavi / signoque meo consueto signavi requisitus et rogatus.

20.

1374 febbraio 17, Udine, nel convento di S. Pietro martire

Il capitolo del convento dei Frati Predicatori di Udine assegna alla chiesa collegiata di Santa Maria di Udine, rappresentata dal procuratore Domenico da Basagliapenta, un manso situato nella villa di Tricesimo, mezza marca di denari aquileiesi di livello su una casa situata nel foro nuovo di Udine e sei denari aquileiesi a titolo di compensazione finanziaria sulla base dell'accordo circa il quartese, stipulato in data 19 novembre 1373 (cfr. n° 18).

Originale membr., mm 328x248, A.C.A.U., *Pergamene capitolari*, vol. IV, n° 20.

ATTERGATI: di mano del sec. XIV "Instrumentum assignationis mansi de Tricessimo et certorum livellorum in Utino facte capitulo Utinensi per fratres predicatores dicti loci". Di mano del sec. XIX "1374. 17 febbraio". Di mano del sec. XX, in lapis "20 IV volume".

Il supporto scrittorio è in buone condizioni di conservazione. Tracce di polvere in corrispondenza delle pliche. L'inchiostro è bruno chiaro, ma in molti punti, spcialmente nell'ultimo terzo inferiore del testo, si è desquamato, rendendo assai difficile la restituzione integrale del testo. Dato l'uso costante della lampada di Wood per la lettura, non si è ritenuto dovere indicare in nota la ragione della perdita della scrittura.

La scrittura è un'usuale corsiva notarile del periodo, molto canonizzata e regolare, come già descritta per questo notaio.

In[1] Christi nomine, amen. Anno nativitatis eiusdem millesimotrecentesimoseptuagesimoquarto, inditione / duodecima, die decimoseptimo februarii, actum Utini Aquilegensis diocesis, in capitulo ordinis fratrum / predicatorum Sancti Petri martiris de Utino, presentibus dominis presbiteris Açço condam ser Vermilei de Verona et / Hermacora condam Gerardi de Utino, providis viris Marcho notario de Venetiis habitante in Varmo superiori et / Franciscotto de (Ç)avateriis de Mediolano Utini habitante testibus et aliis pluribus ad infrascripta vocatis / specialiter et rogatis. Congregatis in simul in dicto capitulo ad sonum campane more solito super infrascripta / assignatione et traditione [faci]endis religiosis viris dominis fratribus Petro Tridentino de Campo priore / ordinis et conventus Sancti Petri martiris fratrum predicatorum de Utino, Pasculino de Utino, Iacobo de Spegnemberch, / Francisco de Artene[a], Iohanne de Padua magistro physico, Nicolussio de Utino, Blasio de Martignacho, Anto/nio de Padua, Benedicto de Veneciis, Leonardo de Cuchanea, Beynasut de Risiuta et Masculino de / Utino facientibus capitulum dicti conventus cum plures in dicto monasterio residentiam facientes non essent / de presenti, ipsi omnes et quilibet ipsorum per se necnon dictus frater Franciscus de Artenea sindicus et procurator / ac sindicario et procuratorio nomine dictorum fratrum et conventus Sancti Petri martiris de Utino, prout de sindicario et / procuratorio huiusmodi constat publico instrumento scripto manu Benevenuti notarii condam magistri Bonaventure physici / de Utino sub anno nativitatis Domini

[1] *La* I *maiuscola iniziale è allungata, potenziata e ornata. La* n *minuscola è allungata e potenziata.*

millesimo trecentesimosexagesimo, inditione tertiadecima, die [vero] martis / decimoseptimo mensis novembris, a me infrascripto notario viso et lecto, designaverunt, assignaverunt et tradiderunt libere / et expresse et ex certa scientia venerabili viro presbitero Dominico de Besalgapenta canonico Utinensi sindico et procuratori / ac sindicario et procuratorio nomine venerabilium virorum dominorum .. decani, canonicorum et capituli collegiate ecclesie Sancte / Marie de Utino, prout de sindicario et procuratorio huiusmodi constat publico instrumento scripto manu [Nicolucii] condam Leo/nardi de Ripis de Cordevado Concordiensis diocesis publici imperiali auctoritate notarii sub anno nativitatis Domini millesimo / trecentesimo [septuagesimotercio], inditione indecima, die vero sextadecima mensis aprilis, a me infrascripto notario / viso et lecto, [suo et nominibus quibus supra] stipulanti et recipienti unum mansum dictorum prioris, fratrum / et conventus dicti monasterii situm et positum in villa Tricessimi, rectum per Talponum de dicta villa, pro quo / solvuntur annuatim de redditu ad usum curie staria frumenti quatuor, staria [avene] quatuor, staria milei / quatuor, congia vini septem, galine [quatuor] com ovis, spatule due et denarii Aquilegensis monete / sexdecim. Item dederunt et assignaverunt eidem [presbitero] Dominico stipulanti et recipienti [ut supra] mediam marcham / denariorum de livello, quam solvit [Costi]llerius sartor super domum habitatam ipsius sitam Utini in foro novo et denarios sex / dicte monete, quos solvit Daniel de [Martignacho ratione] et occasione concordii et tractatus habitorum inter dictos fratres / et conventus ex parte una et venerabiles viros dominos .. vicedecanum, canonicos et capitulum dicte ecclesie Sancte Marie de Utino / parte ex altera seu ipsarum partium sindicos et procuratores scriptorum per me notarium infrascriptum sub anno nativitatis Domini millesimo / trecentesimo septuagesimotercio, inditione undecima, die sabbati decimonono novembris, occasione quarte seu canonice / portionis ipsis dominis .. vicedecano, canonicis et capitulo debite de et pro bonis inmobilibus, livellis et censibus conten/tis in instrumento concordii et conpositionis predictorum, de qua quidem canonica portione inter ipsas partes questio vertebatur, / renunciantes prefati prior et fratres ac dictus [frater Franciscus] sindicus et sindicario nomine dictorum fratrum, conventus et / monasterii Sancti Petri martiris de Utino libere et expresse in manibus dicti presbiteri Dominici sindici supradicti omnibus et singulis / [iuribus que in predictis manso et livellis se quo(modo)libet habere pretendunt et habere viderentur de iure quovis modo et in / ipsum presbiterum Dominicum quo supra nomine recipientem iura predicta totaliter transferrentes, dantes et concedentes ex nunc / prout ex tunc et ex tunc prout ex nunc dicto domino presbitero Dominico sindicario nomine quo supra auctoritatem, potestatem et bayliam / (omnimo)dam se de possessione, iuribus et affictibus dictorum mansi et livellorum intromittendi et possessionem accipiendi pro suo / (libito) voluntatis, promittentes prefati prior et fratres et eorum sindicus supradictus predictas dacionem et assignationem / ac omnia et singula suprascripta et infrascripta perpetuo firmas, ratas et gratas habere et tenere et non contrafacere vel venire, nec de / predictis lirem seu questionem movere, nec moventi consentire ratione aliqua, dolo, ingenio sive causa sub pena / dupli valoris (..) de quo questio moveretur, minus quinque soldos Veronensium parvulorum in singulis capitulis huius contractus stipulata / et promissa, qua soluta vel non, presens nichilominus

instrumentum et omnia in eo contenta perpetuo obtineant plenam roboris / firmitatem. Insuper per predictos dominos priorem et fratres ac dictum eorum sindicum ad ponendum et inducendum dictum dominum / presbiterum Dominicum sindicum et procuratorem supradictum ac sindicario et procuratorio nominibus quibus supra in tenutam et corporalem possessionem / predictorum mansi et livellorum ac iurium eorundem Tussinus nuncius spiritualis patriarchalis curie Aquilegensis extitit / nuncius assignatus.]

S. T. Et ego Gandiolus filius Iohanni de [Sancto Vito Concordiensis diocesis] publicus imperiali auctoritate notarius predictis omnibus / interfui et ea rogatus scribere scripsi, signo nomineque meis apposui consuetis, in fidem et testimonium / omnium premissorum.

21.

1374 aprile 19, Udine, nella chiesa di S. Maria maggiore, cappella di S. Pietro

Il capitolo della chiesa collegiata di Santa Maria di Udine dichiara di avere ricevuto – e ne emette contestualmente quietanza – 43 marche e 51 denari in moneta aquileiese da parte del convento di San Pietro martire dei Frati Predicatori di Udine, rappresentato da frate Pascolino da Udine vicepriore e frate Francesco q. Rodolfo da Artegna procuratore, quale compensazione sul quartese sui funerali sulla base dell'accordo di composizione stipulato il 19 novembre 1373. Consuete clausole di salvaguardia.

Originale membr., mm 355x275, A.C.A.U., *Pergamene capitolari*, vol. IV, n° 21.

ATTERGATI: di manom del sec. XIV "Instrumentum finis remissionis facte per dominos .. vicedecanum, canonicos et capitulum Utinenses fratribus predicatoribus de Utino de marchis denariorum quadragintaduabus et denariis quinquagintaduo". Di mano del sec. XIX "1374. 19 aprile". Di mano del sec. XX, in lapis "21 IV volume".

Il supporto scrittorio è in buone condizioni di conservazione, salvo qualche lieve lacerazione marginale, risarcita nel recente restauro. L'inchiostro è bruno scuro, bene leggibile, salvo nelle ultime righe del testo, dove si è desquamato. Si intravedono le rigature ai margini per l'inquadramento dello specchio grafico.

La scrittura è un'usuale notarile del secolo. Le caratteristiche sono quelle già descritte per questo notaio.

In[1] Christi nomine, amen. Anno nativitatis eiusdem millesimotrecentesimoseptuagesimoquarto, inditione duodecima, die / decimonono aprilis, actum Utini Aquilegensis diocesis, in capella Sancti Petri maioris ecclesie Sancte Marie de Utino, presentibus / venerabili et circumspecto viro domino Georgio de Tortis de Papia decano Aquilegensi reverendissimi in Christo patris et domini / nostri domini Marquardi Dei gratia sancte sedis Aquilegensis patriarche dignissimi in spiritualibus vicario generali, domino presbitero Ioseph / plebano Agelli dicte Aquilegensis diocesis, presbitero Driussio de Venzono et presbitero Michaele de Utino in dicta Utinensi ecclesia officiante / testibus et aliis pluribus ad infrascripta vocatis specialiter et rogatis. Coram venerabilibus viris dominis presbitero Çanetto de / Conchis Ruptanensis diocesis vicedecano, canonicis et capitulo collegiate ecclesie Sancte Marie de Utino ad sonum / campanelle in loco predicto in unum more solito congregatis, in quoquidem capitulo interfuerunt venerabiles viri domini presbiter / Çanettus vicedecanus suprascriptus, Bartholomeus de Cermenate de C(u)mo, presbiter Franciscus de Pulcinicho, Wodolricus / de D(i)lingen(er), Dominicus de Basalgapenta et Chulonus de Utino canonici collegiate ecclesie Sancte Marie de Utino cum / plures presentes non essent ibidem totumque capitulum ipsius ecclesie representantes et in ipsorum dominorum .. vicedecani, / canonicorum et capituli ac dicti presbiteri Dominici eorum sindici et procuratoris, de cuius sindicatu et procuratorio constat publico instrumento scripto manu Nicolutii

[1] *La* I *maiuscola iniziale è allungata, potenziata e ornata; la* n *minuscola è allungata e potenziata.*

notarii condam Leonardi de Ripis de Cordevado Concordiensis diocesis sub anno Domini millesimo / trecentesimoseptuagesimo tertio, inditione undecima, die vero sextadecima mensis aprilis, a me infrascripto notario / viso et lecto, presentia personaliter contitutis religiosis viris dominis fratre Pasculino de Utino vicepriore fratrum et conventus / Sancti Petri martiris de Utino et fratre Francisco condam Rodulfi de Artenea sindico et procuratore dictorum fratrum et conventus de cuius etiam sindicatu et procuratorio constat publico instrumento scripto manu Benevenuti notarii condam magistri Bonaventure physici / de Utino sub anno Domini millesimo trecentesimo sexagesimo, inditione tertiadecima, die vero martis decimospetimo mensis / novembris, a me infrascripto notario viso et lecto, pro infrascripta fine, remissione et quietatione facienda, suprascripti venerabiles / viri domini .. vicedecanus et canonici ac dictus dominus presbiter Dominicus sinidicus et procurator suprasciptus ac sindicario et procuratorio nomine / eorumdem contenti et confessi fuerunt ac sponte recognoverunt se realiter et numeraliter habuisse et habuerunt ibidem de presenti a supra/scriptis dominis fratre Pasculino vicepriore et fratre Francisco de Artenea sindico et procuratore suprascripto dantibus et solventibus / vice et nomine eorum ac fratrum et conventus dicti monasterii Sancti Petri martiris de Utino pro quarta seu canonica portione / determinata et declarata debere solvi et dari dictis dominis .. vicedecano, canonicis et capitulo per dictos .. priorem seu vice/priorem, fratres et conventum Sancti Petri martiris sub forma et per viam ac occasione concordii et tractatus habitorum inter ipsos / dominos .. vicedecanum, canonicos et capitulum ex parte una et religiosos viros dominos fratrem Petrum Tridentinum de Campo / priorem et fratrem Franciscum de Artenea sindicum et procuratorem fratrum et conventus suprascriptorum parte ex altera seu eorumdem / partium sindicos et procuratores antedictos scriptorum per me notarium infrascriptum sub millesimo trecentesimoseptuagesimotertio, / inditione undecima, die decimonono novembris et ex causis atque fructibus legatis contentis et specificatis in in/strumento ipso concordii et tractatus predictorum marchas denariorum Aquilegensis monete quadragintaduas et denarios dicte / monete quinquagintaunum, de quibus quidem quadragintaduabus marchis et denariis quinquagintauno prefati / domini .. vicedecanus, canonici et capitulum ac dictus presbiter Dominicus sinidicus eorundem eisdem dominis fratri Pasculino / vicepriori et fratri Francisco sindico suprascripto stipulantibus et recipientibus eorum ac fratrum et conventus dicti monasterii / Sancti Petri martiris de Utino et successorum suorum nominibus ac omnium quorum interest seu interesse posset quemlibet in futurum / fecerunt finem, remissionem, quietationem, absolutionem et pactum de ulterius non petendo, renunciantes exceptioni / dictarum quadragintaduarum marcharum et quinquagintaunius denariorum a prefatis dominis fratre Pasculino vicepriore et fratre / Francisco sindico et procuratore suprascripto non habitarum et non receptarum ac spei future numerationis et omni alii exceptioni / et defensioni, quibus contra premissa ipsi possent contrafacere vel venire quovis modo, de iure vel de facto, promittentes / dictas finem, remissionem, quietationem et absolutionem ac omnia in presenti instrumento contenta perpetuo firma et rata / habere et tenere et non contrafacere vel venire, ratione aliqua, dolo, ingenio sive causa, sub pena centum / marcharum denariorum Aquilegensis monete in singulis capitulis huius contractus stipulata et

premissa, que pena tociens peti / et exigi possit cum effectu quotiens contrafactum fuerit et ea soluta vel non, presens nichilominus contractus et omnia / in eo contenta semper plenum robur obtineant atque perpetuam roboris firmitatem, quibus quidem solutioni, fini, / remissioni, quietationi et absolutioni ac omnibus et singulis in presenti instrumento contentis prefatus dominus Georgius vicarius / suprascriptus suam et suprascripti domini patriarche quo fungitur in hac parte auctoritate interposuit pariter et decretum.

S. T. Et ego Gandiolus filius Iohannis de Sancto Vito Concordiensis diocesis publicus imperiali auctoritate notarius / predictis omnibus interfui et ea rogatus scribere scripsi signo nomineque meis appositis consuetis, in fide / et testimonium omnium presmissorum.

22.

1375 agosto 16, Udine, in borgo Grazzano

Testamento nuncupativo di Giovanni q. Michele detto Zu(rp)o, calzolaio abitante in Udine, con il quale il testatore stabilisce quale luogo della sua sepoltura la chiesa di Santa Maria maggiore di Udine, cui lega 40 denari per l'anno corrente. Inoltre lega all'altare maggiore della medesima chiesa un suo manso situato nella villa di Rivis e un secondo manso situato nella villa di Orgnano presso Campoformido, con la condizione che sia celebrata perpetuamente una messa per l'anima del testatore e dei suoi genitori e che sia altarista a vita prete Iarnasutto q. Libero mugnaio da Udine. Alla morte di quest'ultimo il giuspatronato apparterrà agli eredi di Giovanni. Istituisce un legato anche per la confraternita dei Battuti di Udine. La sua vedova dovrà usufruire della casa di comune abitazione e ricevere un vitalizio. Gli eredi dovranno provvedere anche al matrimonio e alla dote di Bartolomea e Clara, figlie di Giovanni q. Francesco Paolo pellicciaio da Udine. Istituisce una serie di legati per parenti e affini e per le chiese di San Francesco, San Pietro martire e Santa Maria del castello di Udine. Nomina suoi eredi universali Martino porcaio da Udine e Domenico da Coloredo di Prato.

Originale membr., mm 559x229, A.C.A.U., *Pergamene capitolari*, vol. IV, n° 22.

ATTERGATI: di mano del sec. XIV "Testamentum Çurpi cerdonis". Di mano del sec. XIX "N° 2013 1374. 16 agosto". Di mano del sec. XX, in lapis "22 IV volume".

Il supporto scrittorio è buone condizioni di conservazione. L'inchiostro è nero chiaro, tuttavia in molti punti si è desquamato, rendendo difficoltosa la restituzione del testo. Non si è ritenuto di dover sare in nota questa precisazione ogni qualvolta è stato necessario ricorrere alla lampada di Wood per effettuare la lettura.

La scrittura è un'usuale corsiva notarile del secolo, piuttosto corrente. Il rigo immaginario non viene rispettato, perché il testo tende a discendere sotto di esso mano a mano che procede la scrittura verso destra. Inesistente il margine destro, che viene continuamente oltrepassato.

In[1] Christi nomine, amen. Anno nativitatis eiusdem Domini millesimo trecentesimo septuagesimo quarto, indicione duodecima, / die sextodecimo augusti, presentibus discretis viris ser Ambrosio condam Petri de Gurgunçola comitatus Medio/lani, magistro Rugerio sartore condam Stephani de Sereno eiusdem comitatus, Iohanutto porcario condam Iacobi, Iacobo sartore / de Asidibus condam Nicolai Tirossi, Nicolao condam Blasotti, Nicolussio condam Pitte notarii, Michaele spetiario condam Girardi / omnibus de Utino et Constantino scalmitore condam Iohannis de Cusignacho omnibus Utini habitantibus testibus et aliis pluribus / vocatis et ab infrascripto testatore rogatis. Iohannes dictus Çu(fp)us[2] cerdo condam Michaelis habitans de Utino sanus per / gratiam Iesus Christi mente et sensu, licet corpore languens, timens dubios mortis eventus ne eum ab intestato mori / contingat, suarum

[1] *La* I *maiuscola iniziale è allungata, potenziata e ornata; la* n *minuscola è allungata.*

[2] *Da notare che la scrittura del soprannome è assai incerta, con una riscrittura da parte dello scriba.*

rerum et bonorum omnium per presens nuncupativum testamentum sine scriptis disposicionem in hunc modum / facere disposuit et procuravit, casando, iritando et anulando per presens testamentum omne alliud testamentum seu ordi/nationem per eum hinc ad diem presentem factam tam verbis derogatoriis quam aliis quibuscumque modis, nominibus seu causis / et omne aliud instrumentum cuiuscumque generis et conditionis aut contractum quemcumque derogatorium hinc testamento et mandando, volendo / et ordinando ipsa penitus fore cassa, vana, nullius valoris penitus momenti. Et imprimis quidem elegit sibi / sepulturam sui corporis iuxta ecclesiam Sancte Marie maioris Utini, cui ecclesie legavit de bonis suis pro presenti anno / denarios quadraginta. Item legavit et iure legati reliquit de bonis suis pro dote et dotis nomine maioris altaris dicte / ecclesie Utini unum suum mansum cum suis iuribus et pertinenciis situm in villa et pertinenciis de Rivis rectum per Cuchulinum / et Meniam relictam olim [3] barberii de dicta villa, et unum alium mansum situm in villa et pertinenciis / de Orgnano prope Campiformium, rectum per Nicolaum et Leonardum Plasont[erium] de dicta villa, quos dictos duos / mansos legavit pro dote dicti altaris ad hoc [ut unus] sacerdos perpetuo omni die pro fructibus dictorum mansorum per ipsum / sacerdotem recipiendis et exigendis teneatur et debeat celebrare super dicto altari unam missam pro anima [dicti] testa/oris et eius parentum et voluit ac mandavit ipse testator quod presbiter Iarnasuttus condam Liberi moledinarii / de Utino ad vitam suam habere debeat exigere dictam dotem ipsius altaris et super ipso omni die celebrare [ut dictum est] / et post eius mortem heredes sui infrascripti testatoris habeant et habere debeant ius patronatus [dicti] altaris / et non allii absque contradicione alicuius persone. Item voluit, iussit, legavit et ordinavit quod [...][4] fraternitatis / Sancte Marie verberatorum [Utini perpetuo et] anuatim facere debant suum anniversarium cum pane, fabis, nussis et vi/gilliis et alliis necesariis prout eorum discretioni melius videbitur expedire [(cum) fictibus infrascriptis retinendo in se anu]/atim galinas infrascriptas per eorum labore, videlicet cum quinque stariis frumenti et duabus galinis quo supra sibi solvit / et anuatim sibi solvere [tenetur] Leonardus condam Blasii de Cusignacho Utini per(manes) in Greçano super una sua bray/da sita in tabella inferiori Utini [porte] de Cusignacho infra suos confines. Item voluit, iussit, mandavit et ordinavit / quod heredes sui infrascripti anuatim quousque infrascripta eius uxor in hoc seculo vixerit dare et tradere debeant domine Mus[iute] / eius uxori pro suis alimentis viginti staria frumenti, viginti congia vini terani ad mensuram comunis Utini[5], duas marchas denariorum Aquilegensis monete / et viginti galinas cum ovis et habitacionem sue domus [solit]e habita(cionis) sitam Utini in confinibus burgi de Postcollem et de / Greçano, ita quod ad vitam suam et quousque dicta eius uxor in hoc seculo vixerit stare et habitare posit et debeat in dicta [domo] / absque contradicione alicuius persone et post mortem ipsius domine Mus[iute] dicti fictus et domus [antedicta] libere remanere de/bea(n)t infrascriptis suis heredibus. Item voluit, mandavit et ordinavit quod heredes sui infrascripti maritare debeant / Bartholomeam et Claram sorores et filias Iohannis

[3] *Segue un breve spazio bianco.*
[4] *La restituzione risulta impossibile.*
[5] ad mensuram comunis Utini *aggiunto mediante nota apposta a fine testo e richiamatavi con specifico segno di inserimento.*

pelliparii condam Francisci Paçuli de Utino cum [erint etate legiptime et eas] / [dotare] cum quadraginta [marchis] denariorum pro singulla et utraque ipsarum tradere quadraginta marchas denariorum in dotem et [dotis] nomine / [earundem] secundum [usum] et consuetudinem patrie Foriiullii, videlicet quia si mor[irentur] absque [...][6] / predicta [dote] [... ac ... debat eius hered(...) infrascript(..)][7] et nil aliud dictis sororibus [...][8] nisi / [pre... ut superius][9] est expressum. Item legavit .. filiabus [Menie] sororis sue quinquaginta libras [parvorum] / [Veronensium pro singulla] quibus dotari iussit per heredes s[uos infrascriptos si eas ... contingat] secundum consuetudinem / patrie Foriiullii [...][10] si morirentur absque legitimis heredibus [dicta] dos red[ire debat eius legiptimis heredibus]. / Item [legavit et de bonis suis] pro presenti anno et pro [anima sua dari iussit .. filiabus Stephani cerdonis condam Dominico Çuscie] / [si illis que sunt in domo maritande et illis que sunt extra domum maritate ...][11] legavit / de [...][12] Veronensium parvulorum vigintiquinque pro singulla, quas statim dari iussit et mandavit per eius heredes / infrascriptos in auxilium maritandi easdem cum fuerint legitime etatis et tempus maritandi pro earum dote et dotis nomine. / Item legavit [duabus] suis neptibus sororibus de Portuneonis et filiis cuiusdam Iacobi [a...rarii de bonis] suis / pro presenti anno vigintiquique libras Veronensium parvulorum pro singula pro earum dote et dotis nomine dandas et persolvendas / per eius heredes cum fuerint legitime etate et maritari contingat se[mel d...][13] pro earum .... secundum quod superius est expressum / secundum consuetudinem patrie Froiiullii. Item legavit .. filiabus feminis (tamen) Nicolai de Campolongo [sororibus] / [Lucie] eius filie de bonis suis vigintiquinque libras Veronensium parvulorum pro singula dandas et persolvendas pro earum / dote per eius heredes cum nupserint et maritum accipiant secundum consuetudinem patrie Foriiullii. Item legavit de bonis / suis hospitali Sancte Marie Madalene de Utino quamdam [suam et perpetualem ficti] seu livelli responsionem duorum / stariorum frumenti et duarum galinarum quam anuatim sibi solvebat Iohannes de Cusignacho, qui Utini morabatur, / super certis suis terenis cum hac condicione, quod heredes suis infrascripti testatoris pro dicto [fictu] non teneantur de aliqua / [manutencione alicui] persone. Item legavit de bonis suis pro presenti anno ecclesiis Sanctoum Francissi, Petri martiris, / Sancte Marie de castro Utini, Sancte Marie de castro Utini[14] unam marcham denariorum pro singulla semel persolvendas / per eius heredes ad hoc ut Deum teneantur rogare pro anima dicti testatoris sacerdotes qui oficiabunt in ipsis ecclesiis. Item le/gavit Nicolao et Martino fratribus filiis condam Iohannis de Campolongo nepotibus eiusdem testatoris unum / suum [mans]um cum omnibus suis iuribus et pertinenciis situm in villa et pertinenciis Trivignani rectum per [...ll..um et] / [...] de dicta villa cum hac condicione aposita, quod predicti Nicolaus nec Martinus nec eorum heredes dictum

[6] *Due parole illeggibili.*
[7] *Alcune parole illeggibili.*
[8] *Alcune parole illeggibili.*
[9] *Alcune parole illeggibili.*
[10] *Alcune parole illeggibili.*
[11] *Alcune parole illeggibili.*
[12] *Parila illeggibile.*
[13] *Alcune parole illeggibili.*
[14] *Evidente errore di ripetizione dello scriba, che lo ha espunto.*

mansum / [nec alliquod de ipso] ullo tempore vendere, distribuere nec alienare nequeant modo aliquo neque causa et si mo/do [aliquo] contrafacernt, videlicet quod aliqua[... venredent vel alienare mansum vel aliquid [de eo] / [tunc statim ...] dictos eius neptes huiusmodi legato [et statim dictus mansus cum omnibus suis iuribus perveniat] / [et ... debat] heredibus suis infrasriptis. Item legavit cuilibet suo [asino] licite pos[tulato] heredi/[tario] nomine aliquid de bonis suis pro presenti anno et [de bonis suis decem] soldos [Veronensium] parvulorum [volens et man/dans eos in hoc] esse tacitos et contentos et pre.... eos ... que licite p... possent][15]. In omnibus / [autem aliis] bonis suis mobilibus et immobilibus, iuribus et [actioni]bus p[resentibus et futuris] sibi [heredes instituit] / [universales] et esse voluit ac mandavit Marti[num porcarium condam Nicolai de Utino et Dominicum dictum / ... condam Bugi(ns) de Coloreto Prati fam[ulos] dicti testatoris intero eos e[qualibus porcionibus] dividendis / et invicem substituit hoc modo, videlicet [quod] si unus prem[oriretur alio] ab intestato aut sine / legitimos heredes, tunc alium superviventem sibi substituit heredem universalem. [Et hanc] suam ultimam / [voluntatem] aserit esse velle quam valere voluit iure testamenti, quod si eo iure valere non posset, valeat / [saltem] iure codicillorum vel quocumque alio iure ultime voluntatis quo melius valere posset et tenere. / Actum Utini in burgo Greçani, in curtivo domus hered(um) (domini) Philipi Albergetti notarii habitata / [per dictum Martinum porcarium].

S. T. Et ego Iacobus filius olim magistri Gelli de Utino imperiali auctoritate notarius / publicus predictis omnibus interfui et rogatus [... describere] scripsi.

[15] *Alcune parole illeggibili.*

23.

1376 marzo 11, Udine, sotto la loggia grande del palazzo comunale

Al cospetto di ser Sirono, notaio e vicecapitano di Udine per conto del capitano Rolandino de Ravanis da Reggio, compare Michelutto q. Gervasio da Buttrio, al momento residente nel borgo inferiore di porta Aquileia, chiamato Bertaldia, che chiede di poter essere autorizzato a spangare certi suoi livelli non percepiti nel trascorso anno. Il vicecapitano e gli astanti sentenziano che di assegnare un nunzio a Michelutto per effettuare la spangatura, affidandone l'esecuzione ai tre preconi comunali Antonio, Tomado e Pietro Piccolo.

Originale membr., mm 561x217, A.C.A.U., *Pergamene capitolari*, vol. IV, n° 23.

ATTERGATI: l'attergato di mano del sec. XIV è quasi sotalmente evanido, a causa di un'ampia gora d'acqua. Di mano del sec. XVII, ma quasi del tutto dilavato da infiltrazione d'acqua "1376 XI martii. […]". All'anno di questo attergato è stato aggiunto da mano del sec. XIX "11 marzo". Di mano del sec. XX, in lapis "23 IV volume".

Il supporto scrittorio è in discrete condizioni di conservazione. Un'ampia infiltrazione d'acqua al margine superiore destro ha danneggiato sia il supporto scrittorio (lacerazione, macchia) sia la laggibilità del testo, compromettendo l'inchiostro. L'inchiostro è bruno chiaro, bene laggibile, laddove non danneggiato da umidità e macchie. Compaiono le rigature per i margini dello specchio di scrittura.

La scrittura è una corsiva notarile secondo la canonizzazione del secolo. Di buona esecuzione, di notevole padronanza, essa denota la due fasi di stesura del documento, con una discreta differenziazione, tanto da fare ipotizzare due mani differenti. Tuttavia un esame attento indirizza piuttosto verso due odalità differenti di scrittura da parte del medesimo scriba.

REGESTI E EDIZIONI: .

In[1] Christi nomine, amen. Anno a nativitate eiusdem Domini millesimo tricentessimo septuagessimo sexto, indicione / quartadecima, die undecimo mensis marcii, actum Utini Aquilegensis diocissis, sub magna lozia comunis, presentibus / discretis ac providis viris ser Fanto condam domini Iohannini Arcoloniani, Iohanne condam domini Gabrielis, / ser Hectore et Francisco notariis fratribus et filiis condam ser Odorici Miulite de Utino, Hermano notario / condam ser Nicolai Rusitti, Nicolao notario condam ser Manini, Nicolao notario condam magistri Gregorii, Nicolussio / et Martino notariis fratribus et fillis condam Tomassini notarii, Nicolao notario condam Bartholomeii / et Donino notario condam Agustini omnibus de Utino testibus et aliis pluribus. In iuditio coram provido / et discreto viro ser Sirono notario vicecapitaneo terre Utini prelibate pro sapienti viro domino Rolandino / de Ravanis de Regio iuris perito honorabili capitaneo ipsius terre Utini reverendissimi in Christo / patris et domini domini Marquardi Dei gratia sancte sedis Aquilegensis dignissimi patriarche conparuit / Michiluttus

[1] *La* I *maiuscola iniziale è allungata, potenziata e ornata; la* n *è allungata.*

condam Gervassii de Budrio Utini ad presens permanens, in burgo inferiori porte Aquileie[2] in / contrata appelata Bertaldia, et propossuit dicens se habere certos affictus et livella sibi a certis / personis elapso anno et die non solutos et non soluta, quare suplicavit eidem vicecapitaneo / ut petere deberet a suis circumstantibus per sententiam diffiniri quid iuris esset super premissis per eum alegatis. / Quo ser vicecapitaneo per sententiam petente a suis circumstantibus quid iuris esset, per omnes circumstantes sententiatum / fuit, nemine tamen penitus discrepante, quod eidem Michilutto dari debent nuncius ad spangandum vel pignor/andum pro suis affictibus sive livellis elapso anno et die non solutis, salvo semper iure cuiuslibet persone. / Qua sententia sic lata eiusque vigorem idem ser vicecapitaneus volens exequi omnia predicta dedit et assignavit / in nuncium et pro nunciis suis eidem Michilutto petenti et postulanti Antonium, Tomadum et / Petrum Parvum precones comunis Utini ibidem presentes et ceteros alios nuntios absentes, mandans ipsis / presentibus quatenus facere deberent iuxta ipsam latam sententiam.

[2] Aquileie *aggiunto emarginato con apposito segno d'inserzione nel rigo.*

23 bis.

1376 marzo 14, Udine, sotto la loggia grande del palazzo comunale

Al cospetto di Rolandino de Ravanis da Reggio, capitano di Udine,compare il precone comunale Pietro Piccolo a rendere relazione sulla prima spangatura effettuata su sentenza per conto di Michelutto q. Gervasio da Buttrio per il mancato pagamento di alcuni livelli. I beni spangati sono tre campi appartenenti a una braida di quattro campi situata nella tavella di porta Aquileia.

Ut in precedenti n° 23.

Item sub proximis dictis millesimo et indicione, die quartodecimo mensis marcii, actum Utini sub magna lozia comunis, / presentibus discretis viris Hermano notario condam ser Nicolai Rusitti, Francisco notario condam ser Odorici Miulite, Nicolao / notario condam magistri Gregorii, Nicolao notario Bartholomey et Leonardo notario Dominici testibus et aliis pluribus. In / iuditio coram supradicto domino Rolandino de Ravanis de Regio iurisperito honorati capitanei terre Utini / constitutus Petrus Parvus preco comunis Utini ad instantiam et requisitionem Michilutti prescripti ibidem / presentis et eum requirentis sacramento sui officii retulit et dixit se tamquam nuntium datum et assignatum eidem / Michilutto laudo et sententia mediantibus ad spangandum vel pignorandum pro eius affictibus vel livelis / sibi a certis personis debendis elapso anno et die non solutis, prout de ipsa sententia superius continetur / in proximo precedenti instrumento, in prefatis millesimo et indicione, die undecimo mensis marcii imposuisse quamdam / spangam in et super tribus campis, unius brayde quatuor camporum sit(is) Utini in tabella / porte Aquilegie, cuius brayde hii sunt confines iuxta Iohanutum satorem dictum Ragn de eodem / burgo Aquilegie, iuxta Martinum Zontanum de ipso burgo et ab aliis duobus lateribus iuxta vias publicas vel / si qui ipsius brayde variores sunt confines. Et hoc pro quodam livello eidem Michilutto / annuatim solvi debendo, videlicet sex stariorum furmenti in et super ipsis tribus campis ipsius brayde / quatuor camporum et de impositione ipsius spange notifficasse Leonardo dicto Tulli Utini / habitante in burgo predicto Aquilegie, Andree dicto Ruful et Bertholameo dicto Tussio fratribus et filiis / condam Dominici de Ca(mine)to personaliter de prima spanga.

23 ter.

1376 ottobre 23, Udine, sotto la loggia grande del palazzo comunale

Al cospetto di ser Sirono, notaio e vicecapitano di Udine per conto del capitano Rolandino de Ravanis da Reggio, compare Michelutto q. Gervasio da Buttrio a richiedere sentenza per effettuare la spangatura su alcuni livelli non versati per il precedente anno. Si sentenzia in favore di Michelutto assegnandogli il precone comunale Pietro Piccolo quale nunzio di spangatura.

Ut in precedenti n° 23.

Item sub instantibus millesimo et indicione, die vigesimo tercio mensis octubris, Utini actum sub magna lozia / comunis, presentibus discretis Nicolao notario condam Bartholomei, Venuto notario condam magistri Bonaventure phisici, / Donino notario condam Agustini et Laurentio notario Arputii omnibus de Utino testbus et aliis pluribus. In iuditio / coram supra dicto ser Sirono notario vicecapitaneo ipsius terre Utini pro supradicto domino Rolandino / honorato capitaneo dicte terre Utini conparuit supradictus Michiluttus de Budrio et propossuit dictos / se hinc certos affictus et livella sibi a certis personis debendis elapsis tamen anno et die non solutis / et non solutis, quare suplicavit eidem ser vicecapitaneo quatenus petere debere per sententiam a cir/cumstantibus diffiniri quid iuris esset super propositis et per eum alegatis, quo ser vicecapitaneo per / sententiam petente per omnes astantes, nemine penitus discrepante, sententiatum fuit quod idem ser / vicecapitaneus eidem Michilutto dare debebat omnes nuncios [1] suos ad spangandum vel / pignorandum per eius affictibus et livellis non solutis, salvo semper iure cuiuslibet persone. Qua sententia / sic lata ipsius vigorem idem ser vicecapitaneus ad exequendum omnia predicta dedit et assignavit eidem / Michilutto petenti in nuncium et pro nunciis suis Petrum Parvum preconem comunis Utini ibidem presentem / et ceteros alios asbentes, mandans dicto Petro presenti quatenus facere deberet iuxta dictam latam / sententiam.

[1] *Alcune lettere depennate: si tratta forse di errata scritturazione di* suis.

23 quater.

1377 gennaio 12, Udine, sotto la loggia grande del palazzo comunale

Al cospetto di ser Sirono, notaio e vicecapitano di Udine per conto del capitano Rolandino de Ravanis da Reggio, compare il precone comunale Pietro Piccolo che dà relazione sull'effettuata seconda spangatura in esecuzione di una sentenza in favore di Michelutto q. Gervasio da Buttrio a causa di alcuni livelli non versati nel precedente anno. i beni spangati sono tre campi appartenenti a una braida di quattro campi situata nella tavella di porta Aquileia.

Ut in precedenti n° 23

In Christi nomine, amen. Anno a nativitate eiusdem Domini millesimo tricentessimo septuagessimo septimo, indicione / quintadecima, die duodecimo mensis ianuarii, actum Utini, sub magna lozia comunis, presentibus providis Franciscuto / condam domini Iohaninum de Orbittis, T(in)tino condam ser Iohannis de Artenea, Nicolo notario Bartholamei, Donino / notarii condam Agustini, Fantussio notario condam Iacobi et Iohanne notario So(n)e testibus et aliis pluribus. In iuditio coram / prenominato ser Sirono notario vicecapitaneo dicte terre Utini pro supradicto domino Rolandino capitaneo honorato ipsius / terre Utini constitutus Petrus Parvus preco comunis Utini ad instantiam et requisitionem supranominati / Michilutti de Budrio ibidem presentis et cum requirentis ex sacramento sui offici retulit et dixit se / tamquam nuncium datum et assignatum eidem Michilutto laudo et sententia mediantibus ad spangandum / vel pignorandum vel pignorandum[1] pro eius affictis seu livelli eidem Michilutto elapso anno / et die non solutis, prout de ipsa sententia superius in proximo precedenti instrumento manu mey notarii annotato / continetur, in millesino tricentessimo septuagessimo sexto, indicione quartadecima, die vigesimo tercio mensis decembris, / imposuisse quamdam spangam in et super prescriptis tribus campis dicte brayde quatuor camporum / sitis Utini in porta Aquilegie iuxta Iohanutum dictum Ragn, iuxta Martinum Zontanum et ab aliis duobus / lateribus iuxta vias publicas vel alii si qui cariores forent confines et hoc pro quodam livello annuatim / eidem Michilutto solvi debendo, videlicet sex staria furmenti in et super ipsis tribus campis ipsius brayde quatuor / camporum et de impositione ipsius spange notificasse personaliter supradictis Leonardo, Andre et / Batyholameo fratribus de Camineto pro secunda spanga.

S. T. Et ego Nicolaus filius Benevenuti notarii de Utino publicus imperiali auctoritate / notarius et tunc temporis scriba ac comunis terre prelibate cancelarius prescriptis omnibus et / singulis interfui et ea rogatus scribere scripssi et fideliter publicavi.

[1] vel pignorandum *espunto per errore dello scriba*.

24.

1377 gennaio 11, Udine, in borgo superiore

Exemplum autentico tratto dal notaio Leonardo q. Giacomo da Udine dalle note del q. Giovanni Sona da Udine della donazione effettuata da Misserna q. Ambrogio da Adegliacco, abitante in Udine, in favore di Mora q. Odo… da Adegliacco, moglie di ……., e consistente in una sua canipa situata in Udine nel cortile delle sue case, nonché il diritto di ….; in un suo forno situato nel medesimo cortile. Unica condizione è di versare annualmente uno staio di sale alla confraternita di ….. presso la chiesa di Santa Maria maggiore di Udine. Riceva la donazione Giovanni per conto della moglie Mora. Consuete clausole di salvaguardia del negozio.

Originale membr., mm 240x190, A.C.A.U., *Pergamene capitolari*, vol. IV, n° 24.

ATTERGATI: di mano del sec. XIV "Instrumentum donationis facte Missernam fraternitati Sancti Iohannis evangeliste de ecclesia Sancte Marie maioris de Utino". Di mano del sec. XIX "1377. 4 gennaio". Di mano del sec. XX, in lapis "24 IV volume".

Il supporto scrittorio è discrete condizioni di conservazione, salvo per diverse lacerazioni lungo il margine destro e un ampio squarcio tra secondo e settimo rigo. Macchie di umidità penetrano dal margine destro verso l'interno del supporto. Lieve traccia della rigatura del margine sinistro. L'inchiostro è bruno scuro, abbastanza brillante.

La scrittura è una usuale corsiva notarile del secolo. Regolare e di caratura piuttosto piccolo, denota padronanza del gesto grafico e della professionalità.

Anno[1] a nativitate Domini millessimo trecentessimo septuagessimoseptimo, indicione quintadecima [die quarto][2] / mensis ianuarii, actum Utini in burgo superiori, in c[uri]a[3] domus habitacionis infrascripti Misserne, presentibus [venera]/bilibus presbiteris dominis Christoforo condam Iohannis de [...]laris[4] de Utino, Conrado filio Nicolay et An[tonio filio] / Iacobi Totissii de Utino, nec non Cumussio condam T[...][5] de Utino, Minchussio condam Bossoni de U[...][6], / Andrea condam Ma(uri) de Adegliacho testibus [et ali]is[7] pluribus ad hec vocatis. C[...][8] / Misserna Utini habitans condam Ambrossii de Adegliacho, considerans purum amorem [...][9] / quam habet erga dominam Moram filiam condam Odo[rici][10] Fumiani de Adegliacho et uxorem [...][11] condam / Mauri de Cavalicho ac grata servicia habita et recepta ab eadem titulo et nomine p[ure, mere, vere] / simplicis et inrevocabilis

[1] *La* A *maiuscola iniziale è allungata.*
[2] *Lettura eseguita con l'ausilio della lampada di Wood; ogniqualvolta si presenti analoga difficoltà ci si dispensa dall'indicarlo in nota.*
[3] *Lacerazione nel supporto.*
[4] *Lacerazione nel supporto.*
[5] *Lacerazione nel supporto.*
[6] *Lacerazione nel supporto.*
[7] *Lacerazione nel supporto.*
[8] *Lacerazione nel supporto.*
[9] *Lacerazione nel supporto.*
[10] *Lacerazione nel supporto.*
[11] *Lacerazione nel supporto.*

donacionis que dicitur inter vivos et non causa mortis que null[a ingrati]/[tudinis] causa vel obfensa valeat revocari per se et cetera dedit, tradidit, donavit et [mandavit ...] / eidem Iohanni stipulanti et [12] vice et nomine dicte domine More sue uxoris et pro ipsa et eius heredibus [...] / cui hoc ius suum dare voluit quamdam eius canipam sitam Utini in curtivo domorum sue [solite habitationis], / cuius hii sunt [iuxta] quamdam domum ecclesie Sancti Iohannis de Godia, iuxta .. heredes olim Iohannis Mi/ssani de Griglons, iuxta quamdam domum ecclesie Sancti Iacobi de Bayvars et iuxta curiam domorum [sue] / [habitacionis]. Item ius colligendi et faciendi finum in tota curia supradicta prelibatarum domorum non p[revid...][13] / [...][14] et (vie) ad [...][15] ad reliquas domus que sunt circha dictam curiam. Item furnum situm in / dicta curia vel si qui et cetera ad habendum et cetera cum omnibus et singulis que infra predictos continetur confines / atque cum omnibus et singulis que dicta [16] canipa et furnum habere [...][17] et cetera, solvendo [tamen] / annuatim iure livelli perpetualis in festo sancti Hermachore vel octo diebus post fraternitati Sancti [Iohannis evan]/geliste situate in ecclesia Sancte Marie maioris de Utino unum starium siabe et nil alliud quod [quidem] / livellum unius starii siabe dictus Misserna ex nunc in perpetuum super prelibatis bonis constituit eidem fraterni/tati et reverenciam Dey eiusque gloriose genitricis viriginis Marie, sancti Iohannis et tocius celestis curie [et] / [ob] remisionem peccatorum suorum d[ebere voluit et] nomine pure, mere et supradicte simplicis donacionis [que] / dicitur inter vivos donavit cum omnibus et singulis iuribus eidem livello spectantibus et pertinentibus tam de / iure quam de facto. Constituens se dictus Misserna donator dictam canipam et furnum nomine ipsius Iohannis / dicto nomine recipientis possidere et cetera, quam accipiendi et cetera, promittens quoque dictus Misserna per se et cetera et [cum] / obligacione et cetera eidem Iohanni stipulanti et recipienti pro se vice et nomine dicte More sue uxoris et pro ips[orum heredibus] / suis et cetera numquam de dicta canipa et furno seu parte ipsorum litem vel questionem aliquam [...][18] / movere nec volenti facere consentire, se<t> dictam canipam et furnum eidem More suisque [heredibus] / legittime [defendere] et cetra ab omni homine et cetera et dictam donacionem et omnia et singula in hoc instrumento cont[enta] / perpetuo firma, rata et grata habere et cetera et non contrafacere et cetera, sub pena dupli et cetera, qua so[luta] / et cetera. Cum [19] omni mellioramento[20].

S. T. Et ego Leonardus condam Iacobi[21] de Utino publicus imperiali auctoritate notarius ex comisione michi / atributa per reverendissimum in Christo patrem et dominum nostrum dominum Philuppum de

[12] *Alcune lettere ileggibili e un* pro *tachigrafico depennato.*
[13] *Lettere illeggibili.*
[14] *Lettere illeggibili.*
[15] *Lettere illeggibili.*
[16] cania *depennato.*
[17] *Lettere illeggibili.*
[18] *Lettere illeggibili.*
[19] me *depennato.*
[20] Cum omni mellioramento *aggiunto entro riquadro.*
[21] Iacobi *aggiunto nell'interlinea con segno d'inserzione sottostante.*

Alenchonio miseratione / divina episcopum Sabinensem sacrosancta[22] Romane Ecclesie cardinalem et patriarcham Aquilegensem / prout in notis olim Iohannis notarii Sone de Utino[23] inveni nil adens vel minuens quod [24] sensum / mutet vel variet intellectum presens instrumentum scripsi et in publicam formam fideliter reduxi.

[22] *Lapsus dello scriba.*
[23] *Da notare che questo notaio era ancora vivo 12 gennaio 1377, tanto da essere testimone alla relazione di spangatura di cui al precedente doc. n° 23 quater. Siccome Filippo d'Alençon fu patriarca dal 1381 al 1387, l'exemplum deve essere stato tratto in questo arco temporale, quando il notaio Giovanni era già deceduto.*
[24] *Alcune lettere depennate per evidente errore dello scriba.*

25.

1377 luglio 11, Udine, nella loggia grande del palazzo comunale

Al cospetto di Nicolussio di Ragogna, maresciallo patriarcale, giudice e attore, e di ser Guglielmo Ranconi e ser Odorico q. ser Paolo da Percoto, giudici deputati in criminalibus dall'arengo di Udine, compaiono Matiussio q. Bertolosio da Camino e i fratelli Bartolomeo detto Tussio e Andrea detto Ruffolo, figli del q. Domenico da Caminetto, prigionieri del maresciallo sotto l'accusa di falso Matiussio e Bartolomeo e sotto l'accusa di subornazione Andrea, nella vertenza tra Andrea da una parte e Michelutto da Buttrio dall'altra radicata presso il vicario generale in spiritualibus. Si dà lettura della confessione resa dai tre accusati e della disposizione del colloquio generale riguardo la falsa testimonianza, quindi il maresciallo chiede sentenza agli astanti. Si sentenza che ogni testimonianza, attestazione e dichiarazione resa da Matiussio e Bartolomeo nella causa anzidetta siano annullate e cassate in forza della loro confessione. Inoltre sis entenzia che i due siano per sempre esclusi dalla tesimonianza in tribunale. Infine si condannano Matiussio Bartolomeo e Andrea a pagare una sanzione di duecento lire di piccoli ciascuno entro 15 giorni. In caso di mancato pagamento ad essi dovrà essere mozzata la lingua. Immediatamente i tre colpevoli dovranno essere condotti per Udine e dichiarati pubblicamente falsi testimoni.

Originale membr., mm 265x187 c.a, A.C.A.U., *Pergamene capitolari*, vol. IV, n° 25.

ATTERGATI: di mano del sec. XVII "1377 XI iulii Utinum". DI mano del sec. XIX, sopra laprecedente "1377 11 luglio". Di mano del sec. XX, in lapis: "25 Iv volume".

Il supporto scrittorio è buone condizione di conservazione, salvo per alcune lievi lacerazioni lungo il margine destro e il margine inferiore. L'inchiostro è bruno chiaro, debole e a tratti desquamato, ma sempre leggibile. Compaiono tracce della rigatura per il margine sinistro dello specchio grafico.

La scrittura è una corsiva notarile, assai minuta e corrente, ma sempre di notevole padronanza. Regolari dimensioni e spaziature, assai forte la canonizzazione.

REGESTI E EDIZIONI: BIANCHI, *Indice*, n° 4714.

In[1] Christi nomine, amen. Anno a nativitate eiusdem Domini millesimo tricentesimo septuagesimo septimo, indicione / quintadecima, die sabati undecimo mensis iullii, actum Utini sub magna lozia domus comunis Utini, presentibus / providis et discretis viris ser Galidesio et ser Hectore de Andriottis, ser Friderico de Faganea Utini in / burgo superiori habitant(ibus), ser Zanne de Burgo Glemone, ser Suono notario vicecapitaneo terre Utini, ser Nicolao / notario condam magistri Gregorii, Fantussio notario, Leonardo notario filio magistri Bartholamei ciroyci, Leonardo notario / Dominici, Francischino notario, Iohanne notario Sone, Nicolao notario Venuti, Michaele notario filio .. Petriburli, / Canciano notario, Ioseph notario Malfatussii cerdonis, Manino notario, Nicolao Philippi

[1] *La* I *maiuscola iniziale è allungata e potenziata.*

de Cramariis, / Floriamondo de burgo Aquilegia Utini et Nicolao notario condam Iohanutti de porta Civitatis Utini testibus et aliis / pluribus. Coram nobili viro domino Nicolussio de Ragonea reverendissimi in Christo patris et domini nostri domini Marquardi / Dei gratia Aquilegensis dignissimi patriarche curie patriarchalis honorato marschallo in iudicio pro tribunali sedente, duo / cum providis viris ser Guillelmo Ranconi et ser Odorico de Utino condam ser Pauli de Percoto Utini habitant(ibus) pro anno / presenti in plena arengya terre Utini honoratis iudicibus specialiter deputatis in criminalibus v[idelicet][2] dicto / domino marschallo ex debito sui officii procedente et agente ex parte una et Mathyussio condam / Bertolosii de Camino, Bartholameo dicto Tussio et Andrea dicto Ruffulo fratribus et / filiis condam Dominici de Camineto, detentis in forcia dicti domini marschalli et constitutis parte altera / se defendentibus nomine et ex causa ipsorum Mathiussii et Bathalamei false, inique et prave attestatationis / et prefati Andree Ruffulii perverse et inique seductionis et subornationis eorundem quadam causa vertente / inter dictum Andream Ruffulum ex parte una et Michiluttum de Budrio Utini habitantem ex parte altera / coram domino vicario in spiritualibus facta, ut continetur in eorum Mathiussii et Bartholamei deposicione per / eos facta et scripta in actis curie spiritualis et in ipsorum cuiuslibet manifesto et confessione ubiquidem / de mandato dictorum dominorum marchslli et iudicum lectis, vulgariçatis et publicatis manifesto / et confessione cuiuslibet ipsorum alta v<e>ce in consepctu omnium hominum astancium populi terre Utini more / solito a me notario infrascripto et scriptis sub instantibus millesimo, indicione et die prefati Mathiussius, Bar/tholameus et Andrea ipsa lecta, vulgariçata et contenta in eorum et cuiuslibet ipsorum manifesto / et confessione dixerunt, asserunt et confessi fuerunt vera esse et manifesta, necnon est ibidem lecta / constitutione coloquii generalis super hiis loquentis rubricata de pena falsi testis et cetera ad tocius / iudicii informacionem et demum ipsis Mathiussio, Bartholameo et Andrea Ruffullo nullis factis / defensionibus ymmo protinus aquiescentibus contentis et lectis in dicto eorum et cuiuslibet ipsorum manifesto et / confessione, petito per dictum dominum marschallum per sententiam a dictis iudicibus quid inde iuris sit super / predictis per quos prius habito consilio bonorum virorum circumstancium et aliorum plurium, sententiatum, / diffinitum et pronunciatum fuit quod testimonium, dicta et attestationes perhabitum et perhabite / per prefatum Bartholameum et Mathiussium facta et stipulata in actis spiritualis curie in causa predicta vertente / inter dictum Andream Ruffullum ex parte una et Michiluttum de Budrio ex parte altera sit / et sint ac esse debeant cassum et cassa, vanum et vana, inritum et irrita, nullusque valoris / vel momenti, quod et que ex nunc cassant, anullant et irritant vigore predicte confessionis facte et manifesti / ibidem lecti et ipsi Mathiussius et Bartholameus de cetero nunc et semper in quibuscumque causis tam / civilibus quam criminalibus ad aliquid testimonium perhibendum non admittantur tamquam periuri et falsi testes / deprehensi falsum testimonium perhibuisse et sic habeantur et reputantur in quocumque foro et sub quocumque / iudice et dominio, necnon sententiatum et diffinitum fuit quod ipsi Mathiussius et Bartholameus ex dicta

[2] *Lacerazione nel supporto.*

eorum / falsa et iniqua attestatione vigore supranominata confesionis et prefatus Andrea vigore et ex causa / seductionis subornationis et confessionis fate per eum et quilibet ipsorum in solidum teneantur et debeant / solvisse et dedisse prefato domino marschallo et Michilutto predicto contra quem Michiluttum falsum perhi/buerunt testimonium, videlicet ipsi Mathiussius ducentas libras parvulorum, Batholameus ducentas et Andreas / Ruffulus ducentas libras parvulorum infra terminum et spacium XV dierum a dicta constitutione limitatum conputandorum / a die presentis sententie late, quas si non solverint in dicto termino limitato, quod ex nunc sit eis et cuilibet ipsorum / amputata et incisa lingua in loco ubi moris est per officialem curie patriarchalis, item sententiatum fuit quod immediate / ipsi Mathiussius, Bartholameus et Andreas Ruffullus ducantur per terram Utini per dominum marschallum / seu per eius familiares ante quos precedat unus preco preconiçando alta voce quod universi innotescat / prefatos Mathiussium, Batholameum falsum perhibuisse testimonium et prefatum Andream Ruffulum / esse et fuisse ipsorum seductorem et subornatorem, ad hoc, ut hec pena ceteris transeat in exemplum, / qui sic ibidem immediate per officiales et famulos domini marschalli ducti fuerunt per terram Utini / iuxta latam ibidem sententiam.

S. T. Et ego Laurentius filius Marzutti de Cusignaco Utini habitans publicus impariali auctoritate notarius / predictis omnibus interfui [et tam]quam officialis et scriba dicti domini marschalli rogatus scripsi.

26.

1378 giugno 16, Roma, in San Pietro

Lettera esecutoria di papa Urbano VI all'abate di Moggio e ai decani dei capitoli di Aquileia e di Udine con la quale li nomina giudici esecutori della collazione beneficiale di prete Andrea di Lorenzo di Città di Castello per l'altare situato nella cappella dell'ospedale dei poveri di Santa Maria di Udine. Qualora il beneficio fosse già legittimamente detenuto, si provveda a collazionare il primo beneficio vacante a disposizione del patriarca di Aquileia.

Originale membr., mm 538x534 (plica mm 85 c.a), A.C.A.U., *Pergamene capitolari*, vol. IV, n° 26.

ATTERGATI: di mano del sec. XVII "Literae Apostolicae Urbani sexti ut Decanus et capitulum Utinense provideat Dan(iele) Laurencii de proximo vacaturo beneficio. Datae Romae anno primo illius Pontificatus". Di mano del sec. XIX "1378. 16 maggio". Di mano del sec. XX, in lapis "26 IV volume".

Il supporto scrittorio è discrete condizioni di conservazione. In corrispondenza degli angoli delle tre pliche orizzontali con le tre pliche verticali l'umidità ha ampiamente lacerato il supporto, rendendo irrecuperabile il testo. L'inchiostro è nero, ma spento e in molto punti evanido, così da imporre l'uso della lampada di Wood. Nelle note al testo è parso inutile dover ripetere questa precisazione, salvo casi particolari. In plica la registrazione "Registrata G. Willardus". In capite alla lettera la nota "Bene per omnia", un'annotazione della cancelleria papale. Residuano i due fori per il sigillo, privi del filo e risarciti nel restauro recente. Sigillo deperdito.

La scrittura è una notarile di curia con una rimarchevole risconoscibilità. Alcune caratteristiche calligrafiche e cancelleresche (allungamento delle aste verticali, svolazzi e allungamenti verso sinistra delle aste discendenti).

Urbanus[1] episcopus servus servorum Dei dilectis filiis .. abbati monasterii Mosancesis Aquilegensis diocesis et .. Aquilegensis ac Utinensis ecclesiarum decanis salutem et apostolicam / benedictionem. Dilecti filii [Andree] Laurentii [pauperis] presbiteri Civitatiscastelli apud sedem apostsolicam constituti supplicationibus inclinati [discretioni nostre] per apostolica scripta / mandamus quatinus [...][2] et conversatione ipsius presbiteri qui ut asserit quoddam altare situm in capella hospitalis pauperum Sancte Marie de Utino / Aquilegensis diocesis c[...]s[3] redditus et proventus qui ad decimam non taxantur viginti florenorum auri secundum communem extimationem valorem annuum / non excedunt dumtaxat [...][4] et quem certos examinatores super hoc deputatos a nobis de litteratura examinari fecimus [diligenter quique] in illa repertus / est ydoneus ad [ecclesiasticum][5] beneficium obtinendum solerter inquirentes si eum vite laudabilis et honeste conversationis ess[e r..p...][6] et aliud

[1] *La* U *maiuscola iniziale è allungata e potenziata.*
[2] *Lettere illeggibili per lacerazione del supporto.*
[3] *Lettere illeggibili per lacerazione del supporto.*
[4] *Lettere illeggibili per lacerazione del supporto.*
[5] *Lettere illeggibili per lacerazione del supporto. Per analogia formulare si propone questa restituzione.*
[6] *Lettere illeggibili per lacerazione del supporto.*

beneficium / ecclesiasticum [non obitneat ...][7] non obsistat, ei de aliquo beneficio ecclesiastico cum cura vel sine cura consu[...][8] clericis secularibus assig/nari dummodo in [ecclesia cathedrali][9] non existat cuius fructus, redditus et proventus si cum cura quinquaginta [...][10] fuerit triginta / florenorum auri se[... taxationem decime][11] si taxatum fuerit vel si taxatum non fuerit secundum quod de ipso pro decima communiter persolvi consuevit / valorem annuum [...][12] ad collationem vel provisionem venerabilis fratris nostri .. patriarche Aquilegensis pertinere, si quod in civitate vel diocesi / Aquilegensi, ubi [... perpetuam][13] mantionem se asserit elegisse, vacat ad presens vel cum vacaverit quod idem presbiter infra unius mensis spatium postquam sibi de / ipsius beneficii vac[...]rit[14] duxerit aceptandum auctoritate nostra providere curetis, inducentes eundem presbiterum in [corpora]lem[15] possessionem huius/modi beneficii [ac] def[endentes indu]ctum ac [facien]tes ipsum ad illud etiam si canonicatus et prebenda fuerat, ut est moris, admitti [...][16] de ipsius beneficii / fructibus, redditibus, proventibus, iuribus et obventionibus universis integre responderi, contradictores auctoritate nostra [appellatione][17] postposita compescen/do, non obstantibus si aliqua super provisionibus sibi faciendis de huiusmodi vel aliis beneficiis ecclesiasticis in illis p[... speciales][18] vel generales / dicte sedis vel legatorum [eius] sub quacumque verborum forma litteras impetravit, etiam si per eas ad inhibitionem reser[vationem] et [decretum] vel alias quo/modolibet sic processum [...]bus[19] [omnibus] preterquam auctoritate nostra huiusmodi benefitia expectantibus in essecutione huiusmodi [benefi]tii [dictum presbiterum volu/mus] anteferri sed [... per hoc ... quo][20] ad assecutionem benefitiorum aliorum preiuditium generari seu si eidem patriarche [...][21] aliis [communiter] / vel divisim ab eadem [sit... indultum quod ad ... vel] provisionem alicuius minime teneantur et ad id compelli aut [...][22] vel [excommu]/nic[are] non possint [...][23] ecclesiasticas [ad eorum] collationem vel provisionem coniunctim vel separatim [spectantibus ...][24] per / [litteras apostolicas non ...][25] et expressam ac de verbo ad verbum de indulto huiusmodi mentionem et [...][26] / [...][27] existat [...][28] expressam vel totaliter

[7] *Lettere illeggibili per lacerazione del supporto.*
[8] *Lettere illeggibili per lacerazione del supporto.*
[9] *Lettere illeggibili per lacerazione del supporto.*
[10] *Lettere illeggibili per lacerazione del supporto.*
[11] *Lettere illeggibili per lacerazione del supporto.*
[12] *Lettere illeggibili per lacerazione del supporto.*
[13] *Lettere illeggibili per lacerazione del supporto.*
[14] *Lettere illeggibili per lacerazione del supporto.*
[15] *Lettere illeggibili per lacerazione del supporto. Per analogia formulare si propone questa restituzione.*
[16] *Lettere illeggibili per lacerazione del supporto.*
[17] *Lettere illeggibili per lacerazione del supporto. Per analogia formulare si propone questa restituzione.*
[18] *Lettere illeggibili per lacerazione del supporto.*
[19] *Lettere illeggibili per lacerazione del supporto.*
[20] *Lettere illeggibili per lacerazione del supporto.*
[21] *Lettere illeggibili per lacerazione del supporto.*
[22] *Lettere illeggibili per lacerazione del supporto.*
[23] *Lacerazione del supporto.*
[24] *Lettere illeggibili per lacerazione del supporto.*
[25] *Lettere illeggibili per lacerazione del supporto.*
[26] *Lettere illeggibili per lacerazione del supporto.*
[27] *Lettere illeggibili per lacerazione del supporto.*

non [insertam ...][29] [quo]modo / [...][30] devote [mentio specialis voluntatis ...] [31] / [...][32] assecutus dictum [...][33] quod [... presertim][34] obtinet quodque ex tunc va[...][35] / Et [...] prefatus [...][36] [... de huius]modi beneficio [necnon etiam] ante [..]ationem presentium et pro[...][37] / [...] postquam ei const[...][38] beneficium huiusmodi [acceptare] voluerit disp[onere] quoquomodo presumat di[...][39] [...]tum / et [inane si secus super ...][40] auctoritate scienter vel ignoranter contingerit attemptari, quod si non [...][41] exequendis potueri/tis interesse duo vestrum [... exeq...][42]. Datum Rome apud Sanctum Petrum XVII kalendas iunii, pontificatus [nostro] anno primo.

[43]

Bulla pendes in plica deperdita.

---

[28] *Lettere illeggibili per lacerazione del supporto.*
[29] *Lettere illeggibili per lacerazione del supporto.*
[30] *Lettere illeggibili per lacerazione del supporto.*
[31] *Lettere illeggibili per lacerazione del supporto.*
[32] *Lettere illeggibili per lacerazione del supporto.*
[33] *Lettere illeggibili per lacerazione del supporto.*
[34] *Lettere illeggibili per lacerazione del supporto.*
[35] *Lettere illeggibili per lacerazione del supporto.*
[36] *Lettere illeggibili per lacerazione del supporto.*
[37] *Lettere illeggibili per lacerazione del supporto.*
[38] *Lettere illeggibili per lacerazione del supporto.*
[39] *Lettere illeggibili per lacerazione del supporto.*
[40] *Lettere illeggibili per lacerazione del supporto.*
[41] *Lettere illeggibili per lacerazione del supporto.*
[42] *Lettere illeggibili per lacerazione del supporto.*
[43] *In plica:* R(egistra)ta G.... Willardus

27.

1378 agosto 31, Udine, nella camera cubicularia della casa di Bondi abate di Moggio

Lettera patente al patriarca di Aquileia Marquardo da parte di Bondi, abate di Moggio, e di Ottobono da Ceneda, decano della chiesa collegiata di Santa Maria di Udine, entrambi giudici esecutori della lettera di collazione benficiale emanata dalla Sede Apostolica in favore di prete Andrea q. Lorenzo di Città di Castello. I giudici esecutori ordinano di collazionare il beneficio dell'altare della cappella dell'Ospedale di Santa Maria di Udine o di un altro equivalente beneficio sotto pena di interdetto e di scomunica.

Originale membr., mm 514x450 (plica mm 27 c.a), A.C.A.U., *Pergamene capitolari*, vol. IV, n° 27.

ATTERGATI: di mano del sec. XVII "Literae Urbani sexti pape 1378 committentes abbati Mosacensi, decanis Aquilegensi et Utinensi ut provideant quaendam praesbiterum Andream de beneficio proxime vacaturo". Di mano del sec. XIX "1378. 21 agosto". Di mano del sec. XX, in lapis "26 IV volume".

Il supporto scrittorio è in discrete condizioni di conservazione. Tracce evidenti delle quattro pliche verticali e delle quattro pliche orizzontli, che hanno lacerato negli angoli di piegatura il supporto scrittorio, anche per effetto dell'umidità e delle muffe, che hanno lasciato macchie color vinaccia. L'inchiostro è bruno chiaro, in diversi punti, a causa dell'umidità, desquamato e assai evanido tanto da essere illeggibile o quasi. L'uso della lampada di Wood èm pressoché costante; si indicano in nota soltanto le particolarità, le restituzioni *e formulario*, le lacune non reintegrabili. Nella plica rimangono i due fili in seta rossa che reggevano i due sigilli, entrambi deperditi.

La scrittura è una notarile curiale canonizzata, con scarse pretese di riconoscibilità, non particolarmente calligrafica, piuttosto una corsiva notarile usuale.

Reverendissimo[1] in Christo patri et domino, domino .. Dei gratia sancte sedis Aquilegensis patriarche ac omnibus aliis et singulis quorum interest et quos infrascriptum tangit negotium vel tangere poterit quolibet in futurum. Frater / Bondi Dei gratia abbas monasterii Mosancensis Aquilegensis diocesis et Ottobonus de Ceneta decanus collegiate ecclesie Sancte Marie de Utino prefate Aquilegensis diocesis executores ad infrascripta cum illa [clausula] quo si / non omnes hiis exequendis poturitis interesse et cetera a sede apostolica una cum venerabili viro domino Georgio de Tortis de Papia decano Aquilegensi specialiter deputati salutem in Domino et mandatis nostris immo verius apostolicis firmiter / obedire. Litteras sanctissimi in Christo patris et domini, domini Urbani divina providentia pape VI^{ti} eius vera bulla plumbea cum cordula canapis pendenti more Romane curie bullatas, non viciatas, non cancellatas, nec in aliqua sui / parte suspectas, sed omni prorsus vicio et suspicione carentes nobis per discretum virum presbiterum Andream natum condam Laurentii de Civitatecastelli coram notario et testibus infrascriptis presentatas, cum ea qua decuit reverencia nos rece/pisse noveritis in hec verba: Urbanus episcopus servus servorum Dei dilectis filiis .. abbati monasterii

[1] *La* R *maiuscola iniziale è allungata e potenziata.*

Mosacensis Aquilegensis diocesis et .. Aquilegensis ac .. Utinensis ecclesiarum decanis salutem et apostolicam benedictionem. Dilecti filii Andree / Laurencii pauperis presbiteri Civitatiscastelli apud sedem apostolicam constituti supplicationibus inclinati discretioni vestre per apostolica scripta mandamus quatenus de vita et conversatione ipsius presbiteri qui, ut asserit, quoddam altare situm in capella / hospitalis pauperum Sancte Marie de Utino Aquilegensis diocesis, cuius fructus, redditus et proventus, qui ad decimam [non taxantur][2] viginti florenorum auri secundum communem extimationem valorem annuum, non excedunt dumtaxat obtinet et / quem per certos exminatores super hoc deputatos a nobis de litteratura examinari fecimus diligenter quique in illa repertus est ydoneus ad ecclesiasticum beneficium obtinendum solerter inquirentes si eum vite laudabilis et / honeste conversationis repperitis, et aliud beneficium ecclesiasticum non obtineat aliudque canonicum non obsistat, [ea] de aliquo beneficio ecclesiasticpo cum cura vel sine cura consueto ab [olim] clericis secularibus assignari, dummodo in ecclesia cathe/drali non existat, cuius fructus, redditus et proventus si cum cura quinquaginta, si vero sine cura fuerit triginta florenorum auri secundum taxationem decime, si taxatum fuerit, vel si taxatum non fuerit secundum quod de ipso pro decima / communiter persolvi consuevit valorem annuum non excedant, ad collationem vel provisionem venerabilis fratris [nostri] patriarche Aquilegensis pertinente, si quod in civitate vel diocesi Aquilegensi, ubi dictus presbiter perpetuam mansionem / se asserit elegisse vacat ad presens, vel cum vacaverit, quod idem presbiter infr unius mensis spacium postquam sibi de ipsius beneficii vacatione constiterit, duxerit acceptandum auctoritate nostra providere curetis, inducentes eundem / presbiterum in corporalem possessionem huiusmodi beneficii et defendentes inductum ac facientes ipsum ad illud [...] si canonicatus et prebenda fuerit, ut est moris, admitti sibique de ipsius beneficii fructibus, redditibus, / proventibus, iuribus et obventionibus universis integre responderi, contradictores auctoritate nostra appellatione [postposita conpescendo][3], non obstantibus si aliqui super provisionibus sibi faciendis de huiusmodi vel aliis beneficiis / [ecclesiasticis] in illis partibus speciales vel generales dicte sedis vel legatorum eius sub quacumque verborum forma [...][4] eciam si per eas ad inhibicionem, reservationem et decretum vel alias quemlibet sit processum [quibus] / [...][5] preterquam auctoritate nostra huius beneficia expectantibus, in assecutione huiusmodi beneficii dictum presbiterum volumus [...][6], sed nullum per hoc eis quo ad assecutionem beneficiorum aliorum preiudicium generari seu si eidem patriarche / vel [...][7] aliis communiter vel divisim ab eadem sit sede indultum, quod ad receptionem vel provisionem al[icuius ... teneantur] et ad id compelli aut quod interdici, suspendi vel excommunicari non possunt quodque de beneficiis [ecclesiasticis] / ad eorum collationem vel provisionem coniunctim vel separatim spectantibus nulli valeat provideri per litteras apostolicas non facientes plenam et

[2] *Restituzione per confronto con il doc. n° 26.*
[3] *Restituzione per formulario.*
[4] *Inchiostro del tutto evanido.*
[5] *Inchiostro del tutto evanido.*
[6] *Inchiostro del tutto evanido.*
[7] *Inchiostro del tutto evanido.*

expressam ac de verbo ad verbum de indulto huius mentionem et qualibet alia dicte / sedis indulgentia generali vel speciali cuiuscumque tenoris existat per quam presentibus non expressam vel totaliter non inserctam effectus earum impedire valeat [quomodolibet] vel [differt] et de qua [...][8] toto tenore [habenda] sit in nostris / litteris mentio specialis, volums [...][9] quod idem presbiter quam primum vigore presentium huiusmodi beneficium fuerit p[...][10] assecutus [dictum] et [...][11] quod ut prefertur obtinet quodque ex tunc [vacare ...][12] teneatur. / Et insuper prefatus patriarch(e) ne de huiusmodi beneficio interlim etiam ante infirmationem presentium et processum per eas habitorum ei factam, nisi postquam ei constiterit, quod idem presbiter beneficium huiusmodi acceptare noluerit disponere / quoquomodo presumat districtius inhibemus et decernentes irritum et inane si secum super premissis quoquam [...][13] auctoritate scienter vel ignoranter exigerit attemptari. Quod si non omnes hiis exequendis potueritis interesse, / duo vestri ea nichilominus exequantur. Date Rome apud Sanctum Petrum, XVII kalendas iunii, pontificatus nostri anno primo.

Post quarum quidem litterarum apostolicarum presentationem et receptionem prefatus Andreas presbiter / nobis cum instancia humiliter supplicavit ut ad earum litterarum apostolicarum executionem et contentorum in eis procedere deberemus. Nos igitur frater Bondi abbas et Ottobonus decanus executores prefati volentes / mandatum apostolicum nobis in hac parte directum reverenter exequi, ut tenemur, cum venerabilis vir supradictus dominus Georgius decanus Aquilegensis executor una nobiscum ad predicta exequenda deputatus [14] / per suas litteras super executione predicta se nobis duxerit rationabiliter excusandum, auctoritate apostolica nobis in hac parte [...]missa de vita et conversatione ipsius presbiteri Andree et aliis in eisdem litteris apostolicis contentis iuxta ipsarum formam et / tenorem inquisivimus diligenter. Et quia fidedignorum testimonio eundem presbiterum Andream vite laudabilis et honeste conversationis esse reperimus et nullum beneficium ecclesiasticum obtinere preterquam predictum altare situm / in dicta capella hospitalis pauperum Sancte Marie de Utino aliudque canonicatum sibi non obstare propter que dicta provisio impediri valeat seu eciam retardari, ipsum presbiterum Andream reputavimus et pronunciavimus ac in / hiis scriptis reputamus et pronunciamus habilem et ydoneum ad beneficium ecclesiasticum obtinendum [...][15] et usque ad summam et valorem in eisdem apostolicis litteris conprehensam ideoque beneficium ecclesiasticum cum cura / vel sine cura ab olim clericis secularibus assignari consuetum ad vestram, domine .. patriarcha, collationem vel pro[visionem] spectans, siquidem in civitate vel diocesi Aquilegensi vacat ad presens vel quam primum vacaverit ad valorem / et summam in dictis apostolicis litteris contentos,

---

[8] *Inchiostro del tutto evanido.*
[9] *Inchiostro del tutto evanido.*
[10] *Lacerazione nel supporto.*
[11] *Inchiostro del tutto evanido.*
[12] *Inchiostro del tutto evanido.*
[13] *Inchiostro del tutto evanido.*
[14] *Segue unam lineaola ondulata fino al termine del rigo, forse su rasura.*
[15] *Inchiostro del tutto evanido.*

si taxatum fuerit vel si taxatum non fuerit, secundum quo de ipso pro [decima ... persolvi][16] consuevit, quod dictus presbiter Andreas per se vel procuratorem suum ad hoc legitime constitutum infra unius / mensis spacium postquam sibi vel eidem procuratori de ipsius vacatione constiterit, duxerit acceptandum et [...][17] eidem presbitero Andree cum omnibus iuribus et pertinentiis suis collationi nostre immo verius apostolice et / subdelegatorum nostrorum infrascriptorum et cuiuslibet eorum in solidum specialiter reservamus, mandantes, inhibentes et interdicentes vobis, domino .. patriarche Aquilegensi et omnibus aliis et singulis quorum intrest vel intererit ne post / infirmationem dictarum litterarum apostolicarum presentis nostri processus factam huiusmodi beneficium ut premit[titur] reservatum per nos contra huiusmodi reservationis et inhibitionis tenorem alicui alteri quam dicto presbitero Andree / vel procuratori suo pro eo conferre aut ad ipsum quemquam alium presentare vel admittere vel de eo seu quovis iure ad ipsum spectante quoquomodo disponere vel ordinare aut aliquid agere in preiudicium dicti presbiteri Andree / antequam vobis plene constiterit prefatum presbiterum Andream vel procuratorem suum eius nomine nolle huiusmodi beneficium acceptare vel donec unius mensis spacium postquam sibi vel eidem procuratori huiusmodi vacatio inotuerit sit / elapsum, quomodolibet presumatis ac decernentes ex nunc irritum et inane quidquam contra predicta vel eorum aliquod attemptatum est forsan hactenus vel contingerit imposterum attemptari, quia si tempore dat(us) dictarum / litterarum apostolicarum huiusmodi beneficium vacabat vel vacavit postea vel cum vacaverit, quod similiter nulli alii de iure debeatur et quod idem presbiter Andreas vel procurator suus pro eo iuxta predictarum litterarum apostolicarum tenorem voluerit / acceptare seu duxerit acceptandum, vobis domino .. patriarche Aquilegensi ac omnibus aliis et singulis quorum interest vel intererit auctoritate apostolica nobis in hac parte commissa in virtute sancte obedientie et sub infrascriptis penis / districte precipiendo mandamus vosque primo, secundo et tercio peremptorie requirimus et monemus communiter et divisim quatinus infra sex dierum spacium postquam eundem presbiterum Andream vel procuratorem suum eius nomine huiusmodi beneficium / acceptasse et sibi vel eius procuratori pro eo collatum et assignatum predictarum litterarum apostolicarum auctoritate [s... ritis][18] quem terminum vobis et omnibus aliis et singulis quorum interest vel intererit pro omnibus dilationibus perpemptorie / assignamus, eundem presbiterum Andream vel eius procuratorem pro eo ad huiusmodi beneficium et corporalem p[ossessionem][19] ipsius ac universorum iurium et pertinenciarum esiu, ut moris est, recipiatis et etiam admittatis. Et si huiusmodi / beneficium de quo sibi provideri contingerit in ecclesia collegiata existat, eundem presbiterum Andream vel procuratorem [suum][20] eius nomine infra predictum terminum, prout ipsius beneficii qualitas exigerti, recipiatis et ab aliis prout ad / vos pertinet recipi faciatis in canonicum et in fratrem ipsius ecclesie et[21] stallum sibi in

[16] *Inchiostro del tutto evanido.*
[17] *Inchiostro del tutto evanido.*
[18] *Inchiostro del tutto evanido.*
[19] *Inchiostro del tutto evanido. Si propone questa restituzione secondo formulario.*
[20] *Inchiostro del tutto evanido. Si propone questa restituzione.*
[21] Et *aggiunto nell'interlinea con specifico segno d'inserzione sottoscritto.*

choro et locum in capitulo [cum pleni]tudine[22] iuris canonici assignetis, amoventes exinde quemlibet illicitum detentorem quem nos etiam tenore presentium / amonemus et decernimus amotum sibique vel procuratori suo eius nomine de huiusmodi beneficii fructibus, redditibus, proventibus, iuribus et obventionibus universis respondeatis integre et faciatis ab aliis prout in vobis est integre / responderi. Quia sit forte premissa non adimpleveritis vel aliquid in contrarium feceritis vel monitionibus et mandatis nostris immo verius apostolicis non parueritis cum effectu, vobis domino .. patriarche Aquilegensi cui ob reverentiam / vestre pontificalis dignitatis deferimus in hac parte dicta sex dierum canonica monitione premissa ex nunc prout ex tunc in hiis scriptis ingressum ecclesie interdicimus, si vero per alios sex dies prefatos sex inmediate sequentes / predictum interdictum sustinueritis, predicta canonica monitione premissa ex nunc prout ex tunc suspendimus a divinis, verum si prefatas interdicti et suspensionis sententias per alios sex dies prefatos duodecim inmediate / sequentes animo, quod absit, sustineatis indurito, in vos propter contemptum huius et quoscumque alios [tam conferentes][23] huiusmodi beneficium alteri quam illud in preiudicium dicti presbiteri Andree recipientes et quoslibet alios contra/dictores et rebelles ac impedientes ipsum presbiterum Andream super premissis vel aliquo premissorum aut [impedientibus] ipsum dantes auxiliu, consilium vel favorem publice vel occulte quominus ipse presbiter Andreas prefatum / beneficium sibi conferendum, ut premittitur, reservatum pacifice assequatur et pacifice valeat possidere [dicta]que gratia suum plenum et expeditum sortiatur effectum ex nunc prout ex tunc predicta canonica monitione premissa / in hiis scriptis excommunicationis sententias ferimus et promulgamus. Ceterum cum ad executionem premissarum [..]is[24] faciendam non possimus quo ad presens aliis impediti negotiis personaliter interesse, venerabilibus viris .. / Sancti Felicis Aquilegensis et .. Sancti Petri in Carnea Aquilegensis diocesis ecclesiarum prepositis ac .. Sancti Danielis, .. Agelli, .. Porpeti, .. Flambri, .. Quadruii, .. Lavariani, .. Palazoli et Tricessimi plebium plebanis / Aquilegensis diocesis et eorum cuilibet in solidum super executione predicti mandati apostolici et nostri et super omnibus et singulis nobis in hac parte commissis tenore presentium committimus vices nostras, donec eas ad nos duxerimus revocandas / quibus et eorum cuilibet in virtute sancte obedientie et sub excommunicationis pena quam in ipsos et ipsorum quemlibet sex dierum spacium post receptionem presentium seu postquam requisiti fuerint peremptorie canonica monitione premissa ferimus in hiis / scriptis si ea que eis in hac parte conmittimus neglexerint seu contempserint contumaciter adimplere, distric[...]modo[25] mandamus quatenus ipsi et eorum quilibet qui et prout per dictum Andream vel procuratorem suum super hoc / fuerint requisiti seu fuerit requisitus ita et taliter quod alter alterum non expectet, nec requirat [ad ...][26] dominum .. patriarcham et ad quoscumque alios de quibus et ubi videbitur expedire personaliter accedant et predictas / litteras apostolicas et hunc nostrum processum ac omnia et singula in eis

[22] *Si propone questa restituzione su lettere*
[23] *Inchiostro del tutto evanido. Si propone questa restituzione.*
[24] *Inchiostro del tutto evanido.*
[25] *Inchiostro del tutto evanido.*
[26] *Inchiostro del tutto evanido.*

contenta vobis et cuilibet vestrum communiter [vel][27] divisim et aliis quorum interest vel intererit presentent, denuncient, legant seu legi faciant et fideliter studeant / publicare et eidem Andree predicto vel dicto procuratori pro ipso huiusmodi beneficium quod, ut premittitur, duxerit [acce]ptandum si vacat ad presens vel quam primum ad id obtulerit se facultas post acceptationem pre[...][28] / [si minoris] quam predicitur valoris extiterit, iuxta predictarum litterarum apostolicarum tenorem auctoritate apostolica [...]nt[29] et assignent ipsumque vel dictum eius procuratorem pro eo in corporalem possessionem huiusmodi beneficii [iuriumque / et pertinenciarum] eiusdem inducant et defendant inductum. Et si[30] sibi, ut premittitur, fuerit in ecclesia collegiata [...][31] presbiterum Andream in eadem ecclesia recipi faciant in canonicum et in fratrem, [stallo] / [... in choro et loco in capitulo ipsius ecclesie] cum plenitudine iuris canonici assignatis sibique de ipsius [...][32] fructibus, [redditibus], proventibus, iuribus et obventionibus universis integre responderi et[...][33] / [...][34] exequantur iuxta traditam seu directam a sede apostolica nobis formam, ita tamen quod [...][35] presbiteri Andree aliquid facere presumant seu presumat, [volumus autem ut quod per ...][36] / [eorum ceptum] fuerit, per alium seu alios [terminari veleat et finiri]. In ceteris [...][37] que dicto presbitero [Andree ...][38] super premissis [... et culibet alii potestatem ...][39] / et si forte contingat nos super premissis procedere, de quo potestatem omnimodam nobis[40] reservamus, non inter[... propter hoc ... predictam][41] in aliquo [revocare], nisi de revocatione huiusmodi in eo [...][42] / specialis et expressa mentio in nostris litteris sive processibus habeatur, si vero, quod absit, vos et supradicti subdelegati nostri supradicta mandata apostolica et nostra contempseritis et neglexeritis seu neglexerint, quod non credimus, contumaciter adimplere, predictas sententias per nos latas auctoritate apostolica contra eos qui [ipsas incurrerint], quoquomodo agravabimus et per alia iuris remedia ipsorum rebellionem et proterviam [cohere...] / [...][43] monitionibus et mandatis nostris predictis [paruerint] cum effectu et absolutionis ac relaxationis beneficium meruerant obtinere dictumque executionis negotium effectum suum plenarie consequatur prefatas quique / nostras litteras et hunc nostrum processum [penes] dictum presbiterum Andream vel dictum eius procuratorem omnino volumus remanere et non per vos vel aliquem vestrum contra ipsius

[27] *Inchiostro del tutto evanido.*
[28] *Inchiostro del tutto evanido.*
[29] *Inchiostro del tutto evanido.*
[30] Si *aggiunto nell'interlinea con specifico segno d'inserzione sottoscritto.*
[31] *Inchiostro del tutto evanido.*
[32] *Inchiostro del tutto evanido.*
[33] *Inchiostro del tutto evanido.*
[34] *Inchiostro del tutto evanido.*
[35] *Inchiostro del tutto evanido.*
[36] *Inchiostro del tutto evanido.*
[37] *Inchiostro del tutto evanido.*
[38] *Inchiostro del tutto evanido.*
[39] *Inchiostro del tutto evanido.*
[40] nobis *aggiunto nell'interlinea con specifico segno d'inserzione sottoscritto.*
[41] *Inchiostro del tutto evanido.*
[42] *Inchiostro del tutto evanido.*
[43] *Tre lettere con abberviazione non riconducibili ad una parola.*

presbiteri Andree vel eius procuratoris voluntatem quo(modo)libet [...][44] / contrarium vero facientes prefatis sententiis per nos latis ipso facto antedicta canonica monitione premissa volumus subiac(ere), mandamus tamen eidem presbitero Andree et eius procuratori ut vobis sei petieritis et eam habere volueritis copiam / faciant de predictis, vestris tamen sumptibus et expensis, absolutione omnium et singulorum qui prefatas nostras sententias vel earum aliquam incurrerint quoquomodo per manifestam resistentiam vel occultam nobis vel superiori nostro / tantummodo reservata. In quorum omnium testimonium presentem nostrum processum seu presens publicum instrumentum per Petrum notarium infrascriptum scribi et publicari mandavimus et sigillorum nostrorum appensione muniri. Qua / sigilla si frangi, corumpi vel totaliter tolli contingat, nichilominus huic nostro processui volumus plenam fidem adhiberi. Datum et actum Utini Aquilegensis diocesis [45] in camera cubiculari domus / supradicti domini fratris Bondi abbatis Mosacensis et executoris antedicti sub anno nativitatis Domini millesimo trecentesimoseptuagesimo octavo, indictione prima, die martis ultimo mensis augusti, pontificatus dicti domini nostri Urbani / pape anno primo, presentibus discretis viris Leonardo porcario de burgo Glemone Utin(i), Nicolao condam [Alexandri], Pilutto sartore, Leonardo Bride et Stephano sartore condam Gerardi omnibus Utini habitantibus / testibus et aliis pluribus ad hec vocatis specialiterque rogatis.

S. T. Ego Petrus condam Zanoni de Locha de Regio Utini Aquilegensis diocesis habitator [publicus imperiali] auctoritate notarius et spiritualis curie Aquilegensis scriba predictarum litterarum apostolicarum presentationi earumque receptioni / ac petitioni, supplicationi factis per dictum presbiterum Andream ac monitionibus, inhibitionibus [et mandatis], sententiarum prolationibus commissioni ac omnibus aliis et singulis suprascriptis, lectis, latis et habitis per dictos / dominos executores una cum prenominatis testibus presens fui eaque omnia et singula de mandato dictorum dominorum executorum in hanc publicam formam manu propria scribendo reddegi meisque signo et / nomine appositis consuetis rogatus et requisitus signavi et roboravi in fidem et testimonium omnium premissorum.

[44] *Inchiostro del tutto evanido.*
[45] *Segue uno spazio che pare essere eraso.*

28.

1378 settembre 1°, Udine, nell'abitazione di Ioacino testatore

Testamento nuncupativo di Ioacino q. ser Francesco da Udine con il quale egli stabilisce di fare seppellire il suo corpo presso la chiesa di San Francesco di Udine, alla quale lega perpetuamente un suo manso situato in Orgnano, con la condizione che venga celebrata annualmente una messa all'altare di San Pietro per la sua anima e quelle dei suoi genitori e predecessori. Istituisce suoi eredi universali in parti eguali le sue due sorelle, Catarussia, moglie di ser Fantuccio q. Giovanni di Strassoldo, e Lena. Nomina suoi esecutori testamentari Federico q. Francesco di Savorgnano, i due fratelli Lancillotto e Fantuccio q. Giovanni di Strassoldo e Ermanno q. ser Niccolò Rusitti.

Originale membr., mm 360x139, A.C.A.U., *Pergamene capitolari*, vol. IV, n° 28.
ATTERGATI: quasi del tutto evanido di mano del sec. XIV "Testamentum […] pro canonica procione". Di mano del sec. XIX "1378 1 settembre". Di mano del sec. XX, in lapis "28 IV volume".
Il supporto scrittorio è in buone condizioni di conservazione, salvo qualche lieve macchia di polvere nel primo quarto superiore. L'inchiostro è bruno chiaro, pallido, ma bene leggibile.
La scrittura è tipica di questo notaio, di buona professionalità e di sicuro tratto grafico.

In[1] Christi nomine, amen. Anno a nativitate eiusdem millesimo trecentesimo / septuagesimooctavo, indicione prima, die primo mensis septembris, / actum Utini Aquilegensis diocesis, in camera inferiori domus habitacionis / infrascripti Iohacini testatoris, in qua infirmus iacebat, presentibus / venerabilibus viris dominis presbitero Iohanetto canonico ecclesie maioris Utini et presbitero / Venuto Utini habitante filio Iacobi de Martignacho ac nobilibus / viris ser Lancelotto et Fantucio fratribus condam domini Iohannis de Stra/soldo ac providis viris Hermanno condam ser Nicolao Rusitti de castro / Utini, Hermanno filio ser Missii de Remanzacho Utini habitante, Christoforo / porcario condam Çignotti de Utino, Francischo filio Venuti Cataldini / de Utino, Francisco condam Michilini Tusci de Florentia Utini habitante / magistro Simone hospite Utini habitante, Iacobo condam Pharufini de / Senis Utini habitante et Bilisia selario condam Parisini de Utino testibus / et aliis pluribus ab ore proprio infrascripti testatoris ad hec vocatis / specialiter et rogatis. Providus iuvenis Iohacinus condam ser Francisci de / Utino sanus per Dei gratiam mente et sensu licet corpore languens, et cetera sepulturam sui corporis elegit apud ecclesiam Sancti Francisci ordinis minorum de Utino et[2] / inter cetera legata et disposiciones per euma facta in quodam suo / ultimo testiamento per ipsum condito, scripto manu mei Leonardi notarii infrascripti, / sub proxime dictis millesimo, indicione, die, loco et testibus, tale fecit legatum / hiis verbis expressum. Item legavit ecclesie Sancti Francisci ordinis / minorum de Utino perpetualiter unum suum mansum situm in Orgna/no rectum per Gardam et

[1] *La* I *maiuscola iniziale è allungata e potenziata.*
[2] sepulturam sui corporis elegit apud ecclesiam Sancti Francisci ordinis minorum de Utino et *aggiunto con nota tra testo e corroborazione notarile e inserito mediante apposito segno di richiamo.*

Iohannem de ipsa villa, qui solvunt / annuatim de reditu ad usum curie staria furmenti septem, avene / staria decem cum dimidio, staria milei septem, spatulas duas et / galinas cum ovis sex, ut fratres dicti ordinis minorum teneantur / anuatim facere suum aniversarium et precantare facere singula die / unam missam super altare Sancti Petri dicte ecclesie Sancti Francisci pro / animabus ipsius testatoris et (condam) parentum et predecessorum eius. / In omnibus autem aliis suis bonis mobilibus et immobilibus, iuribus / et actionibus quibuscumque tam presentibus qual futuris sibi heredes uni/versales instituit et esse voluit equalibus portionibus nobiles et / honestas dominas Catarussiam uxorem dicti ser Fantucii et Lenam / sorores ipsius testatoris et cetera[3], executores autem huius sui ultimi / testamenti esse voluit et mandavit nobilem iuvenem dominum Fede/ricum condam egregii militis domini Francisci de Savorgnano ac no/biles Lancelottum et Fantucium fratres et Hermannum condam ser Nico/lai Rusitti suprascriptos et hanc si quidem asseruit esse velle suum / ultimum testamentum et eius ultimam voluntatem, quod et quam / valere voluit iure testamenti et si iure testamenti non valeret, voluit / valere iure codicillorum et si iure codicillorum non valeret, voluit / et ordinavit valere quocumque alio iure ultime voluntatis / quo melius valere et tenere pot(erit) et cetera.

S. T. Et ego Leonardus filius magistri Bartholomei / de Utino publicus imperiali auctoritate notarius predictis / omnibus interfui et rogatus scripsi et publicavi / meo signo et nomine appositis consuetis.

[3] et cetera *aggiunto nell'interlinea.*

29.

1378 settembre 4, Udine, nell'abitazione di prete Giuseppe

Prete Andrea q. Lorenzo da Città di Castello, alla presenza del subesecutore prete Giuseppe pievano di Sant'Odorico di Ajello, delegato da Bondi abate di Moggio e Ottobono di Ceneda decano della chiesa collegiata di Santa Maria di Udine, giudici esecutori della collazione beneficiale papale per il primo beneficio vacante a disposizione del patriarca di Aquileia, reclama la collazione del canonicato prebendato della chiesa collegiata di Santa Maria di Udine, vacante per la morte del canonico Wolrico da Augusta. Prete Giuseppe, adempiendo alle disposizioni papali, collaziona il canonicato prebendato a prete Andrea.

Originale membr., mm 462x220, A.C.A.U., *Pergamene capitolari*, vol. IV, n° 29.
ATTERGATI: di mano del sec. XIX "1378 4 settembre". Di mano del sec. XX, in lapis "29 IV volume".
Il supporto scrittorio è discrete condizioni di conservazione. Le tre pliche orizzontali, insimem con l'unica plica verticale, hanno segnato a fondo il supporto scrittorio, danneggiandolo e lacerandolo. L'inchiostro, di un bruno assai debole e svanente, è in parte evanido, specialmente in corrispondenza con le pliche orizzontali.
La scrittura è quella tipica di questo notaio, tendente al filiforme anche se equilibrata nelle sue dimensioni.

In[1] Christi nomine, amen. Anno eiusdem nativitatis millesimo tercentesimoseptuagesimo octavo, indictione prima, die sabbati / quarto mensis septembris, actum Utini Aquilegeneis diocesis, in camera inferiori domus habitationis / infrascripti domini presbieri Iosephi, presentibus discretis viris presbiteris Michaele de Utino canonico Sancti Felicis Aquilegensis, / Hermacora condam Gerardi de Utino capellano in collegiata ecclesia Sancte Marie de Utino et Stephano / fratre dicti presbiteri Hermacore et filio dicti condam Gerardi de Utino testibus et aliis pluribus ad hec vocatis / specialiterque rogatis. Ibique in presentia dictorum testium et mei notarii infrascripti constitutus providus / vir presbiter Andreas condam Laurencii de Civitate Castelli coram venerabili viro presbitero Iosepho plebano / plebis seu parochialis ecclesie Sancti Odorici de Agello Aquilegensis diocesis subexecutore specialiter et / in solidum cum quibusdam aliis deputato a venerabilibus viris dominis fratre Bondi Dei gratia abbate / Mosancensi et Ottobono de Ceneta decano collegiate ecclesie Sancte Marie de Utino prefate Aquilegensis / diocesis, eidem presbitero Andree per sanctissimum in Christo patrem et dominum, dominum Urbanum divina providentia / papam sextum super gratia prefato presbitero Andree per dictum dominum [papam][2] facta de beneficio ecclesiastico cum cura / vel sine cura ad collationem vel provisionem reverendissimi in Christo patris et domini, domini .. patriarche Aquilegensis / pertinente executoribus specialiter deputatis, eidem domino presbitero Iosepho plebano et subexecutori / prefato littera [prefati] domini nostri Urbani pape VI^{ti} gratie

[1] *La* I *maiuscola iniziale è allungata, potenziata e ornata.*
[2] *Inchiostro evanido. Si propone questa restituzione.*

antedicte cum cordula canapis pendenti vera / bulla plumbea [ipsius domini pape more Romane curie][3] bullatas, non viciatas, non cancellatas, nec / [in aliqua ...][4] / quarum [quidem litterarum apostolicarum tenor ... incipit][5] Urbanus episcopus servus servorum Dei dilectis / filiis .. abbati monasterii Mosacensis Aquilegensis diocesis et .. Aquilegensis ac .. Utinensis eccelsiarum / decanis salutem et apostolicam benedictionem. Dilecti filii Andree Laurentii [pauperis][6] presbiteri Civita/tiscastelli apud sedem apostolicam constituti supplicationibus [inclinati][7] discretioni vestre per apostolica scripta / mandamus quatenus de vita et conversatione ipsius presbiteri, qui ut asserit et cetera. Et finit ad / si non omnes hiis exequendis potueritis interesse, duo [vestrum ea nichilo]minus exequantur. Datum / Rome apud Sanctum Petrum, XVI kalendas iunii, pontificatus [nostri] anno primo, necnon quendam / processum super dictis litteris apostolicis per supradictos dominos executores factum et habitum et eorum sigillis / pendentibus sigillatum et munitum, scriptum manu mei Petri notarii infrascripti sub instan/tibus millesimo et indictione, die martis ultimo mensis augusti, quibus quidem litteris apostolicis et processu per dictum presbiterum Andream prefato presbitero Iosepho plebano et subexecutore antedicto presentatis / et per eum omnia qua decuit reverentia receptis. Idem presbiter Andreas asseruit dicens quod a / paucis diebus citra ad eius pervenit noticiam quod canonicatus et prebenda collegiate ecclesie Sancte Marie / de Utino Aquilegensis diocesis ad collationem vel provisione reverendissimi in Christo patris et domini, / domini .. patriarche Aquilegensis pertinentes vacaverunt et vacant ad presens per obitum domini Wolrici / de Augusta olim dicte ecclesie Sancte Marie canonici prebendati, quos quidem caonicatum / et prebendam sic per mortem dicti domini Wolrici vacantes ad presens vel quovis alio[8] modo vacavissent / vel vacarent ad presens protestatione sua premissa quod si dicti canonicatus et prebenda sibi / et nulli alii virtute dicte gratie [deberentur de iure et non aliter nec alio modo cum][9] / omnibus iuribus et pertinentiis suis[10] acceptavit [... quod si dicti caonicatus et prebenda][11] / dicte ecclesie Sancte Marie de Utino sibi non [deberentur de iure ... et reservatum sit][12] / sibi ius aliud beneficium ecclesiasticum cum cura vel sine cura ad collationem vel provisionem / dicti domini patriarche Aquilegensis spectans, vacans vel vacaturum, vigore dicte gratie eidem / presbitero Andree de iure debitum acceptandi et obtinendi petensque protestatione sua premissa / prefatos canonicatum et prebendam sic per eum acceptatos sibi conferri [et de eisdem cum][13] / omnibus iuribus et pertinentiis eorundem provideri et in ipsorum canonicatus et prebende possessionem / induci pacificam et quietam cum protestationibus et reservationibus premissis, quibus

[3] *Inchiostro evanido. Si propone questa restituzione.*
[4] *Lacerazione del supporto che rende del tutto illeggibile il rigo.*
[5] *Inchiostro evanido. Si prppone questa restituzione.*
[6] *Inchiostro evanido. Si propone questa restituzione.*
[7] *Inchiostro evanido. Si propone questa restituzione.*
[8] alio *aggiunto in interlinea con segno d'inserzione sottoscritto.*
[9] *Inchiostro evanido. Si propone questa restituzione.*
[10] Suis *aggiunto nell'interlinea con specifico segno d'inserzione sottostante.*
[11] *Inchiostro evanido. Si propone questa restituzione.*
[12] *Inchiostro evanido. Si propone questa restituzione.*
[13] *Inchiostro evanido. Si propone questa restituzione.*

[...][14] / dictum presbiterum Andrem propositis, petitis et protestatis prefatus presbiter Iosephus plebanus et / subexecutor antedictus volens mandatis dictorum dominorum executorum necnon litteris apostolicis / sibi in hac parte directis efficaciter ibedire, audita, recepta et admissa protestatione predicta / reservatoque iure dicto presbitero Andree aliud beneficium ecclesiasticum cum cura vel sine cura / ad collationem vel provisionem dicti domini patriarche Aquilegensis spectans acceptandi et obti/nendi, si dicti canonicatus et prebenda sibi non deberentur de iure, prefatos canoni/catum et prebendam ut premittitur per obitum dicti condam domini Wolrici vacantes vel / [quovis][15] alio modo vacavissent vel vacarent ad presens, auctoritate apostolica qua fungebatur / in hac parte eidem domino presbitero Andree cum omnibus iuribus et pretinentiis suis contulit / et eidem providit eum de eisdem ipsumque presbiterum Andream in ipsius presentia constitutum / de dictis canonicatu et prebenda cum omnibus iuribus et pertinentiis suis et cum plenitu/dine iuris canonici cum fimbria clamidis sue presentialiter investivit, de quibus omnibus / et singulis antedictis prefatus dominus presbiter Iosephus subexecutor [mandavit et ipse presbiter] / Andreas rogavit me [... publicum sibi ...][16] / instrumentum

S. T. Ego Petrus condam Zanoni de Locha de Regio Utini Aquilegensis / diocesis habitator publicus imperiali auctoritate notarius et spiritualis curie / Aquilegensis scriba supradictarum litterarum apostolicarum et processuum super / ipsis habitorum presentationi et ipsorum receptioni, assertioni, protestationi, / reservationi, collationi, petitioni, provisioni et [investiture] ac omnibus / et singulis suprascriptis presens fui et [ea omnia de mandato dicti domini subexecutoris][17] / scripsi et in hanc publicam formam reddegi signumque [meum] apposui consuetum [rogatus][18] / et requisitus in fidem et testimonium omnium premissorum.

[14] *Inchiostro del tutto evanido.*
[15] *Inchiostro evanido. Si propone questa restituzione.*
[16] *Il rigo è parzialmente distrutto dalla lacerazione del supporto.*
[17] *Inchiostro evanido. Si propone questa restituzione.*
[18] *Inchiostro evanido. Si propone questa restituzione.*

30.

1378, settembre 7 , Udine, chiesa di Santa Maria maggiore, nella sacrestia

Verbale di immissione nel corporale possesso del canonicato e della prebenda nella collegiata ecclesia di S. Maria in Udine, vacanti per la morte del canonico Wolrico da Augusta, in favore di prete Andrea q. Lorenzo di Città di Castello, in forza di lettera di grazia papale.

Originale membr., mm 495x210, A.C.A.U., *Pergamene capitolari*, vol. IV, n° 30.
ATTERGATI: di mano del sec. XIV "Intrumentum receptionis domini Andree de Civitate Castelli in canonicum Utinensem". Di mano del sec. XIX "1378 7 settembre". Di mano del sec. XX, in lapis "30 IV volume".
Il supporto scrittorio è in discreto stato di conservazione, non tanto per le condizioni dello stesso, quanto piuttosto per il deperimento dell'inchiostro, a causa della desquamazione del medesimo, forse per l'umidità. Questa condizione richiede l'uso costante della lampafa a raggi ultravioletti per riuscire a restituire parzialmente il testo; si è stabilito di non dover indicare in nota ogniqualvolta se ne è fatto uso, limitando i richiami allo stretto necessario. Le parentesi quadre comunque indicano la difficoltà di lettura. Tracce delle tre pliche di piegatura del documento. Si intravedono le rigature al piombio ai margini sinistro e destro per la definizione dello specchio grafico.
La scrittura è una corsiva notarile del periodo, secondo la canonizzazione e le caratteristiche di questo notaio.

In[1] Christi nomine, amen. Anno [eiusdem nativitatis millesimo trecentesimo septuagesimo ottavo, indicione prima] / die martis septimo mensis [septembris, actum in sacristia collegiate ecclesie Sancte Marie de] / Utino Aquilegensis diocesis, [in loco capituli ipsius ecclesie], presentibus discretis viris [presbiteris Michae]le / de Utino canonico Sancti Felicis Aquilegensis, [Hermacora condam Gerardi de Utino ac Iacobo clerico] / filio Bertramoli de Mediolano Utini habitante testibus et aliis pluribus de hec vocatis et rogatis. / Ibique discretus vir presbiter Andreas Laurentii de Civitate Castelli quasdam litteras apostolicas sanctissimi / in Christo patris et domini domini Urbani divina providentia pape VI^{ti} eius vera bulla plumbea ad / cordulam canapis pendente more Romane curie bullatas, non viciatas, non cancellatas, nec in / aliqua sui parte suspectas, sed [omni] prorsus vicio et suspicione carentes, quarum quidem litterarum apostolicarum / tenor sic incipit: Urbanus [episcopus servus servorum] Dei dilectis filiis .. abbati monasterii Mosancensis / Aquilegensis diocesis et .. Aquilegensis [ac] .. Utinensis ecclesiarum decanis salutem et apostolicam benedictionem. Dilecti / filii Andree Laurentii pauperis [presbiteri C]ivitatis Castelli apud sedem apostolicam constituti supplica/tionibus inclinati discretioni [vestre per apostolica scripta mandamus] quatenus de vita et conversatione ipsius / presbiteri, [qui] ut asserit et cetera et [finit: quod si non omnes hiis exequendis] potueritis interesse duo vestrum / ea nichilominus exequantur. [Datum Rome apud Sanctum Petrum XVI] kalendas iunii, pontificatus / nostri anno primo, necnon [quendam processum super dictis litteris apostolicis per executores per

[1] *La* I *maiuscola iniziale è allungata, potenziata e ornata.*

eamdem sedem] / apostolicam prefato presbitero [Andree super executione gratie per prefatum dominum nostrum papam de beneficio] / ecclesiastico cum cura vel sine cura [ad collatione vel provisionem reverendissimi in Christo patris et domini / domini patriarche Aquilegensis pertinente facte deputatos manu mei Petri notarii infrascripti scriptum et signatum / et dictorum dominorum executorum sigillis munitum sub instantibus millesimo et indicione, die .... / ultimo augusti ac instrumentum acceptationis et collationis ac investiture sibi vigore dictarum litterarum apostolicarum / et processum inde habitorum factarum etiam manu dicti mei notarii infrascripti sub instantibus millesimo et / indicione ac die sabbati quarto mensis septembris scriptum et publicatum venerabilibus dominis / Ottobono de Ceneta decano et canonicis dicte collegiate ecclesie Sancte Marie exhibuit et presentavit, / petens se per dictos dominos decanum, canonicos et capitulum ad canonicatum et prebendam in dicta ecclesia / nuper per mortem condam domini Wolrici de Augusta olim dicte ecclesie canonici prebendati vacantes, et per / ipsum vigore] dictarum litterarum apostolicarum acceptatos in canonicum recipi et in fratrem et in ipsorum / [possessionem et tenutam induci corporalem, cum assignatione] stalli in choro et loci in capitulo ipsius / [ecclesie ut moris est] cum plenitudine iuris canonici ac de ipsorum canonicatus et prebende fructibus, [redditibus,] / proventibus, iuribus et obventionibus universis sibi integre responderi. Qui quidem domini decanus, / canonicis et capitulum prefatas litteras apostolicas et processum et instrumentum predictos reverenter receperunt, / statuentes eidem presbitero Andree terminum ad diem dominicam proximum venturum ad audiendum / [super predictis eorum] deliberationem et responsionem.

[Eisdem millesimo et indicione, die dominico duodecimo dicti mensis septembris, in loco capituli surpadicto, / presentibus discretis viris dominis presbiteris Andrea de Vençono, Iacobo Francischotti plebano / Morteglani, Gervasio condam Sbel, Iohanne condam Leonardi de burgo et Hermacora / condam Gerardi de Utino testibus et aliis pluribus ad hec vocatis et rogatis. Ibique coram / supradictis dominis Ottobono decano, Zanetto Lucie, Marquardo de Augusta, Dominico de Basa/glapenta, Iacobo de Civitate, Nicolao dicto Colono, Gabriele Lanfranchini, Francischo / de Pulcinico, Phylippo de Sclusa et Guillelmo Henrici de Paona de Utino prefate collegiate / ecclesie Sancte Marie de Utino canonicis prebendatis ad capitulum ibidem agregatis comparuit supradictus / dominus presbiter Andreas Laurentii de Civitatecastelli et ab ipsis dominis decano, canonicis et capitulo / super dictas litteras apostolicas et processibus ac instrumento acceptationis et collationis et petitione predictarum vigore / per eum facta responsionem et eorum deliberationem sibi dari petiit. Qui quidem domini decanus, / canonici et capitulum] eidem presbitero Andree respondiderunt quod mandatis apostolicis [erant obedire] / parati et lecto ibidem per supradictum presbiterum Iohannem de burgo quodam privilegio [ut prima / facie] apparebat ordinatum[2] bone memorie domini Bertrandi patriarche Aquilegensis factarum cum dictam ecclesiam / Sancte Marie ordinavit et er<r>exit in collegiatam et prefato presbitero Andree de observandis / statutis et ipsius ecclesie consuetudinibus factis et fiendis

[2] Ordinatum *aggiunto nell'interlinea con specifico segno d'inserzione sottoscritto.*

per prefatum dominum decanum debito delato / sacramendo, idem presbiter Andreas iuravit in manibus dicti domini decani ad sancta Dei evangelia / corporaliter tactis scripturis, predicta ordinamenta et consuetudines ac statuta ipsius ecclesie / facta et fienda, iusta et rationabilia obsrvare et ipsius ecclesie iura defendere pro posse. / Quo iuramento sic per dictum prebsiterum Andream prestito, prefati domini decanus et canonici ipsum / presbiterum Andream ad prefatos canonicatum et prebendam olim in dicta ecclesia per mortem / dicti condam domini Wolrici de Augusta vacantes in eorum et dicte ecclesie, osculo pacis interveniente, / canonicum receperunt e in fratrem, salvo tamen iure cuiuscumque alterius persone, dantes et / [assignantes sibi] in nuncium [et] pro nuncio supradictum dominum Zanetum Lucie canonicum, qui ipsum dominum / [presbiterum] Andream in [dictorum canonicatus] et prebende tenutam inducat corporalem / [ac mandantes sibi] de dictorum canonicatus et prebende fructibus, redditibus, proventibus, / [iuribus et obventionibus universis] integre responderi, observatis tamen ordinationibus supradictis / [ac dicte ecclesie statutis] et consuetudinibus, iustis et rationabilibus, ut supra dictum est. Qui quidem / dominus Zanetus canonicus ad altare maius ip[s]ius ecclesie cum dicto presbitero Andrea accedens et pannos / ipsius altaris in eius manibus ponens, prefatum presbiterum Andream in dictorum canonicatus / et prebende tenutam et corporalem possessionem posuit et induxit, stallo sibi in choro et / loco in capitulo cum plenitudine iuris canonici assignatis. Quam quidem tenutam et possessionem / prefatus presbiter Andreas animo et corpore aprehendit et presentialiter adeptus fuit, rogans me Petrum / notarium infrascriptum ut sibi de premissis publicum conficerem instrumentum.

S. T. Ego Petrus condam Zanoni de Locha de Regio Utini Aquilegensis / diocesis habitator publicus imperiali auctoritate notarius et spiritualis curie Aquilegensis / scriba supradictarum litterarum apostolicarum et processuum ac instrumenti et eorum receptioni, / petitioni et termini assignationi, comparitioni, iuramenti delationi et prestationi / ac receptioni et assignationi et possessionem inductioni et omnibus et singulis / presens fui et ea omnia rogatus scribere scripsi signumque meum apposui consuetum / in testimonium premissorum.

31.

1379, aprile 5, Aquileia, nel capitolo cattedrale

Lettera patente del patriarca di Aquileia Marquardo con la quale egli, con il consenso del capitolo della chiesa cattedrale di Aquileia, al fine di fronteggiare le spese derivanti dalla guerra con i Veneziani, concede a Gambio Piculo e a Candido Misitino, entrambi da Tolmezzo, la gastaldia della Carnia e la custodia dei castelli di Tolmezzo e Moscardo per un anno, a decorrere dal 21 novembre, al prezzo di 700 marche di denari aquileiesi, delle quali 400 immediatamente versate e quietanzate, e le restanti 300 da versare alla festa di san Michele (29 settembre). Clausole di salvaguardia della concessione. Segue il testo dell'atto di approvazione emanato dal capitolo cattedrale di Aquileia in data 25 aprile 1379.

Originale membr., mm 420x356 (plica mm 49 c.a), A.C.A.U., *Pergamene capitolari*, vol. IV, n° 31.
ATTERGATI: di mano del sec. XIX "1379 5 aprile". Di mano del sec. XX, in lapis "31 IV volume".
Il supporto scrittorio è discrete condizioni di conservazione con alcune lievi lacerazioni al margine destro, risarcite in recente restauro, e macchioe di umidità, che dal margine destro penetrano fino al testo del documento, in parte sbiadendo l'inchiostro della complectio notarile. Molto evidenti le due pliche di piegatura del documento. Nella plica residua nei due fori il filo di seta verde e gialla, ma la bulla è deperdita. L'inchiostro è bene leggibile, variante dal nuero stanco al marrone carico.
La scrittura è una corsiva notarile posata e calligrafica, con esigenza di solennità. Le differenze di colorazione dell'inchiostro e le variazioni di scrittura sembrano deporre per una stesura in fasi diverse del testo.
REGESTI E EDIZIONI: BIANCHI, *Indice*, n° 4767.

Nos[1] Marquardus Dei gratia sancte sedis Aquilegensis patriarcha tenore presentium notum fore volumus universis quod ad defensionem neccesariam patriarchatus nostri et civitatis nostre / Aquilegiensis terrarumque et castrorum eiusdem et specialiter marchionatus nostri Istrie et ipsius terrarum et castrorum et ad supportationem continuorum et diversorum onerum meis humeris / incumbencium contra Venetos notorios et publicos hostes nostros et tocius patrie nostre Foriiulii, qui per mare et terram locum nostrum Mugle et cetera loca nostra / et precipue dicti marchionatus invadere continuo et notorie moliuntur, cura vigili et solicita intendentes et non valentes stipendiariis et armigeris quos / retinere cogimur pro custodia evidenti et continua predictorum de propriis nostrorum reddituum et proventuum pecuniis quibus propter mundationes huius guerre et stratarum / preclusionem evidentissime nunc privamur satisfacere, nisi aliquid de nostris et ipsius nostre ecclesie proventibus aliis ad tempus aliquid concedamus, id circo cum minori nostro / et dicte nostre ecclesie dispendio pecunias pro predictis acquirere quam per modum infrascriptum licet diversimode tractaverimus, nequeuntes et confisi de circumspecta prudentia / et fidelitate experta dilectorum

[1] *La* N *iniziale è allungata e potenziata.*

fidelium nostrorum Gambii Piculi et Candidi Misitini de terra nostra Tumecii, qui nobis et ecclesie nostre subvenire iuxta posse fideliter / et continuo se disponunt, de certa scientia pro evidenti utilitate et neccesitate notoria nostris ecclesie ac patrie predictarum, matura deliberatione prehabita ac etiam de consensu, / approbatione et deliberatione solempnibus dilectorum filiorum in Christo Georgii de Tortis de Papia decani, Hermacore de Murutio vicedecani, Iohannis condam Phebusini / et Iohannis condam Antonioli de Laturre, Gotifredi de Sabuleto, Antonii Ronchoni, Iohannis de Spiriellis, Francisci de Spegnimbergo, Antonii de Verneto, / Bartholomei de Bobio omnium canonicorum in nostra ecclesia Aquilegensis super infrascriptis in eorum capitulo consueto specialiter tractandis, faciendis, deliberandis et complendis / cum plures non sint ad presens in eadem residenciam facientes, solito more congregatorum ac mature deliberancium, infrascripta omnia in nostram et ecclesie nostre / et patrie exigente evidenti neccessitate predicta utilitatem, comodum et profectum neccesario redundare, per nos nostrosque successores et vice et nomine nostre Aquilegensis / ecclesie gastaldiam nostram Carnee cum mutis, garittis, affictibus, censibus, decimis, proventibus et aliis iuribus et iurisditionibus universis dicte gastaldie ac / custodiis castrorum nostrorum Tumecii et Moscardi a die vigesimaprima mensis novembris proximi futuri ad annum unum tunc proximum futurum et completum tenore / presentium ducimus et duximus specialiter concedendum pro precio et foro marcharum denariorum nostre Aquilegensis monete septingentarum, de quibus quadringentas marchas denariorum nunc / et in prompta pecunia ab eisdem habuisse et realiter recepisse tenore presentium profitemur et eos de eisdem in prefatos usus statim conversis nostro et ecclesie / nostre ac successorum nostrorum nominibus liberamus, absolvimus et in perpetuum quietamus, residuum vero, videlicet marchas tricentas denariorum nobis in proximo futuro festo sancti Micha/elis solvere debent et effectualiter sunt astricti. Quocirca universis et singulis decanis, maricis, masariis, habitatoribus et universis et singulis subditis / gastaldie Carnee supradicte et aliis quibuscumque harum tenore stricte precipiendo mandamus quatenus de universis iuribus, affictibus, censibus, proventibus et redditibus / quibuscumque ipsius gastaldie eisdem Gambio et Candido seu illi vel illis quem vel quos loco sui duxerint deputandos durante dicto anno respondere, / parcere et obedire debeant fideliter tamquam nobis, nostre gratie sub obtentu alioquin penas et sententiis quas rite tullerint in rebelles ratas et gratas / habebimus easque auctore Domino faciemus, usque ad satisfacionem condignam firmiter observari. Ipsi namque Gambius et Candidus sacramentum debitum et / in talibus consuetum in nostris manibus fideliter prestiterunt. In quorum testimonium presentes litteras fieri fecimus et sigillorum nostri et dicti capituli de mandato dictorum / decani et capituli appensionibus communiri. Datum in dicto nostro capitulo Aquilegensi, die quinto aprilis, anno Domini millesimo trecentesimo septuagesimo / nono, indi(ct)ione secunda.

Nos[2] Georgius de Tortis de Papia decanus, Hermacoras de Murutio, Iohannes senior et Iohannes iunior ambo de Laturre, Gottofredus de Sauleto, Odoricus de Ragonea, / Franciscus de Spegnimbergo, Antonius de Verneto, Antonius de Ronconis, Iohannes de Spiritellis et Bartolomeus de Bobio omnes canonici prebendati Aquilegenses ad / capitulum pro suprascriptis et infrascriptis exequendis, loco et more solitis specialiter congregati, vocatis quidem omnibus ad premissa evocandis, rationabilibus et maturis tractatibus ac deli/beratione circa omnia et singula contenta in suprascriptis litteris prefati domini nostri domini Marquardi Dei gratia sancte sedis Aquilegensis patriarche, coram nobis in dicto capitulo productibus et / seriosius declaratis, sepe et sepius prius habitis ad prefati domini nostri domini pariarche requisicionem omnia et singula contenta in prefatis litteris dicti domini nostri patriarche eiusdem sigillo / consueto munitis, nostro nostrorumque successorum ac prefati capituli nostri nominibus solempniter et expresse attentis causis in dictis prefati domini nostri patriarche litteris expressatis, de / quibus causis et conversione dictarum quadringentarum marcharum denariorum dicte Aquilegensis monete in usus de quibus in in ipsius domini nostri patriarche litteris fit mentio, nobis capitulariter / plene constitit et constat veras esse, in quantum melius et efficatius de iure possumus sine tamen nostro nostrique capituli antedicti omni preiudicio atque dampno recognoscimus ex certa / et expressa scientia ita fuisse et esse, prout in dictis domini nostri patriarche litteris continetur et rattificamus et approbamus ac nostrum dictique nostri Aquilegensis capituli ad predicta omnia et / singula in prefatis litteris dicti domini nostri patriarche contenta prebemus assensum pariter et consensum. In quorum testimonium predictas dicti domini nostri patriarche litteras ac predictas nostras / recognitiones, approbaciones et ratificationes maiori sigillo capituli nostri fecimus communiri. Actum et datum in capitulo nostro Aquilegensi, sub anno Domini millesimo / trecentesimo septuagesimonono, indictione secunda, die quinto aprilis.

In[3] Christi nomine, amen. Anno nativitatis eiusdem millesimo trecentesimo septuagesimonono, indictione secunda, die lune vigesimoquinto aprilis, presentibus reverendo in Christo patre / et domino Guidone Concordiensi episcopo, venerabilibus in Christo patribus Iacobo abbate Rosacensi, Michaele abbate Sextensi, Georgio decano Aquilegensi, Iohanne / decano Civitatensi, Michaele presposito Carnee, Marquardo de Randech plebano Glemone, necnon nobilibus viris Nicolussio de Ragonea mares/calcho prefati domini patriarche, Schinella milite de Cuchanea, Azolino milite, Elya legum doctore de Gubertinis, Bregonea de Spegninbergo, / Paulo et Iohanne de Coloreto et aliis prelatis, nobilibus et civibus in multitudine copiosa. Congregato in salla superiori patriarchalis castri / Utini generali colloquio ad sonum campane, ut est moris, prelatorum, nobilium et comunitatum patrie Foriiulii per reverendissimum in Christo patrem / et dominum nostrum dominum Marquardum sancte sedis Aquilegensis patriarcham dignissimum, in quo quidem colloquio de mandato prefati domini patriarche et / auditis causis necessariis, evidentibus, rationabilibus et penitus oportunis, ipsum ad hoc

[2] *La* N *maiuscola iniziale è ingrandita e potenziata.*
[3] *La* I *maiuscola iniziale è allungata, potenziata e ornata.*

moventibus, lecto prius et ad inteligenciam deducto tenore litterarum / suprascriptarum, diffinitum extitit, deliberatum et per omnes concorditer et laudabiliter approbatum quod locatio prefata predicte gastaldie Carnee non solum utilie erat, ymo penitus oportuna, cum omnibus notum esset prefatum dominum meum patriarcham aliter pecunias habere non posse, nec solvere posse, / suis stipendiariis ad deffensionem Istrie deputatis, ut superius continetur, quapropter diffinitum fuit locationem prefatam utillem esse et in utili/tatem prefati domini patriarche et Aquilegensis ecclesie redundasse et penitus redundare, que per omnes indifferenter approbata extitit et laudata sit et / taliter quod omnino durante termino predicto obtinere debet roboris firmitatem.

S. T. Et ego Nicolaus natus domini Leonardi de Artenea publicus imperiali auctoritate notarius predictis omnibus in dicto coloquio [gestis et diffinitis ...][4] / et de mandato supradicti domini patriarche ac rogatus a predictis Gambio et Candido gastaldionibus scripsi et publicavi signum[que] meum [apposui] / consuetum in testimonium premissorum.

[4] *Si propone questa parziale restituzione su inchiostro evanido.*

32.

1380 giugno 8, Udine, nell'abitazione di Giacomo q. Turre da Cividale

Testamento nuncupativo di Giacomo q. Turre da Cividale, canonico della chiesa collegiata di Santa Maria di Udine, con il quale stabilisce di essere seppellito presso la chiesa di Santa Maria maggiore di Udine, nella medesima tomba del decano del capitolo di Aquileia Manzolo da Reggio. Lega al capitolo della collegiata la sua prebenda canonicale perché sia celebrato annualmente il suo anniversario, come stabilito dall'ordinamento del patriarca Bertrando. Lega inoltre 25 lire di piccoli veronesi per la cattiva gestione della fabbrica della chiesa di Aquileia. Lega al capitolo della chiesa di Cividale un suo messale e un suo breviario, affinché con il ricavato della loro vendita il capitolo acquisti una rendita per la celebrazione annuale del suo anniversario e di quello dei suoi genitori e parenti. Mediante un legato in favore di Bernarduccio q. Odorico di Strassoldo e di ser Antonio q. Francesco Cuzoli da Cividale istituisce una rendita di 4 marche con diritto di giuspatronato per una cappellania sull'altare di San Niccolò nella chiesa di Santa Maria maggiore di Udine, affinché sia celebrata perpetuamente una messa per l'anima del testatore e dei suoi genitori. In caso di morte di entrambi i legatari senza eredi il legato e il connesso onere passi alla curia patriarcale. Seguono altri legati. Nomina suoi eredi universali e esecutori testamentari Bernarduccio e Antonio; nel caso però di loro inadempienza l'eredità dovrà passare al capitolo della chiesa collegiata di Santa Maria.

Originale membr., mm 362x353, A.C.A.U., *Pergamene capitolari*, vol. IV, n° 32.

ATTERGATI: di mano del sec. XIV "Testamentum condam domini Iacobi Turre de Civitate Austrie canonici Utinensis. Registratum". Più sotto a destra del supporto compare un altro attergato, forse di mano diversa, anche se del medesimo periodo "Registratum in primo libro". DI mano del sec. XVII "In quo legavit capella(nis) altaris Sancti Nicolai marchas 4 super domibus in Speronariis, manu ser Pelegrini de Utino sub anno 1380". Di mano diversa, forse coeva, sotto il primo attergato del XIV sec. "1380 altare SAncti Nicolai", cui la consueta mano del sec. XIX ha aggiunto "3 giugno". Di mano del sec. XX in lapis " 32 IV volume".

Il supporto scrittorio è buone condizioni di conservazione, salvo una macchi d'umidità che ha fatto colare l'inchiostro al margine superiore. L'inchiostro è marrone-nero, ma tendente alla desquamazione.

La scrittura è una corsiva notarile piuttosto greve, con aste tozze e tratto marcato. La caratura della scrittura e lo spazio interlineare tendono a diminuire con la fine del supporto scrittorio.

In[1] Christi nomine, amen. Anno nativitatis eiusdem millesimo trecentesimo octuagesimo, indic(t)ione tercia, die oct(av)o mensis iunii, Utini in domo habitationis infrascripti domini Iacobi te/statoris, presentibus providis viris dominis presbiteris Iohanne condam Iohannis de Cedenic vicario ecclesie Sancte Marie in castro Utini, Nicolussio de Utino plebano plebis Tarcenti, / Andrea condam Nicolai pelliparii de Vençono septimanario ecclesie maioris Sancte Marie de Utini, Iohanne condam Thome

[1] *La* I *maiuscola iniziale è allungata, potenziata e ornata.*

sartoris de Utino septimanario prefate maioris ecclesie / Sancte Marie de Utino, Conrado de Utino olim ser Nicolai de Cremona capellano capelle Sancti Spiritus seu Sancti Petri in dicta maiori ecclesia Sancte Marie de Utino, Antonio filio Iacobi / Totis de Utino capellano capelle Sancti Nicolai in dicta maiori ecclesia Utinensi et Leonardo condam Iacobi pelliparii de Utino capellano capelle Sancti Bernardi in Modo/leto testibus et aliis vocatis et rogatis. Venerabilis vir dominus Iacobus condam Ture de Civitateaustria canonicus prefate maioris ecclesie Sancte Marie de Utino Aquilegensis diocesis / per Dei gratiam sanus mente et sensu, licet corpore languens, nolens intestatus decedere, sed volens saluti anime sue providere, suarum rerum et bonorum omnium dispositionem per presens nuncupativum testamentum sine scriptis in hunc modum facere procuravit. Imprimis quidem sui corporis sepulturam elegit in ecclesia maiori predicta Sancte Marie de Utino, / in sepultura ubi sepultus fuit pie memorie venerabilis vir dominus Mançolus de Regio decanus Aquilegensis, mandans se honorifice sepeliri, prout suis infrascritpis heredibus / et comissariis melius videbitur expedire. Item legavit capitulo dicte ecclesie maioris Sancte Marie de Utino pro suo anniversario annuatim fiendo, prout moris est in dicta ecclesia / secundum ordinationem sancte memorie domini Bertrandi patriarche Aquilegensis suam prebendam canonicalem interiorem et exteriorem et totum illud quod debet habere de officio ca/nipare venerabilis viri domini Marquardi de Randech canonici dicte ecclesie Utinensis officialis et caniparii dicti capituli predicte maioris ecclesie Sancte Marie de Utino. Item / legavit pro incertis maleblatis fabrice ecclesie Aquilegensis vigintiquinque libras Veronensium parvorum de bonis suis. Item legavit capitulo ecclesie Sancte Marie Civita/tisaustrie unum suum breviarium et unum suum missale, volens et mandans quod per dictum capitulum Civitatense vendantur dictum breviarium et dictum missale pro quarto / precio vendi poterunt et quod cum peccuniis quibus ipsa vendita fuerint emantur redditus pro suo et parentum suorum et attinentium anniversario annuatim fiendo, prout / moris est in dicta ecclesia Civitatensi. Item legavit ser Bernarducio olim domini Odorici de Strasoldo consanguineo suo et ser Antonio olim ser Francisci / Cuçuli de dicta Civitateaustria nepoti ipsius testatoris quandam suam domum in qua habitat, quam domum sic voluit dividi, videlicet quod canipa magna cum / toto quod habet supra se sit una pars et totum residuum sit alia pars, solvendo annuatim de livello curie domini patriarche in Utino centum et octo denarios mo/nete nove Aquilegensis et etiam solvendo annuatim super dicta domo et eius pertinenciis ad ipsam domum spectantibus unum redditum seu affictum perpetualem qua/tuor marcharum denariorum dicte monete nove Aquilegensis, uni capellano presentando per dictos ser Bernarducium et ser Antonium capitulo predicte ecclesie / Utinensi et per ipsum capitulum confirmando, qui capellanus teneatur quatenus celebrare missam super altari Sancti Nicolai in dicta maiori ecclesia Utinensi / pro anima ipsius testatoris et suorum parentum, ita tamen quod pars quam habebat dictus ser Bernarducius statim post mortem ipsius ser Bernarducii revertatur / ad dictum ser Antonium solvendo supradictos affictus ut superius est expressum et si dictus ser Antonius moreretur sine heredibus ab eo legittime descendentibus, tunc / voluit dictus testator quod dicta domus cum omnibus iuribus et pertinenciis suis revertatur ad capitulum supranominatum dicte ecclesie minoris Sancte Marie de Utino, solvendo dicte / curie

patriarchali in Utino dictum affictum centum et octo denariorum et etiam solvendo dictum affictum perpetualem dictorum quatuor marcharum denariorum dicto capellano, que / quidem domus cum curia et aliis iuribus et pertinenciis suis est sita Utini in Speronariis et ipsius domus cum eius pertinentiis hiis [dicuntur] confines: ab una parte / possidet Tibaldus de Clauglano mediante quadam androna, a parte posteriori possident ser Nicolussius notarius olim Thomasini notarii de Utino et ser Fantus / olim ser Iohanini Archoloneani de Utino et ab alia parte possident Iacobus marescalcus equorum et heredes olim Iohanutti porcarii de Utino et Iacobus subtil(is) / cerdo habitans Utini in contrata Sancti Petri martiris mediante quadam androna et a parte anteriori est via publica, vel si qui veriores forent confines. Item / legavit unam excossam unius debiti trigintaseptem ducatorum aureorum, quos sibi tenetur reverendus in Christo pater dominus Ambrosius episcopus Concordiensis et unam aliam / excossam decem ducatorum auri sibi debitorum per venerabilem virum dominum Nicolaum de Tergeste canonicum dicte ecclesie Sancte Marie Civitatisaustrie capitulo dicte ecclesie Civitatensi, / volens et mandans quod dictum capitulum Civitatense teneatur dictos trigintaseptem ducatos auri et dictos decem ducatos auri expendere pro emendis redditibus ad augmentum / dicti sui anniversarii annuatim fiendi in dicta ecclesia Civitatensi. Item legavit unam excossam trigintiquinque ducatorum auri vel idcirca sibi debitorum per venerabilem virum dominum / Nicolaum de Amaro canonicum Utinensem capitulo predicto Civitatensi cum hec quod dictum capitulum Civitatensem teneatur dare reverendo in Christo patri domino .. abbati Mosacensi / octo ducatos auri et cum residuo ematur per dictum capitulum Civitatense redditus pro anniversario olim Dominice dicte Çore olim ancille ipsius testatoris annuatim fiendo, / prout moris est in dicta ecclesia Civitatensi. Item legavit domine Francisce matri ipsius ser Antonii unum suum lectum quem voluerit et unum plumacium et unum / par lintheaminum. Item legavit domine Sabide dicte Brute sue ancille unum alium suum lectum et unum plumacium et unum par lintheaminum et octo / staria frumenti et duodecim congia vini et totam telam cum toto filato quod habet dictus testator e tria brachia cum dimidio panni vermilei et quatuor / brachia cum dimidio blanchette, omnes suas tovalias et omnia sua mantilia. Item legavit venerabilibus viris dominis .. decano, .. canonicis et capitulo dicte / ecclesie maioris Sancte Marie de Utino quartam partem de centum ducatis auri seu florenis auri eidem testatori et aliis heredibus olim venerabilis viri domini Nicolai Homo / de Clodio olim canonici dicte ecclesie Utinensis, debitis per circumspectum virum dominum Helyam de Gubertinis de Utino decretorum doctorem, prout de dicto debito dicebatur / constare manu olim Seraphini notarii de Utino, expendendam pro fabrica unius capelle construende in dicta ecclesia Utinensi secundum formam et tenorem testamenti ipsius / condam domini Nicolai Homo. Item per presens testamentum cessit et dedit dictis dominis .. decano, .. canonicis et capitulo dicte ecclesie Utinensis omne ius et actionem quod et / quam habebat in distribuendo certas quantitates peccunie pro maritandis puellis orphanis secundum formam et tenorem testamenti dicti condam domini Nicolai Homo. / Item legavit prefatis dominis .. decano, .. canonicis et capitulo dicte ecclesie Utinensis quartam partem de quinquagintatribus marchis denoariurum monete nove Aquilegensis / et quartam partem de octingentis ducatis seu florenis auti debitis eidem testatori et aliis heredibus dicti

olim domini Nicolai Homo per Panthaleonem de Vençono / cedendo et dando eisdem dominis .. decano, .. canonicis et capitulo dicte ecclesie Utinensis omnem ius et actionem quod et quam dictus testator habebat contra dictum Panthaleonem / et eius bona et hec pro augmento dicti sui anniversarii annuatim fiendi in dicta ecclesia maiori Utinensi. Item legavit dicto ser Antonio suo nepoti decem florenos / auri, quos dictus ser Antonius tenebatur eidem pro uno equo vendito dicto ser Antonio per dictum testatorem. Item voluit et ordinavit quod de suo frumento [et] de / sua siligine et de suo vino fiant per dictum capitulum Utinense pro anima ipsius testatoris tres notabile elymosine pauperibus Christi. Item legavit cuicumque petenti de [iure] / decem solidos Vernonensium parvorum iure hereditatis et institutionis, volens ipsum et quemlibert ipsorum esse tacitum et contentum pro sua legittima portione. In [omnibus] autem / aliis bonis suis mobilibus et immobilibus presentibus et futuris, iuribus et actionibus quibuscumque sibi heredes universales ac etiam huiusmodi sui testamenti [executores] com/missarios instituit et esse voluit prefatos ser Bernarducium et ser Antonium et si dicti heredes et commissarii infra spacium sex mensium a die sepulture ipsius testa/toris non fecerint executionem dicti presenti testamenti seu fuerint negligentes ad dictam executionem faciendam, tunc voluit et ordinavit dictus testator quod ipsi ser Bernar/ducius et ser Antonius heredes et commissarii suprascripti statim sint privati predictis hereditate et commissaria in quibus quidem hereditate et [commissaria] / voluit et mandavit quod dicti domini .. decanus, .. canonici et capitulum dicte ecclesie Utinensis tunc succedant et hanc suam ultimam voluntatem et suum ultimum testamentum / se velle esse asseruit et esse voluit, quod si iure testamenti valere non posset, voluit et mandavit quod valeret saltem iure codicillorum [aut alio quovis] iure / ultime voluntatis quo valere possit melius et tenere.

S. T. Et ego Michael filius condam Pelegrini de Utino publicus imperiali auctoritate notarius predictis omnibus interfui et rogatus scripsi signumque meum / consuetum apposui.

33.

1381 luglio 4, Aquileia, presso il monastero di S. Maria

Procura speciale conferita da Franceschina della Torre, badessa eletta del monastero di Santa Maria di Aquileia, a Musciatto della Torre, canonico di Aquileia e giurisperito, e a Giacomo q. Gervasio da Udine, chierico, affinché possano rappresentare la badessa e il monastero presso il camerario della Sede apostolica per il pagamento della tassa sulla collazione benficiale abbaziale. Consuete clausole di garanzia dei procuratori.

Originale membr., mm 431x253, A.C.A.U., *Pergamene capitolari*, vol. IV, n° 33.

ATTERGATI: di mano del sec. XIV "Ad conponendum de fructibus et cetera". Di mano del sec. XVII "H Electae Abbatissae Sanctae Mariae de Aquilegia Procuratorium". Forse della stessa mano "1381", cui la mano del sec. XIX ha aggiunto "12 luglio". Di mano del sec. XX, in lapis "33 IV volume".

Il supporto scrittorio è in buone condizioni di conservazione, salvo qualche lieve lacerazione ai margini risarcita nel recente restauro. Lievi tracci delle pliche di piegatura (almeno tre). L'inchiostro è nero pallido, tendente alla desquamazione, ciò che rende disagevole la lettura in molti punti, indicati con la parentesi quadra.

La scrittura è una corsiva notarile del periodo, assai standardizzata, secondo quanto già descritto di questo notaio, che ha rogato molto nell'area udinese.

In[1] Christi nomine, amen. Anno a nativitate eiusdem millesimo trecentesimo octuagesimoprimo, indic(t)ione IIII^{ta}, die duodecima mensis / iulii, Aquilegie iuxta infrascriptum monasterium, presentibus venerabilibus viris dominis Antonio de Varneto canonico, Henrico / de Tortis de Papia vicario pro domino imperatore et presbitero Nicolao de Opitergio prebendario ecclesie Aquilegensis ac Midesio / filio domino Nicolini de Lature et magistro Guillelmo Aquilegie habitante testibus et aliis pluribus ad infrascripta vocatis / specialiter et rogatis. Nobilis et religiosa domina soror Francischina de Lature monialis monasterii maioris Sancte Marie / de Aquilegia ordinis sancti Benedicti Aquilegensis diocesis unanimiter et concorditer electa per dominas moniales et sorores dicti monasterii / vacans per obitum condam religiose domine sororis Marie de Budrio, olim dicti monasterii ultime abbatisse, in abbatissam / eiusdem monasterii Sancte Marie de Aquilegie, prout de ipsa unanimi et concordi electione de ipsa domina sorore Francischina, ut / [presentialiter celebrata apparet de publico instrumento super ea et super] modo et forma et observatione scruptinii et decreto prefate / electionis confecto scripto manu Iacobi notarii de Fagedis in millesimo trecentesimo octuagesimoprimo, indic(t)ione IIII^{ta}, die XXVII / mensis iunii, non valens honeste propter fragilitatem sexus et decentiam honestatis religionis nec tute propter viarum / [discrimina et guerarum pericula pro infrascriptis sanctissimo] in Christo patri et domino nostro domino Urbano divina providentia / pape VI seu eius conmissariis aut auditoribus deputatis vel deputandis super hiis se personaliter presentare, / omnibus

[1] *La* I *maiuscola iniziale è allungata, potenziata e ornata.*

via, modo, iure et forma quibus melius et efficatius [scivit] et de iure potuit, fecit, creavit, constituit et / ordinavit ac facit, creat, constituit et ordinat venerabilem virum dominum Musch[inum] Delature canonicum Aquilegensem iuris/peritum et providos viros Bonifacium Delature Aquilegie habitantem et Iacobum Gervasii de Utino clericum Aquilegensis / diocesis presentes et hoc mandatum in se sponte suscipientes ac prudentes viros magistros Bellum de Tuderto / et Anthonium [Castelinum] de Parma absentes tamquam presentes et quenlibet eorum in solidum, ita quod non sit melior conditio / occupantis, sed quod unus eorum receperit alius mediare prosequi valeat et finire, suos certos, veros et legitimos / factores, actores, procuratores et nuntios speciales et quicquid melius de iure esse vel dici possint et specialiter / ad paciscendum, conveniendum, componendum et concordandum cum reverendissimo in Christo patre et domino, domino M. Dei gratia / archiepiscopo Tarentino vel alio [sanctissimi] in Christo patris et domini nostri domini Urbani divina providentia pape VI camerario seu / cum alio vel aliis per ipsum dominum nostrum papam super hiis deputato vel deputatis aut deputando vel deputandis / de fructibus et super fructibus primi anni seu de prima et super prima annata fructuum dicti monasterii Sancte Marie occasione / confirmationis et propter confirmationem electionis de ipsa domina sorore Francischina facte et celebrate a dicto domino nostro / papa vel alio seu aliis eius auctoritate obtinendam in illa et pro illa pecunie quantitate, de qua dictis procuratoribus vel substi/tuendis ab eis vel eorum altero vel ipsorum alicui visum fuerit esse iustum et ad ipsam pecunie quantitatem, de qua / et in qua pactatum, conventum, conpositum et concordatum fuerit in terminis de quibus concordatum fuerit promittendum / et pro ipsis pecuniis solvendis in terminis prefatis obligandum ipsam dominam abbatissam et omnia dicti monasterii / bona mobilia et immobilia presentia et futura ipsis domino camerario seu deputatis vel deputandis predictis et aliis / ad predictas obligationes recipiendas nomine dicti domini nostri pape et successorum suorum constitutis et ad prorogandum / iurisdicionem eorum et cuiuslibet ipsorum pro predictis in ipsam dominam abbatissam et monasterium suum et successores et / bona prefati monasterii et ad recipiendum et acceptandum omnia et singula monitiones et mandata omnesque / sententias excommunicationis, suspensionis et interdicta et penas per ipsum dominum camerarium vel deputatos seu deputandos predictos in ipsam domina abbatissam vel successores vel predictum monasterium suum promulgandas, si non / adimpleverit supradicta vel defecerit in aliquo predictorum et ad renunciandum in hiis omnibus et singulis / indulgentiis et graciis apostolicis concessis et concedendis sibi vel monasterio suo predicto beneficio fori restitutionis in / integrum et appellationis ac iuris remediis ac omni auxilio et beneficio iuris canonici et civilis, per que contra premissa / vel aliquod premissorum posset quomodolibet se [tueri] et ad recipiendum contra se et successores suos omnem / processum per dictum dominum camerarium vel deputatos aut deputandos predictos faciendum et qui contra taliter / et pro talibus [annatis] se obligantes [solitus est fieri], et ad iurandum in manum suam se premissa attendere / et inviolabiliter observare et non contrafacere vel venire per se vel alium directe vel indirecte, de iure vel de / facto et ad substituendum loco ipsorum et telibus eorum unum et plures procuratores semel vel successive etiam in solidum qui in omnibus / supradictis vices et [potestatem] obtineant

[constitutorum] officio procurationis etiam ipsis constitutis et ipsorum cuilibet nichilominus / remanente et ad substitutos [revocandum] et alios [iterum] substituendum tociens quotiens eis et ipsorum cuilibet videbitur / expedire, et generaliter ad omnia alia et singula facienda, [exercenda], procuranda, petenda et obtinenda, que pro confirmatione / dicte electionis et expeditione omnium ab ipsa electione dependentium et connexorum vel pro conmissione quod in partibus confirmetur et / benedicatur obtinenda [fuerint oportuna] vel que in [predictis et circa predicta aut aliquod] predictorum de iure vel consuetudine / requiruntur, promittens dicta domina soror Francischina se perpetuo firmum, ratum et gratum habiturum et numquam per se vel / alium directe vel indirecte, de iure vel de facto contrafacere vel venire quicquid per dictos suos procuratores vel aliquem / ipsorum substituendum aut substituendos ab eis vel aliquo ipsorum in premissis gestum, factum et procuratum fuerit / sub omnium suorum et dicti monasterii bonorum mobilium et immobilium presentium et futurorum obligatione et ypotheca se pro ipsis / procuratoribus ac substituendis ab eos et ipsorum quolibet fideiussorem constituens per seriem huius publici instrumenti in omnibus / et singulis capitulis et clausulis presentis mandati seu contractus.

S. T. Et ego Alexander natus Batholomei notarii de [Ceneta] publicus apostolica et imperiali auctoritate notarius omnibus et / singulis suprascriptis presens fui et rogatus scripsi et [in hanc] publicam formam redegi meumque signum consuetum / et no[men app]osui[2] in testimonium omnium premissorum.

[2] *Lacerazione del supporto. Si propone questa restituzione sulla base del formulario.*

34.

1381 dicembre 16, Udine

Exemplum autenticato redatto dal notaio Leonardo q. Matteo da Montegnacco della donazione effettuata da prete Giovanni q. Puzullo da Codroipo, abitante in Udine, in favore dell'altare di San Bartolomeo nella chiesa collegiata di Santa Maria maggiore di Udine per l'istituzione di una rendita di cappellania. Il donatore dota l'altare con uno suo mezzo manso situato nella villa di Cholz presso Ignano, con due terzi di un manso, presumibilmente situato nella medesima località. Nomina anche l'altarista nella persona di prete Michele q. ... di borgo Aquileia di Udine. Alla morte dell'altarista il diritto di nomina dovrà trascorrere al capitolo della collegiata.

Originale membr., mm 354x138, A.C.A.U., *Pergamene capitolari*, vol. IV, n° 34.

ATTERGATI: l'attergato presumibilmente di mano del sec. XIV è stato sovrascritto – forse per sbiadimento dell'inchiostro – e integrato con mano del sec. XVII "1381 in ecclesia maiori Utinensis. Instrumentum dotationis altaris Sancti Bartholomei factae per olim presbiterum Iohannem de Quaterno manu ser Leonardi de Montegnaco. Die 16 decembris 1381 et presentatio, institutio et destitutio capellani eiusdem altaris pertinet ad capitulum". Di mano del sec. XX, in lapis "34 IV volume".

Il supporto scrittorio è buone condizioni di conservazione, salvo una patina grigiastra che si presume polvere. L'inchiostro è bruno chiaro, ma bene leggibile.

La scrittura è la corsiva notarile di Leonardo di Montegnacco, notaio udinese molto attivo in questo periodo, scrittura già descritta in altri luoghi della presente edizione.

Millessimo tricentessimo octuagessimo primo, indicione quarta[1], die sextadecimo / mensis decembris, actum Utini Aquilegensis diocesis, presentibus presbitero Iohanne quondam / Leonardi de burgo superiori, presbitero Antonio fillio Iacobi [Totissi], presbitero Iohan[ne] / de Tridento, presbitero Dominico quondam Iohanini de Regio Utini habitante, presbitero / Nicolussio quondam Bittini, presbitero Francisco filio Dominici de Cusignacho [et] / Iohanne Sialle monacho testibus et alliis pluribus ad hoc vocatis et rogatis. / Ad laudem et reverentiam Dei patris omnipotentis, sanctissime viriginis Marie [matris] / ac sancti Bortolomei totiusque celestis curie, discretus vir dominus presbiter Iohannes / quondam Puzulli de Quaderno Utini habitans, volens saluti anime sue et parentum / suorum providere cum voluntate et consensu capituli collegiate ecclesie Sancte Marie / de Utino ibidem congregati dedit, donavit et dotis nomine dot<t>avit altare / Sancti Bortolomei ipsius collegiate ecclesie Sancte Marie de Utino Aquilegensis diocesis / et unam capellanum qui officiare teneatur dictum altare cum bonis infrascriptis, / videlicet uno medio manso sito in villa de Choz iuxta Ignanum, recto in pustota / per Blasuttum quondam Bortolomei dicti Chusinat et Ayzuttum de villa Ignani / pro quo annuatim solvuntur de redditu staria frumenti IIII^or^ (½), staria avene II ½, gallinas II cum / ovis XX

[1] *L'inidizione è la quattordicesima, ma deve trattarsi di un errore di scrittura dello scriba: l'abbreviazione è infatti errata.*

et spatulla una. Item cum duabus partibus unius mansi trium partium / rect(is) per Andream decanum quondam Dominici Marian de dicta villa Ignani, pro quibus / duabus partibus mansi solvuntur annuatim staria frumenti duo, staria avene duo, staria / millei duo et medium, gallinas II cum ovis XX^{ti} et spatulla una, cum hac condicion(ibus) / quod ipsi donator in se habere, tenere, possidere, usufructuare et gaudere debeat dicta bona, usque ad vitam suam et quod post ipsius mortem statim in proprietate et possessione pleno / iure perveniant et pervenire debeant dicta bona ipsi altari et cepellano predicto cuius / quoddam capellani presentatio, institucio et destitucio ad capitullum dicte Utinensis ecclesie / voluit spectare et pertinere, nec non voluit et mandavit quod presbiter Michael condam .. / de burgo Aquilegie, si supervixerit ipso donatori, sit et esse debeat capellanus dicti / altaris et officiare dictum altare Sancti Bortolomei ac habere, tenere et possidere dictam / dotem et si dictum presbiterum Michaelem premori contingerit, quod tunc, ut dictum est, ellectio, / presentatio, institucio et destitucio spectet et pertineat ad dictum capitulum, que quiddam / bona idem donator quant(um) ad hoc pertinet pro ipso altare et cepellano iure precario / constituit possidere, donec ipsorum bonorum possessionem et tenutam acceperit corporalem / quam accipiendi et in se auctoritate propria retinendi eidem licenciam omnimodam / contullit atque dedit, promittens quoque dictus presbiter Iohannes per se suosque heredes / et cum obligacione et cetera eidem altari et capellano in iure manute(nere) dicta bona et / predictam donacionem perpetuo firmam, ratam et gratam habere et cetera et non contrafacere et cetera, sub / pena dupli eius de quo questio moveretur minus quinque solidos Veronensium parvorum in singulis / capitulis huius contractus stipulata et promissa, qua soluta vel non presens instrumentum / et omnia in eo contenta et cetera et cum omni mellioramento. Domini canonici presentes et consentientes suprascripte / dottacioni et donacioni, dominus Iohanettus, dominus Marquardus, dominus Gregorius, / dominus Nicolaus, Dominicus Cullonus, Guiglelmus Henrici, Philippus de Sclusa, / Michael et dominus presbiter Andreas et presbiter Franciscus.

S. T. Et ego Leonardus quondam ser Mathei de Montegnaco Utini habitans publicus / et imperiali auctoritate ntoarius ex comissione michi facta per reverendi/ssimum in Christo patrem et dominum dominum Antonium Caetanum Dei gratia sancte sedis / Aquilegensis patriarcham dignissimum prout inveni in notis et protocollis / olim Laurentii notarii Sgarbilini quondam Marzutti de Cusignaco Utini habitantis / nil addendo vel minuendo fideliter presens instrumentum scripsi et publicavi / signumque meum ac nomen consueti apposui in testimonium premissorum.

35.

1381 dicembre 30, Udine, chiesa di Santa Maria maggiore, nella sacrestia

Convenzione e accordo tra il capitolo della chiesa collegiata di Santa Maria di Udine da una parte e Paolo q. Gumbertino de Gumbertinis da Udine dall'altra, mediante i quali Paolo cede alcuni beni, debitamente elencati, al capitolo affinché quest'ultimo provveda perpetuamente alla celebrazione dell'anniversario suo, dei suoi genitori, dei suoi più stretti parenti e della sua defunta moglie Giacoma q. Ossalco di Strassoldo. Paolo riserva a sé e ai suoi eredi il diritto di presentazione per l'altarista che dovrà adempiere alla condizione del legato. Il capitolo concede a Paolo e a sua moglie Giacoma soltanto il diritto di sepultura nella tomba posta entro i cancelli del presbiterio dell'altare maggiore presso il repositorio degli oli santi, salvo futuro diverso accordo tra le parti. Condizioni per la celebrazione dell'anniversario del donatore. Segue elenco dei beni legati al capitolo.

Originale membr., mm 556x491, A.C.A.U., *Pergamene capitolari*, vol. IV, n° 35.

ATTERGATI: di mano del sec. XIV "Instrumentum bonorum datorum per ser Pauli de Gumbertinis de Utino pro anniversario suo et suorum singulis mensibus per capitulum Utinensem faciendo" e al margine destro "Registratum". Di mano del sec. XVII "1381 [cui la solita mano del sec. XIX ha aggiunto "30 dicembre"] Domini Pauli de Gubertinis. Donavit dominus Paulus suprascriptus pro suo anniversario fiendo ut in instrumento r(egistrato?) capitulo Utinensi. Unum mansum situm in burgo Aquileie et campos 24 et sect(ores) prati 18. Frumenti staria 2 ½, siliginis staria 1, vini congia 2, marcham ½ super quinque campis in Cussignaco. Frumenti staria 4 ½ super una braida in porta Ronchis. Denarios 45 super una area in porta Cascagnani. Frumenti staria 2 super uno campo in tabella porte Civitatis. Frumenti staria 1 ½ super uno campo in tabella Cascagnani. Frumenti staria 5, siliginis staria 5, avenae staria 5, milei staria 5, denarios 48 super uno sedimine infra portas Poscolli et Cascagnani. Frumenti staria 1 pro 1 ½, milei staria 1 pro 1 ½, congia vini 2, denarios 14 super uno manso sito in burgo Aquileie. Pro dote altaris maioris. Frumenti staria 4, milei staria 4, surgi staria 4 urnae vini 4, frixacenses 16, gallinas 4 et ova 40 super uno terreno in Romanso, confinato postea 1502. Frixacenses 32 super una domo in burgo Glemonae". Di mano del sec. XX, in lapis "35 IV volume".

Il supporto scrittorio è in discrete condizioni di conservazione, con tracce molto evidenti di polvere e di umidità, specie nella parte superiore, tanto da alterare la legibilità dei primi righi del testo; presenti alcune lacerazioni marginali risarcite in recente restauro. Molto evidenti le tre pliche di piegatura verticali. L'inchiostro è bruno pallido, non sempre chiaramente leggibile, anche per la desquamazione. Evidentissime le rigature ai margini sinistro e destro per l'individuazione dello specchio grafico.

La scrittura è una notarile corsiva standardizzata, tipica del periodo, con caratura minuta e con asse verticale lievemente coricato a destra.

In[1] Christi nomine, amen. Anno nativitatis eiusdem millesimo tricentesimo octuagesimoprimo, indic(t)ione quarta, die penultima mensis decembris, actum in [sacristia colegiate ecclesie Sancte

[1] *La* I *maiuscola iniziale è allungata, potenziata e ornata.*

Marie] de Utino Aquilegensis diocesis, presentibus venerabilibus viris dominis presbiteris Iacobo plebano Morteglani, Nico/[lao] de Utino plebano Tarcenti et Conrado de Utino condam Nicolai de Cremona beneficatis in dicta ecclesia Utinensi et Alexandro filio Bartolamey de Ceneta Utini habitante testibus et aliis pluribus. Ibique venerabiles et circumspecti viri domini Otabonus de Ceneta [dechanus], Çanettus / [de] Conchis, Gregorius de Utino, Marquardus plebanus Glemone, Nicolaus condam Marci, Dominicus de Basalgapenta, Andreas de Civitate Castelle, Guigellmus de Paona, Philippus de Clusa et Michael de Utino omnes canonici prebendati in prefata collegiata / ecclesia Sancte Marie de Utino in unum more et loco consuetis super infrascriptis specialiter pertractandis ad capitulum convocati et facientes dictum capitulum et ultra duas partes ipsius ex parte una et vir nobilis dominus Paulus condam domini Gumbertini de Gumbertinis de Utino parte ex altera / de et super omnibus et singulis infrascriptis et ipsorum quolibet stipulationibus solempnibus intervenientibus ad conposiciones infrascriptas et pacta solempniter et concorditer pervenerunt, videlicet quod prefatus dominus Paulus pro suo infrascripto et patris et matris suorum ac alliorum suorum affinium et parentum / defunctorum ac nobilis domine Iacobe condam nobilis viri domini Osalci de Strasoldo uxoris dicti domini Pauli anniversario modis, temporibus et condicionibus infrascriptis celebrando dedit in perpetuum, donavit, tradidit, concessit et deputavit per se et suos heredes prefatis dominis Ottabono / [decano], canonicis et capitulo collegiate ecclesie Sancte Marie de Utino supredicte pro se et dicto capitulo ac eorum successoribus ac ipsorum iure et nomine recipientibus bona ipsius domini Pauli omnia et singula que seriatim et per ordinem inferius describuntur, ad habendum, tenendum, possidendum, / gaudendum omnem dicti capituli salvis semper (moris), convencionibus et condicionibus infrascriptis utilitatem perpetuo de cetero faciendum, sine omni contradicione dicti domini Pauli et suorum heredum seu alicuius alterius persone, cum omnibus et singulis eisdem bonis seu affictibus, censibus et redditibus seu / ipsorum cuilibet quomodolibet spectantibus et pertinentibus tam de iure quam de facto et cum omnibus et singulis que habent super se infra se seu intra se in integrum omnique iure et actione, usu seu requisicione, servitute, dominio, honore, comodo et utilitate eisdem bonis et ad ipsa spectantibus et [cum] / acessibus et egressibus suis usque in vias publicas, constituens se possidere ipsius capituli nomine [dictus dominus[2] Paulus] ipsa bona donec possessionem et tenutam ac[c]eperit corporalem, quam ac[c]ipiendi et in se retinendi eidem capitulo licentiam omnimodam contulit atque dedit. Deputavit / insuper idem dominus Paulus ac [etiam] ibidem doctavit et doctat altare mayus dicte ecclesie Sancte Marie cum bonis et redditibus infrascriptis, que inferius sunt seriosius denotata et ea bona dicte dotis designavit [cum] eorum iuribus universis ex nunc ibidem p[ariter] et concessit / per se et heredes suos in perpetuum eidem domino Ottabono decano recipienti vice et nomine dicti altaris [et] cuiuslibet capellani cellebraturi in futurum in ipso ex causa prefata tali forma, modo et condicione, videlicet quod de cetero in perpetuum unus capellanus ydoneus et sufficiens qui per ipsum dominum / Paulum et eius heredes quoscumque etiam

[2] dominus *aggiunto nell'interlinea con segno d'inserzione sottoscritto.*

[ex] eo non descendentes ipsis domino decano et capitulo debeat presentari et presentabitur et per ipsos dominos decanum et capitulum institui et continuo confirmari debeat et confirmabitur in dicto altari Sancte Marie die qualibet iusto et / legitimo impedimento cessante [missam cellebrare teneatur] et debeat pro animabus dicti domini Pauli et dicte domine Iacobe iugalibus et parentum eorum ac ipsorum proximorum affinium [habereque] debeat et in se libere exigere percipi et gaudere infrascriptos census, redditus et / affictus ipse capellanus ad dotem ipsius altaris deputatos quamdiu celebrandi in dicto altari modum et ordinem servaverit supradictos. Ipsi vero dominus Ottabonus decanus, canonici et capitulum ecclesie supradicte ex causis supradictis et infrascriptis in unum specialiter, ut continetur superius, ad / capitulum convocati pari consensu et matura atque unanimi deliberacione per se et suos successores ac vice et nomine capituli supradicti modis omnibus, via, iure et forma quibus melius potuerunt, dederunt ex nunc assignaverunt et concesserunt et deputaverunt ac dant, assignant et / concedunt et deputant prefato domino Paulo per se tantum et dicta domina Iacoba eius uxore et non pro aliquo alio propinquo vel extraneo recipienti et stipulanti quandam sepulturam seu tumulum positum et fabricatum intra cancellos dicti mayoris altaris dicte / ecclesie Sancte Marie de Utino iuxta locum in quo pro infirmis corpus domini nostri Iesu Christi et oleum sanctum conservantur seu verius ius mandandi et faciendi corpora ipsorum domini Pauli et domine Iacobe tantum et non aliorum in dictum tumulum / inferri et in sepultura prefata cum eos Dominus de hoc mundo vocaverit tumulare, ita et taliter talique condicione et pacto quod nec predicti dominus decanus, canonici et capitulum, nec predictus dominus Paulus vel sui heredes vel ipsa domina Iacoba possint ante / vel post obitum dictorum domini Pauli et domine Iacobe mandare vel concedere aliqu(em) in dicto tumulo sepeliri seu ius inferrendi mortuos in ipsam sepulturam alicui ex quacumque causa vel quovis titulo tribuere nisi de utriusque / partis, videlicet ipsorum dominorum decani, canonicorum et capituli et ipsius domini Pauli vel suorum heredum processerit beneplacito et assensu. Item prefati domini decanus, canonici et capitulum ibidem solepniter promiserunt per se et eorum successorum in perpetuum ac vice et / nomine dicti capituli se de certa scientia obligaverunt in prima die cuiuslibet mensis vel impedimento legittimo occurrente die alia ulteriori mensis cuiuslibet si ipsa prima die non facient, denunciabunt qua die sunt infrascripta facturi ipsi domino / [3] Paulo et suis heredibus facient et cellebrabunt ipsius domini Pauli et suorum defunctorum ac dicte domine Iacobe et patris et matris dicti domini Pauli anniversarium cum quatuordecim presbiteris canonicis, si tot canonici fuerint presbiteri qui / volint celebrare vel ipsis impeditis facere celebrari missam in die dicti anniversarii vel die alia dicti mensis pro animabus dictorum domini Pauli et domine Iacobe et parentum et affinium dicti domini Pauli et nichilominus quod / ipsis viventibus etiam pro ipsorum salute et incolumitate preces fundantur ad Christum, si vero non fuerint tot canonici presiteri volentes celebrare vel facere ut premittitur celebrari, tunc numerus usque ad quatuordecim / presbiteros suppleatur de aliis presbiteris dicte ecclesie et quod dicti anniversarium vice qualibet fiat hoc modo, qu(ia) insero (quando) fiet

[3] *Emarginato a questo rigo compare* Nota, *a indicare come le parole* in prima die […] ipse dominus Paulus et sui heredes prefati *siano sottolineate, pur non sempre continuativamente.*

anniversarium dicatur integraliter super dicto tumulo quatuordecim presbiteris supradictis stantibus in choro / cum cruce et duobus cereis et aqua benedicta ut est moris super tumulo vesperi mortuorum et ipsorum officium pro defunctis in mane vero post matutinum dicatur vigili sine matutinum integraliter laudibus, tamen post / missam reservatis mortuorum missa etiam conventualis dicatur pro defunctis nisia causa legttima induxerit aliam missam deberi neccesario dici, quo casu fiat in ipsa missa comemoratio specialis pro defunctis pro quibus dictum anniversarium celebra/bitur et post missam dicatur laudes defunctorum super sepultura modo premisso cum dictis quatuordecim sacerdotibus pro animabus superius descriptorum et cum fiat ipsa comemoratio quilibet predictorum quatuordecim presbiterorum habeat unum candelottum / cum illa pecunia de qua videatur capitulo vice qualibet d(ummodo) predicta omnia mense quolibet et vice qualibet effectualiter impleantur, ita tamen quod si decanus intefuerit habeat vice qualibet duplicitatem, sicut habere solitus est de aliis / anniversariis que fiunt per capitulum supradictum, qui quidem candelotti prefati dentur vice qualibet per dictum capitulum seu ipsius officialem, si vero dicti domini decanus et capitulum debite et congruo tempore per publicum instrumentum tertio requisiti vel ipsum dominum / Paulum vel eius heredes quoscumque (est) ex eo non descendentes denegaverint vel neglexerint facere supradictum anniversarium modo et ordine supradictis, tunc ipse dominus Paulus et sui heredes prefati possint se intromittere libere de bonis et / redditibus supradictis dictis domino decano et capitulo per ipsum dominum Paulum ad predicta deputatis et datis, qui nichilominus dominus Paulus et sui heredes prefati teneantur cum omnibus redditibus et bonis predictis fieri et celebrari facere dictum / anniversarium in dicta ecclesia Utinensi eo modo, forma et ordine quo ipsum capitulum facere et celebrare tenebatur ipsos omnes redditus pro dicto anniversario modo rpedicto celebrando in perpetuum in dicta ecclesia modo et forma predictis continuo expendendo, renunciantes / omni legum et iuris auxilio tam canonico quam civili quo se a predictis omnibus modo aliquo tueri possent. Bona sunt hec: Petrus Parvus condam Chumussii de Utino pro uno manso scito in burgo Aquilegie Utini super quo manso est unum sedimen cum bayarcio / sunt quatuordecim campi et setores prati sunt decem et octo sediminis, hiis sunt confines: ab una parte possidet Tonius Picotti, ab alia est via publica, ab alia est fosatum terre Utini, quatuordecim camporum predictorum hiis sunt confines, videlicet duorum contiguorum ab una parte possident heredes / Asiutti de Preseryano, ab alia est quidam campos canonicorum Utinensium, ab alia est via publica et ab alia parte possidet Pelegrinus decanus olim, tercii campi hii sunt confines: ab una parte possidet Nicolaus Zanieron de Lovarya Utini habitans in Bertaldia, ab alia heredes olim Nicolle / domini Castroni et ab aliis est via publica, quarti campi hii sunt confines: ab una parte possidet Belonus condam domini Iohanni de Orbittis de Utino, ab alia Silvester sartor de Utino, a tercia Iohanuttus dictus Ragn et a quarta est via publica. Quinti campi hii sunt confines: per transversum est / quidam Triottus et ab una parte possident heredes olim Talazay, ab aliis partibus possidet Toneattus et a quarta est via publica. Sexti campi hii sunt confines: ab una parte Nicolaus Zanieron de Lovarya, ab alia Tonius Picotti et ab aliis duabus est via publica. Septimi campi / hii sunt confines: ab una parte possidet Artichus de Gonars, ab alia heredes olim ser Petri de Arcolonianis et ab aliis est via publica.

Octavi campi hii sunt confines: ab una parte possidet predictus Petrus Parvus, ab alia Iohannes decanus et ab aliis est p(ustota) comunis. Noni campi hii sunt confines: ab una parte / possidet Martinus Morandine, ab alia Iohannes decanus et ab alia dictus Petrus Parvus et ab alia est via publica. Decimi campi hii sunt confines: ab una parte possidet Odoricus decanus, ab aliis tribus partibus est pscuum comunis Utini. Undecimi campi sciti in loco nominato Pauperia hii sunt confines: ab una / parte possidet Marchulinus de Lovarya, ab alia heredes [Toni] de Silva de Prademano, ab alia Caus de Bertaldia et ab alia parte est pratum dicti mansi, in quo prato est via qua itur ad dictum undecimum campum. Duodecimi campi hii sunt confines: ab una parte possidet Iacobus / aurifex condam ser Francisci de Montegnaco, ab alia Petrus armentarius de Prachiuso Utini, ab alia .. heredes olim Girarducii de Trepo in Prachiuso Utini et ab alia est via publica. Tertiidecimi hii sunt confines: ab una parte possident heredes olim ser Petri de Arcoloneanis de Utino, ab alia / heredes Tolazaye, ab alia [...][4] de Decanessa et ab alia Floramundus de burgo Aquilegie Utini. Quartidecimi et ultimi campi hii sunt confines: ab una parte est quedam strada qua itur ad Prademanum, a duabus partibus possidet Piculus de Prademano et ab alia Martinus de Prademano. / Predictorum decem et octo sectorum octo sectores sunt sibi contigui et tales sunt confines: ab una parte possidet Dyeciglus Utini habitans, ab alia est teritorium predicti mansi, ab alia parte possidet Odoricus decanus, ab alia Cumucius de Percoto et est via per transversum et iterum quatuor sectores sunt sibi / contigui: ab una parte possidet Tonius Picotti de Bertaldia Utini, ab alia est teritorium dicti mansi, ab alia parte est teritorium dicti mansi et a quarta est pascuum comunis Utini. Et duorum sectorum sibi contiguorum hii sunt confines: ab una parte possidet Martinus Vidonus, ab alia Vuirussius de / burgo Aquilegie Utini condam Çuanuti de Broyli, ab alia Cumucius de dicto burgo Aquilegie, ab alia Odoricus Matiussii de Prademano et per transversum vadit via publica. Et aliorum duorum sectorum sibi contiguorum hii sunt confines: ab una parte possidet Tonius Picotti, ab alia Micael Zuanel / de Prademano, ab alia Zanulinus de Prademano et ab alia est silva de Prademano et per transversum est via. Et aliorum duorum sectorum sibi contiguorum qui permutantur cum teritorio Manegoldi, hii sunt confines: a duabus partibus possident heredes Zanieron de Lovarya, ab alia Nicolussius de / Martignaco, ab alia Manigoldus de Utino et per transversum est via. In Cusignaco Mizonus de dicta villa solvit annuatim iure livelli perpetualis super quinque campis aratoriis, uno campo de silva et duobus pratis utroque de duobus sectoribus scitis in Cusignaco et eius partium / staria frumenti duo cum dimidio, starium siliginis unum, congia vini duo et marcham denariorum mediam. Trium dictorum camporum aratoriorum sibi contiguorum hii sunt confines: ab una parte possident domini Cappo et Nicolaus fratres dela Turre, ab alia est quedam via arta et ab alia est via publica; alterius / quarti campi aratorii hii sunt confines: ab una parte possidet dominus Franciscus de Savorgnano et ab alia est via publica. Quinti campi aratorii hii sunt confines: ab una parte possidet dominus Paganus de Savorgnano, ab alia heredes olim domini Valantini, ab alia ser Missius et ser Petrus domini Leonardi. / Pratorum predictorum hii sunt confines: unius ab una parte

[4] *Serie di lettere non riconducibili ad un nome chiaro. Forse* Simon*?*

possodet ser Missius de Ramanzaco, ab alia ser Petrus domini Leonardi et ab alia Christoforus de Toppo, alterius prati ab una parte possidet dominus Franciscus de Savorgnano et ab alia Iohannes domini Gabrielis. Campi de / silva hiis sunt confines: ab una parte possidet ser Missius predictus, ab alia heredes olim domini Valantini vel siqui alii veriores forent confines. Carta manu Martini condam Tomasini notarii de Utino in M° IIIe LXXIIII°, indic(t)ione XII^a, die penultimo octubris. In tabella porte Ronchi / de Utino domina Mussa relicta olim Martini de Pratocluso Utini solvebat et postea Iacobus de Campoformio habitans in porta Ronchi Utini et modo solvit Andreas de Prademano Utini habitans annuatim iure livelli perpatualis staria frumenti quatuor cum dimidio super / quadam brayda duorum camporum vineata et plantata scita in tabella Utini porte Ronchi, cuius hii sunt confines: a duabus partibus est via publica, a tercia e a quarta partibus est terra officialis comunis Utini vel si qui alii veriores forent confines, carta manu Saraphini notarii de Utino / in M° IIIe LXVIII°, indic(t)ione sexta, die primo novembris. In Utino Nicolaus condam Franzutti de Martignaco et postea Dominicus Mandine solvebat et modo solvit annuatim Leonardus condam Pidrusini de Martignaco denarios quadragintaquinque super quadam domo seu / area de muro cum curia posteriori scita in porta Caschanani Utini, cuius domus cum curia hii sunt confines: a duabus partibus possidet idem dominus Paulus de Gumbertinis, ab alia Pedrussius de Noyareto et ab alia est via publica vel si qui veriores forent confines, carta manu Martini condam / Tomasini notarii de Utino in M° IIIe LXVIII°, indic(t)ione VI^a, die primo ianuarii. In Utino Dominicus et Caterina iugales Utini habitantes in burgo Civitatis Utini solvunt annuatim iure livelli perpetualis staria frumenti duo super quodam campo scito in partinenciis Utini in tabella porte / Civitatis in loco qui dicitur Tramuntins, cuius campi hii sunt confines: ab una parte possidet Philippus de Camino, ab alia ecclesia Aquilegensis, ab alia Andreas Sotri de Utino et ab alia heredes olim Amanadi de Utino vel si qui alii veriores forent confines carta manu Martini condam / Tomasini notarii de Utino in M° IIIe LXVIII°, indic(t)ione sexta, die XIIII° octubris. In Utino Iacobus Bana et modo heredes eius annuatim solvunt iure livelli staria frumenti tria super uno campo cum dimidio sibi contiguo scito in tabella Caschanani Utini cuius / hii sunt confines: ab una parte possidet Odoricus dictus Taglam(i)es, agricola de Utino, et ab alia est via publica vel si qui alii veriores forent confines carta manu dicti Martini in dictis M° et indic(t)ione, die iovis quintodecimo novembris. In Utino Nicolussius Macdalene / condam Mathey de Tavagnaco solvit annuatim iure livelli super quodam sedimine domorum cum domibus de muro copertis cuppis et paleis cum curtivo et toto tereno ad ipsum sedimen spectante scito in villa superiori eundo de porta Postcollis ad portas Caschanani / et Sancti Laçeri et super brayda novem camporum salvo paulo pluri vel pauciori scita in tabella Sancti Laçeri in loco qui dicitur Ronch cuius quidem sediminis domorum hiis dicuntur ess confines: ab una parte possidet Leonardus murator condam Stolphi de Utino, a secunda parte / possidet Petrolinus tabernarius de porta Sancti Laçeri, a tercia parte possidet Nicolaus condam Franzutti de Martignaco Utini permanens, a quarta parte adest via publica et dicte brayde hii dicuntur esse confines: ab una parte possidet Iacobus condam Vuargenti de dicta / porta Sancti Laçeri, a secunda parte possidet Iacobus condam Nicolai Belenii de dicta porta, a tercia parte possidet Antonius cramarius condam

Nicolai presbiteri de Utino et a quarta possidet Phes de Ragonea Utini permanens vel si qui veriores forent confines, solvit / annuatim staria frumenti quinque, staria siliginis quinque, staria avene quinque, staria milei quinque et denarios quadragintaocto, carta manu Iacobi condam magistri Gelli de Utino in M° III^{c} LXXVII°, indic(t)ione XV^{a}, die XVII mensis maii. In Utino Petrus Parvus / condam Chumusii pro uno manso in burgo Aquilegie Utini solvebat dicto domino Paulo de Gumbertinis pro quarta parte dicti mansi staria frumenti duo, starium avene unum et pesonalium avene unum cum dimidio, starium miley unum et pesonalium miley / unum cum dimidio, congia vini duo, denarios quatuor Aquilegenses et gallinam mediam et predicta omnia ad mensuram comunis Utini, pro reliquis tribus partibus dicti mansi sovitur illis de Andriottis. In Romans dat(ur) capelano pro dote altaris Iacob(us) / et Leonardus et Bartolameus solvunt annuatim staria frumenti quatuor, staria miley quatuor, staria siligini quatuor, urnas vini quatuor, que quatuor urne vini esse debent ad mensuram Utini, congia quinque, item frixacenses sexdecim et spatulam / unam, gallinas quatuor et ova quadraginta. In Utino iterum dat(ur) capelano pro dote altaris Bitussa condam Iacobi Marani pro una domo scita in burgo Glemone solvit frixacenses trigintaduos, cuius domus hii sunt confines: ab una parte possident / heredes condam Miconi de Ravosa mediante quadam androna, ab alia Tomasinus curtisarius, ab alia parte possidet quedam Francesca, a parte anteriori est via publica vel si qui veriores forent confines, carta manu Martini notarii condam Tomasini / in M° III^{c} LXVIII°, die primo ianuarii.

S. T. Et ego Thomasinus condam Nicolai Messe notarii de Utino publicus imperiali auctoritate notarius ex comisione michi facta per reverendissimus in Christo patrem et dominum nostrum dominum Philippum de Alenconio miseracione / divina episcopum Sabinensem sancte Romane ecclesie cardinalem et dignissimum patriarcham Aquilegensem prout in notis olim Nicolussii Zerbini notarii de Utino inveni, nil adens vel minuens quod sensum / mutet vel variet intellectum, presens instrumentum scripsi in publicam formam fideliter reducendo.

36.

1382 maggio 17, Udine, in borgo superiore, nell'abitazione di Candido calzolaio

Zenario q. Giacomo detto Iacob da Orgnano vende al prezzo di 15 marche di denari aquileiesi, delle quali accusa ricevuta e emette contestualmente quietanza, a Odorico q. Niccolò da Villalta una casa coperta in tegole situata in Udine in borgo superiore, gravata del livello annuo di 7 piccoli. Alle consuete clausole di salvaguardia del negozio si aggiunge la manutenzione consistente in un sedimine situato in Orgnano.

Originale membr., mm 321x200, A.C.A.U., *Pergamene capitolari*, vol. IV, n° 36.

ATTERGATI: di mano del sec. XIX "1382 17 maggio". Di mano del sec. XX, in lapis "35 IV volume".

Il supporto scrittorio è in buone condizioni di conservazione, salvo lievi macchie di polvere e di umidità. L'inchiostro e nero, non molto brillante, ma tendente alla desquamazione, tando da rendere diffivoltosa la lettura in alcuni punti.

La scrittura è la nota corsiva notarile del notaio Enrico di Leonardo da Udine, un po' disordinata, poco rispettosa del rigo immaginario, corrente e non calligrafica.

In[1] Christi nomine, amen. Anno a nativitate eiusdem Domini millesimo tricentessimo octuagessimo secundo, indi(c)tione / quinta, die decimoseptimo mensis maii, actum Utini in burgo superiori, in statione domus solite habitationis / Chandidi cerdonis condam Fanti, presentibus ipso Chandido Fanti et Bartholomeo eius filio, Leonardo cerdone / condam Laurentii de Toriano, Dominico cerdone filio Nicolaii de Sancto Daniele, predictis omnibus Utini habitantibus / testibus et alliis pluribus ad hec vocatis et rogatis. Çenarius condam Iacobi dicti Iacob de Orgnano pretio / et foro quindecim marcharum denariorum Aquilegensis monete, quod precium fuit contentus, confessus et manifestus / habuisse et integre recepisse ab Odorico condam Nicolai de Vilalta, nunc Utini habitante, renuncians / exceptioni sibi non dati, non habiti, non soluti, non numerati et non recepti dicti precii tempore huius contractus, / et omni alii suo legum, iuris et usus auxilio tam canonico quam civili, per se suosque heredes iure census / et livelli perpetualis dedit, vendidit et tradidit eidem Odorico pro se suisque heredibus aut cui / hoc ius suum dare voluerit, stipulanti, ementi et recipienti, quamdam domum muratam tegulisque / copertam sitam Utini in burgo superiori, in androna ser Çanni de burgo, cuius tales dicuntur esse / confines: ab una parte iuxta dictum ser Çannum de burgo, a secunda parte iuxta Nicolaum de Agra, a tercia / et ultima parte est via publica vel si qui forent veriores confines dicte domus, ad habendum, tenendum, / possidendum, dandum, donandum, permutandum, in solutum dandum et pro anima et corpore iudicandum / et omnia ac singula que sibi deinceps placuerint perpetuo faciendum absque contradicionem s<c>eu repe/ticionem dicti venditoris suorumque heredum et cuiuslibet alterius persone, cum omnibus et singulis / que infra predictos continetur confines vel

[1] *La* I *maiuscola iniziale è allungata, potenziata e ornata.*

allios si qui forent, accessibus et egressibus suis, stilicidiis aquarum / decursibus usque in viam publicam atque cum omnibus et singulis que dicta domus habet super se, supra / se et infra se in integrum ac cum omni iure et actione, usu seu requisicione, servitutis dominio, onere et / honore, commodo et utillitate predicto venditori pro ipsa domo [2] vendita aut ad ipsam modo / aliquo spectantibus et pertinentibus, tam de iure quam de facto, solvendo annuatim de livello super ipsa / domo provido ser Çanino de burgo in festo nativitatis domini nostri Iesu Christi vel octo diebus post / septem parvulos et nil aliud alicui alteri persone. Quam domum venditam dictus venditor / se ipsius emptoris nunc constituit possidere, donec ipsius possessionem acceperit corporalem, quam / accipiendi et auctoritate propria retin[end]i deinceps eidem emptori licenciam omnimodam contulit atque dedit promittensque dictus venditor per se suosque heredes et cum obligatione omnium suorum bonorum presentium / et futurorum dampnorum omnium et expensarum litis et extra ac interesse reffectione se obligando stipulacione / solempni eidem emptori pro se suisque heredibus aut cui hoc ius dare voluerit stipulanti et recipienti / de dicta domo[3] vendita vel eius parte s<c>eu aliquo eius iure, litem vel questionem aliquam facere vel mo/vere, nec volenti facere consentire, sed ipsam domum venditam cum omnibus suis iuribus et pertinenciis / tam in proprietate quam possessione ab omni homine, persona, collegio et universitate legiptime deffendere, / auctoriçare, disbrigare et in [solidum] in iure manutenere et predictam vendicionem [et] omnia et singula / in hoc instrumento contenta perpetuo firma, rata et grata habere, tenere et plenius observare numquam contradicere vel / venire per se vel alium s<c>eu alios, ratione aliqua, dolo, ingenio sive causa, sub pena dupli eius de quo / questio moveretur in singulis capitulis huius contractus stipulata et premissa, qua soluta vel non presens instrumentum / et omnia in eo contenta obtineant plenum robur et perpetuam firmitatem. Pro quibus omnibus observandis / ad maiorem roborationem dicte vendicionis prefatus venditor eidem emptori specialiter dessi/gavit et obligavit pro manutencione dicte domus unum suum sedimen cum baiarçio [postposito] ac cum / omnibus suis iuribus et pertinenciis situm in Orgnano cuius tales dicitur esse confines: iuxta heredes olim / Iohannis Mulle de Orgnano et iuxta viam publicam vel si qui forent veriores confine, renuncians exceptioni / dicte constitucionis manutencionis non sic facte et celebrate ac omni alii suo legum iuris auxilio tam canonico quam civili.

S. T. Et ego Henricus filius magistri Leonardi de Utino publicus imperiali / auctoritate notarius predictis omnibus interfui et ea rogatus scripsi.

---

[2] *Compare un* de *depennato.*
[3] domo *aggiunto nell'interlinea con segno d'inserzione sottostante.*

37.

1382 giugno 2, Udine, nell'abitazione di pre Corrado da Cremona

Testamento nuncupativo di Caterina figlia del q. Francesco da Udine e vedova del q. Zillio da Cividale taverniere, con il quale ella dispone la sua sepoltura presso il duomo di Cividale, nella stessa tomba di suo padre e di suo marito. Lega alla medesima chiesa 6 marche di denari aquileiesi in cera e offerte per le esequie. Segue una serie di legati. Conferma i legati del precedente testamento. Conferma suoi eredi universali sua figlia Orsola e l'ospedale del Santo Spirito di Cividale. In caso di morte di Orsola la sua parte sia assegnata alla sua legittima discendenza; in caso di mancanza di questa, la parte sia assegnata a Marchesina, figlia di Orsola. Dota la figlia Orsola con 100 marche di denari aquileiesi. In caso che Orsola non convenga a legittime nozze e non abbia legittimi eredi, istituisce sua erede universale la nipote Marchesina. Nel caso di morte di entrambe senza eredi, istituisce suo erede universale l'ospedale di Santo Spirito di Cividale.

Originale membr., mm 302x190 c.a, A.C.A.U., *Pergamene capitolari*, vol. IV, n° 37.

ATTERGATI: di mano forse del sec. XVII "1382. Testamentum domine Caterinae relictae olim Zilii Tabernarii in quo legavit pro dote altaris maioris marchas denariorum 4 soldorum super bonis in Plasentia et una domo in burgo Glemonae. Altaris maioris". A fianco dell'anno la solita mano del sec. XIX ha aggiunto "1° giugno". Di mano del sec. XX, in lapis "37 IV volume".

Il supporto scrittorio è in buone condizioni di conservazione. Alcune macchie di umidità segnano il margine destro e piccole lcaerazioni si susseguno lungo la plica medianta verticale. Evidenti le tre pliche orizzontali di piegatura. Compaiono ancora le rigature al piombo per individuare ai margini sinistro e destro lo specchio grafico.L'inchiostro è bruno chiaro, bene leggibile.

La scrittura è una corsiva notarile propria del periodo: assai minuta e equilibrata, regolare e assai canonizzata, denota una buona professionalità, con rispetto del rigo immaginario, distanza tra le lettere e tra le parole molto regolare.

In[1] Christi nomine, amen. Anno a nativitate eiusdem Domini millessimo trecentessimo octuagessimo secundo, inditione quinta, die primo mensis / iunii, actum Utini in burgo Cividati in domo solite habitationis venerabilis viri presbiteri Coradi condam Nicolai de Cremona Utini / habitantis, presentibus ipso presbitero Corado, Manino eius fratre, Yoseph notario condam Iacobi Malfatussii, Nicolao condam Piagnini et Iohanino / pellipario filio Danielis notarii predictis omnibus de Utino ac magistro Martino condam Blasii de Seravalle, Donato condam Iacobi de Colo/reto et Ianaglo becario[2] condam Othigli de Payers predictis Utini habitantibus testibus et aliis pluribus ad hec vocatis et rogatis proprio ore / infrascripte testatricis. Ibique onesta domina Caterina relicta olim Çilii tabernarii de Civitateaustria et filia olim domini Francisci de Utino habitantis / olim in dicta Civitateaustria,

[1] *La* I *maiuscola iniziale è allungata, potenziata e ornata.*

[2] *Una serie di lettere* bco *è priva di abbreviature: si ipotizza che sia una errona scrittura del termine* becario.

habitans Utini in cramariis per Dei gratiam sana mente et corpore ac intellectu, considerans dubi/os mortis eventus cum nichil sit certius mortis et nichil incertius hora mortis, nolens intestata decedere et volens saluti / anime providere, revocando, cassando et annichilendo expresse omnia et singula testamenta et ultimas voluntates cuiuscumque speciei / per ipsam testatricem alias facta et factas et ordinata et ordinatas, per presens nuncupativum testamentum sine scriptis suarum rerum / et bonorum omnium in hunc modum facere procuravit. In primis quidam sui corporis sepulturam sibi ellegit aput ecclesiam maiorem / dicte Civitatis Austrie, in sepultura dictorum olim domini Fran(cisci) sui patris et Çilii tabernarii mariti sui, volens et mandans quod ex/pendetur de bonis suis sex marche denariorum Aquilegensis monete pro cera, oblationibus et aliis oportunis pro dicta sepultura honorifice fienda / ac volens et mandans quod ad dictam sepulturam suam invitentur et convocentur fratres minores et predicatores comventuum[3] dicte / Civitatis Austrie. Inter cetera autem legata que ipsa domina Caterina testatrix predicta in suo presenti ultimo testamento fecisset et ordi/nasset, talia quidam fecit legata hiis verbis expressis: item legavit ius patronatus presentandi capellanum qui debeat / celebrare missas super altari maiori ecclesie Sancte Marie maioris de Utino dotato pro condam dominam Bertholassiam de Utino, domine / Ursule filie sue infrascripte et heredibus legiptimis de matrimonio ex ea descendentibus. Item voluit, mandavit et ordinavit / dicta testatrix quod quatuor marche denariorum Aquilegensis monete, que debentur pro dote dicti altaris, dentur et solvantur annuatim / capellano qui pro tempore fuerit super mansis et bonis suis sitis in Plasenzia rectis per Leonardum condam Çilii, Nicolaum, Vin/centium et Iohannem textorem filium dicti Vincentii omnes de dicta villa Plasençie, videlicet tres marc[h]e denariorum super dictis mansis / et bonis ac una marca denariorum que debetur et solvitur ipsi testatrici de livello annuatim per Leonardum porcarium de Utino / super domibus et stationiis ipsius Leonardi, in quibus ipse Leonardus laborare facit artem calder(ar)iam, sitis in burgo / Glemone Utini penes royam. In omnibus autem suis bonis mobilibus et immobilibus, iuribus et actionibus quibuscumque sibi / heredes universales instituit et esse voluit dominam Ursulam eius filiam et uxorem magistri Iacobi [4] aurifficis et hospitale Sancti / Spiritus dicte Civitatis Austrie sub hac conditione et forma, videlicet dictam dominam Ursulam suam filiam in legiptima portione debita / sibi iure nature si eam de iure debet habere et ultra in decem denariis Aquilegensis monete et aliter non ita propter mortem dicte / domine Ursule dicta legiptima portio perveniat ad filios et filias qui et que nascentur a die presenti in antea ex ea de legiptimo / matrimonio et si casus accideret quod fili et filie non nascerentur ex ea de legiptimo matrimonio, ut dictum est, voluit et mandavit / quod dicta legiptima portio perveniat ad dominam Marchisinam filiam[5] ipsius domine Ursule et si dicta domina Ursula non deberet habere / de iure dictam legiptimam portionem in bonis dicte domine Caterine testatricis matris sue pro eo quod dicta domina Caterina testatrix / dotavit eandem dominam Ursulam eius filiam cum centum marchis denariorum Aquilegensium et paravit eam vestibus decentibus / et

[3] *Erronea scritturazione del termine.*
[4] *Compare una* I *maiuscola depennata.*
[5] filia *aggiunto nell'interlinea con segno d'inserzione sottostante.*

honorificis et aliis paramentis nupcialibus honorificis, de quibus centum marcis denariorum ipsi domine Ursule sue filie nomine / dotis eius integram facere solutionem de bonis suis propriis et ultra hoc dicta domina Ursula fiat finem et remissionem / dicte domine Caterine testatrici sue matri de omni hereditate quam petere posset quocumque ab eadem si(cut) ibidem per dictam testa/tricem dicebatur, tunc dicta domina Caterina testatrix instituit ipsam dominam Ursulam suam filiam ad vitam suam heredem / in dicta legiptima portione et post mortem ipsius domine Ursule filios et filias qui et que nascentur ex ipsa de legiptimo / matrimonio heredes instituit in dicta legiptima porcione et si casus daret seu accideret quod filii et filie non nascerentur / ex ea de legiptimo matrimonio, instituit tunc in dicta legiptima porcione dictam dominam Marchisinam eius neptem / et eius filios et filias post mortem eius et si casus accideret quod dicta domina Ursula moriretur sine filiis et filiabus / natis de legiptimo matrimonio ex ea seu etiam dicta domina Marchisina moriretur sine filiis et filiabus ex ea natis de / legiptimo matrimonio, tunc in dicta legiptima porcionem heredem et successorem legiptimum instituit hospitale predictum Sancti / Spiritus dicte Civitatisaustrie et in residuo aliorum suorum bonorum omnium instituit dictum hospitale Sancti Spiritus heredem / et successorem legiptimum tam advenientibus dictis casibus quam non et hanc suam ultimam voluntatem et ultimum testamentum asseruit / esse velle quam et quod valere voluit iure testamenti et si iure testamenti valere non posset, valeat saltem iure codicillorum et quovis / alio iure quo melius valere et tenere potest.

S. T. Et ego Iheronimus quondam Candidi notarii de Utino publicus imperiali auctoritate notarius ex comissione / michi facta per reverendissimum in Christo patrem et dominum nostrum dominum Iohannem Dei gratiam sancte sedis Aquilegensis / ecclesie patriarcham dignissimum, prout inveni in notis et abreviaturis olim Nicolussii notarii[6] condam Candidi notarii predicti de [Utino][7] / nichil addens vel minuens quod sensum mutet vel variet intellectum prenominati testamenti particulam pubblicavi / et in publicam formam reduxi meis signo et nomine appositis consuetis in fidem et testimonium premissorum.

[6] Notarii *aggiunto nell'interlinea con segno d'inserzione sottostante.*
[7] *Inchiostro evanido; si propone questa restituzione.*

38.

1382 giugno 25, Udine, nell'abitazione di Giovannino testatore

Exemplum autenticato, tratto dalle imbreviature di Michele q. Leonardo Pietr Burlo da Udine, del testamento nuncupativo di Giovannino q. Giuliano da Mortegliano, abitante in Udine, con il quale elegge a sepultura del suo corpo la chiesa di San Francesco di Udine, nella tomba famigliare. Inoltre lega 40 denari annui all'altare di San Pietro della medesima chiesa.

Originale membr., mm 210x151 c.a, A.C.A.U., *Pergamene capitolari*, vol. IV, n° 38.
ATTERGATI: di mano dels ec. XIV "Testamentum Iohanini condam Zuliani de Morteglano continens legatum XL denariorum factum fratribus Sancti Francisci consignatum capitulo pro quarta porcione per ipsos fratres. Registratum in secunda tabula a folio LXXXIIII". Sopra di mano del sec. XIX "1382. 25 giugno". Di mano del sec. XX, in lapis "38 IV volume".
Il supporto scrittorio è in buone condizioni di conservazione, salvo per una patina di polvere che ne scurisce l'aspetto. Di forma non regolare, esso presenta anche un foro per difetto della pelle in prossimità del margine inferiore sinistro. Evidenti le tre pliche di piegatura. Si intravedono ancora le rigature al piombo ai margini sinistro e detsro per delimitare lo specchio grafico. L'inchiostro è bruno tendente al pallido.
La scrittura è una corsiva notarile propria del periodo. Assai grossolana nel tracciato delle aste e dei corpi delle lettere, pur nella sua regolarità, denota una incapacità di controllare lo spazio, riducendo le dimensioni coll'avanzare della scrittura del testo. Nonostante ciò le lineaole abbraviative sono talmente filiformi e sottili che spesso rimane il dubbio se siano state davvero tracciate, a causa dello sbiadimento dell'inchiostro. Essa tende a impostare il rigo immaginario tendendo verso il margine superiore procedendo verso il margine destro, forse a causa della forma irregolare del supporto. Probabile rasura al r.19.

In[1] Christi nomine, amen. Anno a nativitate eiusdem Domini millessimo / trecentessimo octuagessimo secundo, indicione quinta, die vigessimoquinto / mensis iunii, actum Utini in canipa domus habitacionis infrascripti Iohanini / testatoris, presentibus Petro notario filio Iohanis Leonis de Brissia, / Iohanne cerdone condam Antonii Radavani de Utino, Blaio fornatore / condam Iohannis de Pracluso Utini, Iohanne mollendinaro condam Finossii de / Fagedis, Iohane condam Blasutti balisterii de Utino, Gerardo / tabernario condam .. Utini habitante, Candido condam Candidi de Ignano omnibus / Utini habitantibus et Iacobo condam Facini de Sancto Vito testibus et aliis / pluribus ad hec vocatis et specialiter ab ore proprio subscripti testatoris / rogatis. Iohanninus condam Zuliani de Morteglano Utini habitans / sanus per gratiam Iesu Christi mente, sensu et intellectu, licet corpore / languens, timens tamen dubios mortis eventus et nolens tamen / ab huius mundi sec<h>ulo intestatus transmigrare, suarum rerum et bonorum / omnium per presens nuncupativum testamentum sine scriptis disposicionem in hunc / modum facere procuravit. Imprimis quidem sepulturam sui corporis / sibi eligit iuxta eccllesiam Sancti Francisci ordinis fratrum minorum de / Utino in solito monumento

[1] *La* I *maiuscola iniziale è allungata.*

suorum predecessorum, cuiusquidem eccllesie / legavit altari Sancti Petri perpetualiter quadraginta [2] denarios / anuatim solvendos in festo nativitatis[3] Domini vel octo diebus post, super quodam / eius orto scito Utini in burgo Grazani in androna moladini iuxta / heredes olim Francisci dicti Rodes, iuxta heredes olim Rispani de / Respano, qui Utini habitabat, iuxta magistrum Petrum fabrum condam Blanchi / fabri de Utino et iuxta viam publicam vel si qui veriores forent confines. / In omnibus autem aliis suis bonis mobilibus et immobilibus, iuribus et / actionibus heredes suos universales instituit nobillem virum / dominum Sellonum condam domini Belli de Savorgnano, Leonardum condam Petri / Burli de Utino et Nicolaum dictum Culoscis pelliparium condam Cluiebir de Utino / et hanc suam asseruit esse ultimam voluntatem qua valere voluit iure testamenti.

S. T. Et ego Nicolaus condam Iohannutti de Utino publicus / imperiali auctoritate notarius ex comissione michi facta per / per[4] egregios dominos deputatos per nobilles Utinensis et alias comunitates omnes in fidelissima unione / inclusos celebrata ad reverenciam Dei et gloriose eius / genitricis ac ad conservacionem et statum sancte ecclesie Aquilegensis / matricis nostre et tocius patrie Foriiullii sibi subiecte et debite libertatis / prout in notis olim Michaelis notarii Leonardi Petri Burli de Utino / inveni nil adens vel minuens quod sensum mutet vel variet / intellectum presens instrumentum scripsi e in publicam formam fideliter reduxi.

---

[2] *Probabile abrasione per errore dello scriba.*
[3] *Si legge* natis*: si tratta di uno di quesi casi segnalati, in cui lo sbiadimento dell'inchiostro rende difficile stabilire la lineola abbraviativa sia soltanto evanida ovvero se si tratti di un lapsus dello scriba.*
[4] *Evidente erore di ripetizione dello scriba.*

39.

1382 agosto 20, Udine, in borgo Aquileia, nell'abitazione di Tommasa testatrice

Testamento nuncupativo di Tommasa q. Tommaso da Udine vedova del q. notaio Bonadei da Aviano, con il quale ella elegge al sua sepoltura la chiesa di Santa Maria maggiore di Udine, nella tomba di suo padre e dei suoi progenitori. Segue una serie di legati. Istituisce suoi eredi universali Giacoma e Cristina, sue figlie, in parti eguali. Nomina suoi esecutori testamentari la sorella Elisabetta vedova del q. Filupussio da Camino, Menia vedova del q. Odorico Gambarut, la madre della testatrice Salvaza e il cognato Francolino.

Originale membr., mm 279x171, A.C.A.U., *Pergamene capitolari*, vol. IV, n° 39.
ATTERGATI: di mano forse del sec. XVII "[…] de Utino […] relicta […] domini Bonadeo notario de [Avano]". Di mano del sec. XIX "1382. 20 agosto". Di mano del sec. XX, in lapis "39 IV volume".
Il supporto scrittorio è in discrete condizioni di conservazione. L'aspetto è fortemente ingiallito, forse per effetto congiunto dell dilavamento dell'acqua e del riscaldamento, tanto che parte dell'attergato è del tutto evanido, mentre nel testo è quasi scomparsa la *complectio* notarile. L'inchiostro è nero smorto, bene leggibile.
La scrittura è una corsiva notarile del sec. XIV exe. ovvero del sec. XV ine.: regolare e calligrafica sembra risentire dell'influsso della libraria in *littera antiqua*, per la tendenza all'arrotondamento e alla precisa scansione delle lettere, con pochi nessi e ponti.

In[1] Christi nomine, amen. Anno a nativitate eiusdem millesimo trecentessimo octuagessimo / secundo, indicione quinta, die vigessimo mensis augusti, actum Utini in burgo / Aquilegie intrinseco, in camera domus solite habitacionis infrascripte testatricis, presentibus / venerabili viro domino presbitero Michaele de Utino canonico ecclesie Sancti Felicis de Aquilegia, / Bertulucio tusco condam Francisci Bertuli de Florencia Utini habitante, Iuliano sartore / condam Dominici de Utino, Stephano sartore condam Girardi de Utino, Palumbino mura/tore condam Petri de Campiformio Utini habitante, Dominico testore condam Iacobi / de Imponç de Carnea, Iohane Liçario condam Federici de Açuviela de Carnea / et Antonio familiare ser Nicolay notarii condam magistri Gregorii omnibus Utini habitantibus / testibus et aliis pluribus ad hec vocatis et ab ore proprio infrascripte testatricis rogatis. / Honesta iuvenis domina Tomasa condam Tomasii de Utino relicta olim Bonadei notarii / de Aviano, sana per gratiam Dei mente et sensi ac intellectu, licet corpore languens, / timens decedere ab intestato, suarum rerum et bonorum omnium disposicionem per presens / nuncupativum testamentum sine scriptis in hunc modum facere procuravit. Imprimis quidem / sepulturam sui corporis sibi elegit apud ecclesiam maiorem Sancte Marie de Utino / in monumento patris sui et predecessorum suorum. Et inter cetera alia legata que in / suo ultimo testamento legasset et ordinasset tale fecit legatum hiis verbis expressum: / item legavit honeste domine Menie sue amice condam ser Çanuti Utini habitanti /

[1] *La* I *maiuscola iniziale è allungata e potenziata.*

relicte olim Odorici dicti Gamberut viginti marchas denariorum Aquilegensis monete / ex quinquaginta marchis denariorum Aquilegensis monete quas dicta testatrix habuit pro preparamentis / tempore quo nupta fuit. In omnibus autem aliis suis bonis mobilibus et immobilibus, / iuribus et actionibus ac excossis tam presentibus quam futuris sibi heredes universales instituit / et esse voluit Iacomam et Cristinam sorores et filias dicte testatricis equalibus / porcionibus inter eas dividendo easque ad invicem substituit [2] cum substitucionibus / contentis in nota testamenti, tutores vero dictarum Iacome et Cristine sororum pupillarum suarum / filiarum et heredum[3] comissarios et huius testamenti executores constituit et decrevit dominam / Subetam relictam olim Philipussii de Camino sororem dicte testatricis et dictam[4] dominam / Meniam relictam olim dicti Odorici Gamberut presentes et hoc mandatum in se / sponte suscipientes, necnon dominam Salvaçam matrem dicte testatricis et Fran/chulinum cognatum dicte testatricis absentes tamquam presentes et quemlibet ipsorum / in solidum. Et hanc suam ultimam voluntatem et suum ultimum testamentum / asseruit esse velle quam et quod valere voluit iure testamenti et si iure testamenti / valere non posset, voluit, mandavit et ordinavit valere iure codicillorum / et si iure codicillorum valere non posset, voluit, mandavit et ordinavit / valere quocumque alio iure quo melius et efficacius valere potest et tenere / tam de iure quam de consuetudine.

S. T. Et ego Fran[ciscus] condam Nicolussii de Utino publicus / imperiali auctoritate [notarius hiis omnibus] intefui / et ea de mandato [dicte testatricis rogatus scri]bere fideliter / scripsi.[5]

[2] et f *depennato.*
[3] et heredum *circondato da punti.*
[4] Dictam *aggiunto in nota in calce al testo e richiamatavi mediante specifico segno d'inserzione.*
[5] *La complectio è dilavata; si propongono queste restituzioni.*

40.

1382 settembre 22, Udine, nel capitolo di S. Maria maggiore

Procura speciale del capitolo della chiesa collegiata di Santa Maria maggiore di Udine conferita a Niccolò detto Colonutta, canonico del medesimo capitolo, al chierico Pietro figlio del magister Macora muratore da Udine e al notaio Lorenzo q. Giovannino Arpuzio da Udine, affinché rappresentino il capitolo contro terzi in qualsiasi sede. Consuete clausole di garanzia dei procuratori.

Originale membr., mm 415X171 c.a, A.C.A.U., *Pergamene capitolari*, vol. IV, n° 40.
ATTERGATI: di mano del sec. XIV, ma quasi del tutto evanido "Sindacatus […]". Di mano del sec. XVII "1382. Procuratorium generale reverendi capituli in persona Nicolai Coloni canonici et Petri clerici". Di mano del sec. XIX "22 settembre" aggiunto all'anno dell'attergato precedente. Di mano del sec. XX, in lapis "40 IV volume".
Il supporto scrittorio è cattive condizioni di conservazione, tanto da essere risarcito lungo il margine sinsitro da numerose lacerazioni e da presentare il dilavamento dell'inchiostro nell'ultimo qiuarto del testo, così da rendere necessario l'uso della lampada di Wood per la restituzione del testo. Piccole lacerazioni anche lungo il margine superiore. Evidenti le otto pliche di piegatura, che hanno lasciato tacca di polvere e dilavamento in corrispondenza del testo. L'inchisotro è nero pallido.
La scrittura è una notarile corsiva, standardizzata e regolare, come già descritta negli altri esempi di Pietro q. Zanone da Locha.

In[1] Christi nomine, amen. Anno eiusdem nativitatis millesimo trecentesimo ottuagesimosecundo, indictione / quinta, die lunis vigsimosecundo mensis septembris, actum in capitulo collegiate ecclesie / Sancte Marie de Utino Aquilegensis diocesis, presentibus discretis viris presbiteris Iohanne de Utino / plebano Porpeti, Michaele de Utino canonico Sancti Felicis Aquilegensis, Petro Covasio / capellano in dicta ecclesia Utinensi et fratre Ulrico monaco monasterii de Arnolstain testibus / et aliis pluribus ad hec vocatis et rogatis. Ibique in presentia dictorum testium et mei notarii / infrascripti venerabiles viri domini Iohannetus Lucie vicedecanus, Franciscus de / Pulcinico, Andreas de Civitate Castelli, Riçardus de Sancto Vito et Nicolaus / de Utino et nonnulli alii dicte ecclesie canonici apud dictam ecclesiam residentiam / facientes, in capitulo et ad capitulum ipsius ecclesie more et loco solitis per infrascriptis / nominibus unanimiter et concorditer omnibus modo iure et forma quibus melius potuerunt, / fecerunt, constituerunt et ordinaverunt suos veros dictorum capituli et ecclesie sindicos / et legitimos procuratores, actores, factores, nuncios certos et speciales ac negociorum gestores / [..]o[2] revocando propter hoc aliquos alios suos sindicos et procuratores, sed potius confir/mando discredos[3] et providos viros dominos Nicolaum dictum Colonum dicte ecclesie / canonicum[4], Petrum clericum filium magistri Machore muratoris de Utino presentes / et hoc mandatum in se sponte suscipientes ac

[1] *La* I *maiuscola iniziale è allungata, potenziata e ornata.*
[2] *Lacerazione al margine sinistro del supporto scrittorio che intacca questo rigo di scrittura.*
[3] *Da rilevare questa traslazione da* t *a* d.
[4] *Da segnalare l'anomala scritturazione del termine.*

Laurentium notarium condam Iohannini / Arputii Utini habitantem absentem tamquam presentem et quemlibet eorum in solidum ita quod / occupantis condictio potior non existat, sed quod unus ipsorum inceperit alius / mediare prosequi valeat et finire, specialiter pro dicto capitulo et nomine capituli et ecclesie / predictorum petendum, exigendum et recipiendum et de receptis finem, remissionem, / quittacionem et pactum de ulterius non petendo faciendum, affictandum, locandum et / dislocandum domos et bona reparandum et in solutum dandum et generaliter in omnibus / et singulis dictorum vicedecani, canonicorum et capituli ac ecclesie causis, litibus, / questionibus et contraversiis quas habent vel habituri sunt dictorum ecclesie et capituli nominibus quibus/cu<n>que rationibus, causis et occasionibus cum quibuscu<n>que personis coram quocu<n>que iudice / tam ecclesiastico quam seculari delegato cel subdelegato dato (vel) dando, et / ad agendum et defendendum in iudicio et extra, libellum seu libellos et petiticiones / quascu<n>que dandum et recipiendum, excipiendum et opponendum, litem contestandum, / de calumpnia et veritate dicenda et cuiuslibet alterius generis licitum iuramentum in / animas dictorum constituentium prestandum et adverse parti si opus fuerit deferendum, / ponendum et articulandum, positionibus et articulis adverse partis respondendum, testes / instrumenta et litteras producendum cum protestationibus oportunis et eis utendum et alteram / partem iurare videndum, suspectos et confiden[tes] dandum, iudices et notarios / eligendum et recusandum, protestandum sub quacu<n>que forma, opponendum eciam / et deffectus dicendum, sententiam seu sententias tam interlocutorias quam diffinitivas / audiendum et ipsas feri petendum et in ipsis concludendum, appellandum et / appellationes prosequendum [a plusque] semel et pluries cum [omni] instantia petendum, / beneficium restitutionis in integrum et absolutionis tam in [veri]tate quam ad caute/lam tociens quociens neccesarium extiterit implorandum et obtinendum, procuratores / etiam unum et plures simul et separatim loco sui substituendum ad ea que habent in / mandatis cum simile potestate et eos, si ne[essarium] fuerit, revocandum et procurationis / onus in se de novo resumendum et generaliter ad omnia alia et singula in premissis / et circa ea faciendum et exercendum quem talibus de iure et consuetudine requi/runtur etiam si mandatum exigant speciale et que causarum merita exigunt / et requirunt et que ipsimet constituentes facere possent si personaliter / interessent, dantes et con[cedentes] dictis suis sindicis et procuratoribus et substituendis / ab eis vel altero eorum plenam et liberam potestatem, administrationem et generale / mandatum cum plena et generali administratione faciendi et procurandi in omnibus / et singulis supradictis eisque connexis coherentibus et dependentibus ab eisdem et quo/libet eorundem, promittentesque michi notario infrascripto ut publice persone stipu/lanti et recipienti vice et nomine dictorum suorum procuratorum et omnium et singulorum / quorum interest vel interesse poterit in futurum se ratum et gratum ac firmum / perpetuo habituros quicquid per dictos suos sindicos et procuratores vel alterum ipsorum / aut substituendos ab eis vel altero eorum in predictis omnibus et singulis factum / fuerit et procuratum sub ypotheca et obligatione omnium suorum et dictorum ecclesie / et capituli bonorum presentium et futurorum, et volentes dicti domini constituentes / dictos suos sindicos et procuratores et substituendos ab eis vel altero eorum ab omni / sattisdactionis onere relevare, promiserunt fideiubendo michi notario

infrascripto / stipulanti et recipienti vice et nomine quo supra iudicio sisti et iudicatum solvi / in omnibus suis [clausulis] sub ypotheca et obligatione predictis.

S. T. Ego Petrus condam Zanoni de Locha de Regio Utini / Aquilegensis diocesis habitator publicus imperiali auctoritate notarius / hiis omnibus et singulis suprascriptis presens fui et ea scripsi singumque / meum apposui consuetum rogatus et requisitus in testimonium / premissorum.

41.

1383 marzo 10, Udine, nell'abitazione di Rolandino de Ravanis da Reggio

Composizione sul versamento del reddito del primo anno delle prebende beneficiali del capitolo di Santa Maria di Udine, in base alla riserva pontificia sulla collazione delle prebende vacanti, effettuata da prete Niccolò da Udine, canonico del capitolo e suo procuratore, con frate Viviano da San Severino, maestro generale dei Cruciferi, nunzio apostolico e collettore delle decime pontificie nelle province di Aquileia, Grado, Ravenna e Milano. La composizione stabilisce in 8 ducati d'oro l'importo della tassazione per ciascuna prebenda vacante, da versarsi entro l'ottava della festa di san Michele. Segue la precisazione del computo della riserva pontificia, ammontante in tutto a 24 ducati d'oro. Il collettore delega l'incarico di raccolta a prete Niccolò sotto pena di scomunica.

Originale membr., mm 345x434 (plica mm 48), A.C.A.U., *Pergamene capitolari*, vol. IV, n° 41.
ATTERGATI: di mano del sec. XVII su attergato di mano del sec. XIV "1383. Compositio facta capitulo Utinense pro fructibus unius anni trium canonicatus prebendae", cui la solita amno del sec. XIX ha aggiunto all'anno "10 marzo". Di mano del sec. XX, in lapis "41 IV volume".
Il supporto scrittorio è in buone condizione di conservazione, con macchie di polvere e umidità, che non ne intaccano la leggibilità e l'integrità, salvo per qualche piccola laceraazione in corrispondenza delle pliche, laddove esse si itnersecano tra verticali e orizzontali. Forti ed evidenti le due pliche orizzontali di piegatura; meno evidenti le due pliche verticali.
La scrittura è una corsiva notarile con istanze di riconoscibilità e di calligrafismo cancelleresco: svolazzi nelle aste ascendenti e discendenti, lineole di abbreviatura ad arco discendente.
Nella plica ancora presente la fascetta in pergamena di sostegno della bulla, deperdita.

In[1] Christi nomine, amen. Anno ab ipsius nativitate millesimo trecentesimo octuagesimotercio, indictione sexta, die decimo mensis marcii, pontificatus sanctissimi in Christo patris et domini nostri domini Urbani divina / providentia pape sexti anno quinto. Cum secundum formam reservationis apostolice fructus, redditus et proventus primi anni quorumcumque beneficiorum ecclesiasticorum quibuscumque personis auctoritate apostolica / collatorum ad cameram apostolicam spectare et pertinere noscantur et venerabiles viri domini .. decanus, canonici et capitulum maioris ecclesie Sancte Marie de Utino Aquilegensis diocesis fructus, redditus et proventus / primi anni canonicalium prebendarum infrascriptarum sitarum in dicta ecclesia Utinensi habuerint et perceperint et adhuc partem ipsorum habere et percipere debeant vigore aliquarum constitutionum ipsius capituli, / qui tamen fructus ipsarum prebendarum vigore acceptationum per infrascriptos auctoritate apostolica factarum ad dictam cameram apostolicam iuxta formam reservationis suprascripte debebantur et debentur, venerabilis vir dominus presbiter / Nicolaus de Utino canonicus dicte ecclesie Utinensis

[1] *La* I *maiuscola iniziale è allungata, potenziata e ornata.*

sindicus et procurator dictorum dominorum .. decani, canonicorum et capituli ipsius ecclesie Utinensis constitutus personaliter coram reverendo patre domino fratre Viviano / de Sancto Severino ordinis cruciferorum generale magistro apostolice sedis nuntio et generale collectore fructuum, reddituum, proventuum, censuum, decimarum et aliorum quorumcumque in Aquilegensi, Gradensi, Ravennensi, / Mediolanensi et certis aliis provinciis et partibus camere apostolice debitorum, auctoritate apostolica specialiter deputato, pro se ipso et sindicario et procuratorio nomine dictorum dominorum .. decani, canonicorum et capituli dicte ecclesie Utinensis / eidem domino collectori humiliter supplicavit ut attentis guerrarum discriminibus que multis retroactis temporibus viguerunt prout adhuc vigent in partibus Foriiullii ac multiplicibus oneribus clericis et personis / ecclesiasticis partium predictarum et presertim Utinensibus incumbentibus propter guerras predictas, necnon attento valore dictarum et infrascriptarum canonicalium prebendarum ipsum presbiterum Nicolaum sindicum et procuratorem pro se / ac sindicario et procuratorio nomine [2] dictorum dominorum decani, canonicorum et capituli recipientem de, pro et super furctibus, redditibus et proventibus primi anni dictarum et infrascriptarum canonicalium prebendarum per ipsos / dominos decanum, canonicos et capitulum perceptis et etiam percipiendis, ad aliquam competentem compositionem admittere dignaretur. Qui reverendus pater dominus frater Vivianus magister et collector prefatus / volens precibus et supplicationi dicti domini presbiteri Nicolai sindici et procuratoris, sindicario et procuratorio nomine predicto supplicantis favorabilem annuere et attendens diligenter in hoc profectum et utilitatem dicte camere / apostolice super quo prius habuit plenariam informationem, omni modo, via, iure et forma quibus melius potuit auctoritate apostolica qua fungitur in hac parte nomine dicte camere apostolice prefatum dominum / presbiterum Nicolaum sindicum et procuratorem pro se et sindicario et procuratorio nomine predicto recipientem de, pro et super omnibus et singulis fructibus, redditibus et proventibus primi anni dictarum et infrascriptarum canonicalium / prebendarum per dictos dominos .. decanum, canonicos et capitulum perceptis et etiam percipiendis, qui fructus vigore supradicte reservationis dicte camere apostolice deberentur, ad compositionem admisit in summa et ad summam / ducatorum octo auri boni et iusti ponderis pro qualibet ipsarum canonicalium prebendarum infrascriptarum solvendorum, tradendorum et assignandorum per ipsos dominos .. decanum, canonicos et capitulum seu per dictum dominum presbiterum Nico/laum sindicum et procuratorem tantum predicto nomine solventem eidem domino collectori vel succollectori suo in civitate et diocesi Aquilegensi deputato aut successoribus suis in dicto suo collectorie officio deputatis / in octava die post festum sancti Michaelis de mense semptembris proximum venturum, dans et cedens dictus dominus collector nomine dicte camere apostolice eisdem dominis .. decano, sindico, canonicis et capitulo omnia / iura, iurisdictiones et actiones predicte camere apostolice vigore suprascripte reservationis apostolice competencia et conpetentes ac conpetitura et conpetituras in supradictis fructibus primi anni eisdemque tribuens plenam / licentiam et omnimodam potestatem ipsos fructus et redditus dicti primi anni quos non

[2] *Segue* nomine *depennato.*

perceperunt petendi, exigendi et recipiendi et tam de receptis quam recipiendis quoscumque quittandi, libe/randi et plenarie absolvendi prout dicta camera apostolica facere poterat ante conpositionem predictam, que compositio pro infrascriptis canonicalibus prebendis facta est hoc modo, videlicet imprimis pro / canonicali prebenda dicte ecclesie Utinensis olim vacante per mortem domini Michaelis de Pagnaco et nunc auctoritate apostolica acceptata per Henricum de Allemania in ducatis octo auri. Item pro canonicali / prebenda olim vacante per mortem domini Iohannis de Laturre et nunc auctoritate apostolica acceptata per dominum Nicolaum de Portugr(uario) ac per certos alios in ducatis octo auri. Item pro canonicali prebenda / olim vacante per mortem domini Çanneti de Ultramonte et nunc auctoritate apostolica acceptata per dominum Franciscum de Sbroyavacha ac per certos alios in ducatis octo auri, que quantitates ducatorum / in unam summam redacte constituunt ducatos vigintiquatuor auri boni et iusti ponderis, solvendos, tradendos et assignandos, ut premittitur, per supradictos dominos decanum, canonicos et capitulum vel supradictum dominum / presbiterum Nicolaum sindicum et procuratorem eorum prefato domino collectori vel supradictis succollectori aut successoribus suis in termino suprascripto, quem quidem dominum presbiterum Nicolaum sindicum et procuratorem predictum / dictus dominus collector auctoritate apostolica fungitur in hac parte monuit primo, secundo, tercio et peremptorie eique sub excommunicationis pena [3] quam ex nunc prout ex tunc si non adimpleret debite infrascripta / [4] ipsum incurrere voluit ipso facto, districte precipiendo mandavit quatenus supradictos vigintiquatuor ducatos auri ipsi domino collectori vel dictis succollectori aut successoribus suis in / termino suprascripto assignare et solvere debeat cum effectu, qui dominus presbiter Nicolaus sindicus et procurator predictus huiusmodi monitiones et mandata in se sponte suscipiens pro se et sindicario et / procuratorio nomine quo supra iuravit ad sancta Dei evangelia corporaliter tactis scripturis in manibus eiusdem domini collectoris predictos vigintiquatuor ducatos auri ipsi domino collectori [5] vel dictis succollectori / aut successoribus suis in termino suprascripto assignare et solvere realiter et cum effectu, obligans sua et dictorum dominorum decani, canonicorum et capituli bona presentia et futura, de quibus omnibus et singulis prefatus / dominus collector mandavit michi notario suo infrascripto duo consimilia publica instrumenta etiam suo sigillo sigillata, quorum uno supradicto domino presbitero Nicolao tradito, reliquum penes ipsum dominum collectorem pro / supradicta camera apostolica retineatur. Datum et actum Utini, in domibus sapientis viri domini Rolandini de Ravanis de [6] Regio, sitis apud supradictam ecclesiam maiorem Utinensem, a parte anteriori, / anno, indictione, die et pontificatu quibus supra, presentibus venerabilibus viris dominis Georgio de Tortis de Papia decano et Antonio de Varneto canonico ecclesie Aquilegensis et Luchino de Laturre canonico / Civitatensi ac Guidone condam Nicolai de Concordia etiam notario dicti domini collectoris testibus ad premissa vocatis specialiter et rogatis.

---

[3] de *depennato.*
[4] districte pre/cipiendo mandavit *depennato.*
[5] collectori *depennato.*
[6] Ravanis *depennato.*

S. T. Ego Adam quondam Dominici Pupponi de Risano clericus Aquilegensis diocesis publicus apostolica et imperiali auctoritate notarius scribaque et notarius prefati domini collectoris premissis omnibus / et singulis dum ut premittitur per ipsum dominum collectorem ac supradictum sindicum et procuratorem agerentur et fierent simul cum prenominatis testibus interfui eaque de ipsius domini collectoris / mandato et predicti sindici et procuratoris rogatu scripsi, publicavi et in hanc publicam formam redegi, signum meum una cum appensione sigilli eiusdem domini collectoris consuetum apponens rogatus et / requisitus in fidem et testimonium veritatis omnium premissorum.

42.

1383 luglio 15, Udine, nell'abitazione del q. Federico di Savorgnano

Concordia e compromesso tra Matiussio q. Francesco di Villalta e i suoi consanguinei e sostenitori da una parte e Endriuzio q. Mainardo di Villalta, anche per i suoi pupilli, i nipoti Mainardo q. Ludovico e Niccolò e Pregogna q. Odorico di Villalta, e i suoi consanguinei e sostenitori dall'altra, per appianare il conflitto insorto in seguito alla divisionale del feudo di Villalta e all'imprigionamento di Endriuzio ad opera di Matiussio. Le parti concordano nell'affidarsi all'arbitrato di Pileo di Prata, cardinale di S. R. C. e arcivescovo di Ravenna, di Bernardo q. Niccolò di Strassoldo e di Giovanni Tazotto q. Francesco di Sbrojavacca. Consuete clausole di garanzia della concordia e del compromesso. I tre arbitri compositori stabiliscono immediatamente di fissare al giorno seguente l'udienza per la loro sentenza di compromesso.

Originale membr., mm 490x212, A.C.A.U., *Pergamene capitolari*, vol. IV, n° 42.

ATTERGATI: forse di mano del sec. XIV, ma probabilmente un'imitazione di mano del sec. XVII "Compromissum per quod fit fides de ascensione vel descensione prolis (et) stirpis aut progenies dominorum de Villalta". Di mano del sec. XVII o XVIII "Q Q". di mano del sec. XVII e del sec. XIX "1383 15 luglio". Al centro forse di mano del sec. XVII, una ricostruzione dell'albero genealogico dei di Villalta, realizzato con cerchietti che racchiudono i nomi dei di Villalta, congiunti da linee di discndenza: "Dominus Maiinardus", da cui discendono i tre fratelli "Dominus Hendriutius. Dominus Odoricus. Dominus Lodoicus"; da Odorico discendono i due figli "Ser Nicolaus. Ser Pregoneas", mentre da Ludovico discend "Ser Maiinardus". Di mano del sec. XX, in lapis "42 IV volume".

Il supporto scrittorio è in buone condizioni di conservazione, salvo per gore d'acqua e per alcune lievi lacerazioni al margine sinistro e alcuni fori nel terzo inferiore. Almeno tre le pliche orizzontale di piegatura. L'inchisotro è marrone abbastanza scuro, bene leggibile.

La scrittura è una corsiva notarile standardizzata, molto minuta, con indice di elevata professionalità nell'esecuzione regolare, costante, calligrafica.

In[1] Christi nomine, amen. Anno nativitatis eiusdem millesimo trecentesimo octuagesimotercio, indictione sexta, die mercurii quintodecimo menis iulii, / actum Utini in domo habitationis olim strenui militis domini Federici condam domini Warnerii de Savorgnano, presentibus reverendo in Christo patre domino / Georgio Dei gratia ellecto Cenetensi, venerabili viro domino Odorico de Ragonea canonico Aquilegensi, magnifico et potente milite domino / Federico condam egregii militis domini Francisci de Savorgnano, egregis ac nobilibus viris dominis Simone milite condam domini Vicardi de / Coloreto, Doymo condam domini Odorici de Castello et Iacomino condam domini Nicolai de Strasoldo, sapienti viro magistro Iacobo phi/sico de Utino ac providis et discretis viris Hendrico de Paonna, Dyetalmo de Andriottis de Utino et ser Nicolao notario condam Manini / de Florentia Utini

[1] *La* I *maiuscola iniziale è allungata, potenziata e ornata.*

habitante testibus et aliis pluribus ad hec vocatis specialiter et rogatis. Nobilis vir dominus Mathiussius condam domini / Francisci de Villalta ex una parte et nobilis vir Hendriutius condam domini Meynardi de dicto loco Villalte pro se ac Meynardo / filio condam Lodovici ac Nicolao et Pregogna filiis condam Odorici filiorum condam dicti domini Meynardi de Villalta nepotibus ipsius / Hendriutii pupillis pro quibus dictus Hendriutius promisit de ratihabitione, videlicet se facturum et curaturum cum effectu omni ex/ceptione iuris vel facti remota quod prefati Meynardus, Nicolaus et Pregogna pupilli quandocumque ad legittimam etatem pervenerint / ad omnes ipsius domini Mathiussii vel suorum heredum requisitionem infrascripta omnia et singula in presenti instrumento contenta ratificabunt / et approbabunt ac firma, rata et grata habebunt pariter et tenebunt, obligans ad hec dictus Hendriutius omnia sua bona mobilia / et immobilia presentia et futura, ex altera de omnibus et singulis litibus, causis, questionibus, controversiis, diferentiis et querelis ac odiis, / rancoribus, inimicitiis, diversitatibus, rixis, spoliis, moendiis, rapinis, captivationibus, animositatibus et offensionibus quibuscumque que / fuerunt temporibus retroactis ac sunt ad presens vel esse possent vel possunt aut potuerunt quomodolibet usque ad diem presentem inter dictum / dominum Mathiussium ac prefatum condam dominum Franciscum eius patrem et alios eorum progenitores ex una parte et dictum Hendriutium / ac predictos condam Lodovicum et Odoricum eius fratres ac dictum condam dominum Meynardum eorum patrem et alios eorum progenitores / ex altera tam occasione castrorum Villalte ac mansorum dominicalium, possessionum, bonorum et masnate, ad ipsa castra ac certos / nobiles de Villalta qualitercumque spectantium et pertinentium de iure vel de facto quam captivationis ipsius Hendriutii per dictum / dominum Mathiussium vel alios facte et aliis occasionibus, causis et rationibus quibuscumque ac de omnibus et singulis inter partes predictas / vertentibus et que versa sunt ac verti potuissent et possunt quovis modo quibuscumque rationibus, occasionibus sive causis usque in diem / presentem pro bono pacis et concordie ac reductione ipsorum nobilium modernorum de Villalta ad pacem, concordiam, amorem et antiquam / unitate, ne propter ipsorum diversitates ac odia, inimicitias, anomositates et rancores domus eorum Villalte in destructionem deveniat / et ruinam, sed de bono in melius propter huiusmodi pacem, concordiam, amorem et unitatem suffragante Altissimo reformetur con/servetur et augmentetur, compromiserunt se comuniter et concorditer ac amicabiliter de iure et de facto in reverendissimum in Christo patrem / et dominum dominum Pileum Ravennatem sancte Romane ecclesie cardinalem ac nobiles viros dominos Bernardum condam domini Nicolai de Stra/soldo et Iohannem Tazottum condam domini Francisci de Sbroglavaca ibidem presentes tamquam in eorum arbitros, arbitratores, amica/biles compositores, comunes amicos et bonos viros, dantes et concedentes dictis eorum arbitris, arbitratoribus, amicabilibus compositoribus, / comunibus amicis et bonis viris plenam et liberam potestatem et bayliam ac liberum arbitrium et auctoritatem supradicta omnia et singula / audiendi, examinandi, decidendi et terminandi et super ipsis ac dependentibus, emergentibus et connexis dicendi, arbitrandi, arbitramen/tandi, laudandi, mandandi, ordinandi, componendi et sententiandi sumarie et de plano sine strepitu et figura iudicii predictis partibus presentibus / vel absentibus una parte presente et altera absente, in scriptis vel sine scriptis, sedendo

vel non sedendo partibusque citatis vel non / citatis, quomodocumque et qualitercumque ac ubicumque et quandocumque prefati domini arbitri, arbitratores, amicabiles compositores, comunes amici / et boni viri vel maior pars ipsorum voluerint et prout eis vel maiori parti ipsorum videbitur et placebit de iure vel de facto, servata vel / non servata huius compromissi forma vel ei addendo vel minuendo ac iuris ordine vel solennitate servatis vel non servatis seu obmissis / et hoc usque ad diem dominicam proximam futuram, alongando et abreviando pro dictorum dominorum arbitrorum, arbitratorum, amicabilium compo/sitorum, amicorum comunum et bonorum virorum vel maioris ipsorum partis libito voluntatis semel et pluries ac totiens quotiens eis videbitur / et placebit promittentesque dicte partes solenniter michi notario infrascripto tamquam publice persone stipulanti et recipienti vice et nomine / ipsorum dominorum arbitrorum, arbitratorum, amicabilium compositorum, comunum amicorum et bonorum virorum ac omnium et singulorum quorum interest vel / interesse poterit quomodolibet in futurum ac iurantes corporaliter ad sancta Dei evangelia, delato eis per me notarium infrascriptum debito sacramento, / quod acceptabunt, laudabunt, approbabunt, ratificabunt et emologabunt ac ratum, gratum et firmum habebunt et tenebunt omne laudum, / arbitrium, mandatum ac compositionem, ordinationem et sententiam et quicquid super premissis et quolibet premissorum predicti domini arbitri, ar/bitratores, amicabiles compositores, comunes amici et boni viri vel maior pars ipsorum duxerint faciendum, laudandum, arbitrandum, / arbitramentandum, mandandum, sententiandum et ordinandum et illis que per dictos dominos arbitros, arbitratores, amicabiles compos/sitores, comunes amicos et bonos viros vel maiorem partem ipsorum tam secundum formam huius compromissi quam aliter quomodocumque super / premissis et quolibet premissorum dictam facta, laudata, arbitrata, mandata, sententiata et ordinata fuerint in omnibus parebunt et acquiescent / et contra ipsa in aliquo non venient, dicent vel facient tacite vel expresse, directe vel indirecte, publice vel occulte, de iure vel de / facto et a premissis vel aliquo premissorum seu a sententia, pronuntiatione, arbitrio, mandato et ordinatione super hiis per dictos dominos arbitros, / arbitratores, amicabiles compositores, comunes amicos et bonos viros vel maiorem partem ipsorum faciendis et ferendis non appellabunt / ullo tempore vel proclamabunt, nec super illis vel eorum aliquo reccurent ad arbitrium boni viri, nec ea potent revocari seu etiam mode/rari, renunciantes [expresse et][2] per pactum expressum in omnibus et singulis suprascriptis arbitrio boni viri ac recursui et reductioni habendis / ad arbitrium boni viri et omnibus et singulis iuribus et legibus canonicis et cuilibet concedentibus quod in talibus recursus haberi valeat / ad arbitrium boni viri omnique alii iuris canonici et civilis auxilio, per quod contra premissa vel infrascripta venire possent. Que / quidem omnia et singula suprascripta dicte partes per stipulationem solennem michi notario infrascripto stipulanti ut supra promiserunt attendere, ob/servare et inviolabiliter adimplere, nec contra illa dicere, facere vel venire per se vel alium seu alios aliqua ratione, dolo, ingenio sive causa, / de iure vel de facto, sub pena mille ducatorum boni auri et iusti ponderis in singulis capitulis huius contractus stipulata et premissa, / que pena totiens peti et exigi

[2] *Lacerazione del supporto; dai residui di tratti grafici si propone questa restituzione.*

valeat cum effectu quotiens per alteram partium commictetur et fuerit contrafactum, cuius quidem pene / medietas applicetur comunitati Utinensi et alia medietas parti obedienti omnibus et singulis suprascriptis ipsaque pena soluta vel non, rata et / firma semper maneant omnia et singula que dicti domini arbitri, arbitratores, amicabiles compositores, comunes amici et boni viri vel maior / pars ipsorum duxerint faciendum, arbitrandum, arbitramentandum, mandandum, ordinandum, conponendum et sententiandum in, de et super premissis / et quolibet premissorum, pro quibus omnibus et singulis attendendis et observandis et firmiter adimplendis prefate partes sibi invicem, videlicet una pars / alteri et altera alteri stipulantibus et recipientibus pro se eorumque heredibus et michi notario infrascripto stipulanti et recipienti ut supra solenni stipulatione / premissa obligaverunt omnia eorum bona mobilia et immobilia, presentia et futura.

[Post][3] que ibidem et in instanti coram dictis testibus et me notario infrascripto supradicti reverendissimus in Christo pater et dominus dominus Pileus Ravennatis / sancte Romane ecclesia cardinalis ac nobiles viri domini Bernardus de Strasoldo et Iohanens Tazottus de Sbrogliavaca arbitri, arbitartores, amicabiles compositores, comunes amici et boni viri auctoritate eis prout superius continetur data et attributa eisdem domino / Mathiussio et Henrdiutio nominibus quibus supra terminum statuerunt et assignaverunt ad diem crastinam proximam futuram ante tercias / in loco suprascripto ad audiendum et intelligendum sententia, arbitrium, laudum, ordinationem, compositionem et mandatum ipsorum super / contentis in instrumento proximo suprascripto.

S. T. Et ego Nicolussius condam Dominici Cuculissii de Sancta Marialalonga Utini habitans publicus imperiali auctoritate / notarius suprascriptis omnibus et singulis interfui et rogatus scripsi et publicavi.

[3] *Lacerazione del supporto, ma senza impedire del tutto la lettura.*

43.

1383 ottobre 20, Cividale, nell'abitazione di Branchino vescovo di Bergamo

Dichiarazione del nunzio apostolico nella provincia di Aquileia Branchino vescovo di Bergamo nella quale egli ribadisce quanto già dichiarato al patriarca di Aquileia Filippo d'Alençon e alla sua corte nella residenza patriarcale di Cividale, cioè che, pur essendo egli intenzionato ad obbedire al mandato papale, non si sente tuttavia sufficientemente sicuro nei territori del Patriarcato a causa della condizione di guerra tra Udinesi e loro alleati da una parte e patriarca, Cividalesi e loro alleati dall'altra. Né si sentirebbe più sicuro a Venezia, in quanto egli è stato minacciato di morte. Segue una serie di accuse mosse contro il governo del patriarca Filippo d'Alençon. La dichiarazione intende lasciare testimonianza di quanto avvenuto nel tentativo di eseguire il mandato papale.

Originale membr., mm 642x277, A.C.A.U., *Pergamene capitolari*, vol. IV, n° 43.

ATTERGATI: di mano del sec. XIV o XV "Revocatio facta per dominum Branquinum apostolicum nuncium de interdicto posito in locis et terre ne revelantibus domino cardinali de Alenconio". Di mano del sec. XVII "1383. Protestationes factae per dominum Branquinum episcopum Pergam(i) Nuncium Apostolicum in Patria et Provincia Aquileiensis et revocatio de Interdicto posito Utini et in locis et terris renuentibus dominum Philuppum de Alenconio cardinalem in Patriarcham recipere". All'anno è stato aggiuno dalla mano del sec. XIX "20 ottobre". Di mano del sec. XX, in lapis "43 IV volume".

Il supporto scrittorio è in buone condizioni di conservazione, salvo per una patina di polvere grigiastra che si concentra lungo le pliche di piegatura, e alcune lacerazioni lievi al margine destro. L'inchiostro è bruno chiaro, quasi sempre bene leggibile.

La scrittura è una corsiva notarile piuttosto corrente e rapida, minuta e tendente a schiacciare sul corpo delle lettere le aste ascendenti e discendenti. Il tratto è grosso assai, tanto da fare sbavare l'inchiostro per la minuzia delle lettere. Si avvicina molto alla scrittura delle trascrizioni delle *lectiones* degli *studia* universitari. I molti errori, le dimenticanze e la corsività indurrebbero a ritenere il testo redatto in condizioni di particolare frettolosità.

In[1] nomine Domini, amen. Anno a nativitate Domini M°CCC^{mo} octuagesimo tercio, indicione sexta, die vero vicesima mensis octobris pontificatus / domini nostri domini Urbani pape sexti anno sexto. Reverendus in Christo pater dominus Branchinus Dei gratia episcopus Pergamensis in provincia Aquilegensi / per prefatum dominum nostrum Urbanum papam sextum specialiter deputatus coram me notario publico et testibus subscriptis familiaribus domesticis / et cont(inui)s prefati reverendi patris in Civitate Austrie, in domo habitationis sue fuit protestatus expresse prout infra sequitur: Propono / et dico atque protestor ego Branchinus episcopus Pergamensis apostolice sedis in provincia Aquilegensi nuncius coram te Iohanne Symonis / de Villaribus clerico Meldensis diocesis, prout alius proposui noviter coram reverendissimo in Christo patre et domino domino Philippo Dei gratia episcopo

[1] *La* I *maiuscola iniziale è allungata, potenziata e ornata.*

Sabinense sancte / Romane ecclesie cardinale et patriarcha Aquilegensi in camera habitationis sue scite in Civitate Austrie in presentia multorum familiarium dicti / reverendissimi patris, dixi, proposui atque protestatus fui, videlicet quod semper paratus fui et sum obedire mandatis apostolicis, sed attentis periculis / in pat[ri]a Foriiullii imminentibus et discriminibus viarum propter notorias gueras in dicta patria (etiam) cum cremacione domorum et incisione / atque evulsione arborum et vitum a sex diebus et ultra factarum per Utinenses in territorio Civitatis Austrie dicte Aquilegensis diocesis et que guere / fuerunt dudum et hodie magis vigent inter prefatum reverendissimum patrem et comunitatem Civitatis Austrie ex parte una et dictos Utinenses et eorum complices / et coligatos ex altera, deliberaveram cum melioribus et prudentioribus patrie clericis et peritis quod in casum in quem prefatus revedendissimus / pater vellet facere fieri executionem mandatorum apostolicorum predictorum quod tutius erat et validius facere et exequi dicta mandata apostolica iuxta / continencia dictarum litterarum apostolicarum in civitate Veneciarum aut civitate Paduana studio generali insignita et que civitas Paduana / est de provincia Aquilegensi et ambe sunt vicine per una dietam a fine diocesis Aquilegensis et in quibus civitatibus et quabus earum est locus / insignis et est totus accessus dictis Utinensibus rebellibus dicto domino patriarche cum suis colligatis et complicibus et (industria) mea propter / ea que sequuntur et inimicitias capitales que sunt inter illos de Civitate Austrie et Utinenses et suos complices non videbatur / tutus locus Utinensis eciam si daretur salvus conductus eisdem et eciam propter periculum persone mee in recedendo de dicta Civitate / Austrie ad curiam Romanam, magis michi expediebat in dictis civitatibus vel alibi ubi de persona et corpore meo essem tutus / cum aliis Utinensibus michi in facie comminati fuerunt in Utino, quod si aliquos processus facem contra eos, quod si possent me accipere, / inciderent me per frustra, fuerim quod de periculo et persone mee eciam in civitate Veneciarum per notabiles prelatos et alias eccle/siastica personas avisatus, obtulerim quod prefato reverendissimo patri in presentia multorum proborum virorum quod in casum in quem non vellet consentire / quod dicta mandata apostolica exequentur in dictis civitatibus quod paratus eram subdelegare unamquamque personam habilem et capacem / dicte iurisdicione quam michi nominaret, sed prefatus reverendissimus pater expresse et oraculo sue vive vocis voluit atque mandavit quod in dicta Civi/tate Austrie dicte Aquilegensis diocesis et vicina dictis Utinensibus ad septem miliaria in magnum periculum persone mee dictam executionem / facerem. Ite[m] dico et protestor quod etiam consulere dominum nostrum deliberaveram antequam innovarem in patria propter infra dicenda, videlicet quia / ad predie de mense presenti fuerim Utini ad presentandum quandam litteram apostolicam clausam dictis Utinensibus et per me facta dictis Utinensibus / pro parte domini nostri pape ambasiata michi imposita, audita responsione dictorum Utinensium qui michi in facie dixerunt quod prefatum / reverendissimum patrem non habebant pro patriarcha et quod supplicabant michi quod scriberem domino nostro prefato quod ipsis daret verum patriarcham vel unum / vicarium pro parte ipsius domini nostri, quia parati erant omnino sibi obedire[2] et quod pocius

[2] obediret *con* t *depennata.*

comederent filios vel darent se alteri domino vel / invenirent bene patriarcham, innuentes quod si antipapa mitteret partiarcham vel ut verius loquar antipatriarcham quod ipsum reciperent et sic / scisma statim esset in ecclesia Aquilegensi atque provincia. Item attento quod prefatus reverendissimus pater alienavit sive obligavit pro peccunia in po/tentem dominum Francischum de Careria dominum Paduanum castrum Sancti Pauli, quod est ecclesie Aquilegensis et mense patriarchalis et quod me ibidem / presente tractabat habere consensum et sigillum capituli ecclesie Aquilegensis pro alienando castra, videlicet de Sofinberg, de Meduna dicte diocesis / Aquilegensis et que eciam castra sunt notabilia et dicte ecclesie Aquilegensis et mense patriarchalis in potentem principem dominum Meynardum / comitem Coricie et advocatum atque defenssorem dicte ecclesie Aquilegensis quod et fecisset si consensum aliquorum canonicorum seniorum de / capitulo et sigillum ipsius capituli habere potuisset. Item ex eo eciam quia informatus per homines patrie quod prefatus reverendissimus pater multas inutiles / expensas fac(it) etiam maiores quam bone memorie reverendus pater dominus Marquardus inmediate predecessor suus faciebat et qui totum / patriarchatum et totam ecclesiam Aquilegensem in spiritualibus et temporalibus obtinebat pacifice. Item eciam quia vulgo d(icit) in tota patria Foriiullii quod / non valet pro ipsa ecclesia quia ipsa ecclesia requirit magis expertum in armis quam in aliis cerimoniis. Item eciam ex eo quia multa sunt / innovata in patria a[3] tempore date commissionis michi facte per dominum nostrum, videlicet guere publice cum evulsione arborum, destructione et combu/stione villarum et magna strage personarum et obsedione opidorum facta per Utinenses et precipue quia comunitas opidi Glemone, que / est et erat melior comunitas omnium comunitatum obedientium dicto domino patriarche propter devastaciones et obsediones eis factas per dictos Utinenses et / eis colligatos se retraxerunt me in dicta Civitate Austrie ex(eunte) ab obedientia prefati reverendissimi patris. Et etiam ex eo quia an<n>imi dictorum / Utinensium et eorum complicium de die in diem magis indurantur, deliberaveram propter permissa omnia et singula et eorum quodlibet ac ex non/nullis aliis causis animum meum moventibus etiam, ut predixi, habito consilio cum peritis super executione dictarum litterarum apostolicarum fienda / vel non fienda vel retardanda supersedere quousque consulerem prefatum dominum nostrum, sed prefatus reverendissimus pater non advertens ad premissa [licet] / eidem pro maiori parte eadem oretenus per me exposita fuissent et non curans si in executione predictarum litterarum apostolicarum preci/pitassem vel precipitarem multa signa fecit per que verisimiliter poteram percipere arestacionem persone mee coactionem vim et metum / tales qui cadere possent inconstantem virum que poteram eciam coniecturare ex multis signis. Nam primo die XVI mensis octobris anni / presentis venit quidem Iacobinus de Curte al(ius) de Opreno opidanus dicte Civitatis Austrie et continuus familiaris dicti domini patriarche et de / raubis suis qui michi asseruit ut verisimiliter creditur ex parte dicti reverendissimi patris et aliorum presidentium dicte comunitatis Civitatis Austrie, quod magne / susurationes et murmuraciones erant inter populares Civitatis Austrie quia non fiebant processus per

[3] a *aggiunto nell'interlinea.*

me contra Utinenses et suos complices / et quod erat periculum quin eveniret scandalum persone mee et quod consulebat quod processus expedirem quocum[que]modo, nec expectarem habere / procuracionem, quia pocius cives dicebant quod volebant dare peccuniam pro stipendiariis quam pro procuracione mea et etiam quia audiverat / quod multe gentes recederent de stipendio Utinensium et venirent ad servicia comunitatis dicte Civitatis Austrie dicte diocesis. Item ex eo quia ad me stantem / reclusum in una camera propter timorem populi venit ad me quidam Odoricus Andree cancellarius et scriba prefati reverendissimi patris, qui michi in effectu / eadem verba protulit. Item et eadem die tarde venit ad me quidam nomine Fantus de Utino ad cameram ubi eram reclusus et / dixit michi quod nisi cras publicarentur processus quod dubitabat quod numquam per me possent publicari, innuens michi mortem imminere. / Quare ego Branchinus episcopus et nuncius apostolicus protestor et dico quod si contingat me procedere ad aliquas moniciones et sententias / sive censuras ecclesiasticas et alios actus contra prefatos Utinenses et suos complices atque colligatos et singulares personas eorundem / in dicta Civitate Austrie dicte diocesis quod invitus coactus et per vim et metum qui verisimiliter caderent inconstantem virum dictas moni/ciones sententias atque censuras ecclesiasticas et omnia alia que exinde sequentur proferam in dicta Civitate Austrie et protestor / de nullitate dictarum monicionum sententiarum et censurarum ecclesiasticarum que exinde, ut premissum est, sequentur ac / de iniuriis dampnis et expensis per me factis et passis et de fiendis, de quibus omnibus et singulis eciam d(ivisis) requiro te notarium / publicum michi et omnibus quorum interest facias publicum instrumentum et instrumenta unum et plura et protestor eciam quod premissa possim corrigere, / addere, interpretari et cetera. Actum in dicta Civitate Austrie in domo habitacionis prefati domini B. episcopi Pergamensis et nuncii apostolice sedis et in camera sua / secreta cubicularii, anno, mense, die pontificatus quibus supra, presentibus honesto viro fratre Andrea priore Sancte Marie de Monteconiclani / ordinis Sancti Benedicti diocesis Cenetensis et Iohanne de [Citinamg...][4] Salzeburgensis diocesis testibus ad premissa vocatis et rogatis.

[4] *Non si riesce a individuare il toponimo.*

43 bis.

1383 ottobre 25, Cividale, nell'abitazione del vescovo Branchino

Dichiarazione di Branchino vescovo di Bergamo e nunzio apostolico nella provincia di Aquileia, nella quale egli rinnova la dichiarazione già rilasciata in data 20 ottobre 1383 e afferma che non ha mai svolto e pubblicato alcun processo contenente censure ecclesiastiche. Nega che gli atti processuali possano essere convalidati dalla sua autorità, in quanto egli era ostaggio della folla inferocita nella residenza del canonico cividalese Bartolomeo da Silanengo, grossatore papale.

In[1] nomine Domini, amen. Anno a nativitate Domini millesimo trecentesimo octuagesimo tercio, indicione sexta, die vero vicesimaquinta mensis octobris pontificatus domini nostri domini Urbani papam sexti anno sexto. Personaliter constitutus reverendissimus in Christo pater dominus Branchinus Dei gratia episcopus Pergamensis in provincia / Aquilegensi nuncius apostolicus coram me Iohanne Symonis de Villaribus notario publico et testibus infrascriptis protestatus fuit prout sequitur. In nomine / Domini, amen Ego Brachinus episcopus Pergamensis nuncius in provincia Aquilegensi non recedendo ab aliis protestationibus aliter per me coram te notario / publico factis, de novo protestor et dico quod si reperiatur vel alius in iudicio vel extra producatur quidam pretensus processus ymo quod verius / loquar quedam privata scriptura que incipit Brachinus et cetera et dicitur habere datam, videlicet data in Civitate Austrie, die vicesimo primo octobris / M°CCC^{mo}LXXXIII°, indicione sexta pontificatus domini nostri domini Urbani pape sexti anno sexto et qui pretensus processus, ut dicitur, debet continere multas cen/suras ecclesiasticas prout infra de verbo ad verbum inseretur, quod predictus pretensus processus numquam fuit per me nec de mandato meo factus nec ordi/natus nec per notarium meum infrascriptum sive alium notarium nomine meo scriptus, grossatus vel ad acta positus nec rogatus nec umquam in presencia / alicuius notarii publici sive testium per me publicatus, nec sententie contente in eodem fuerunt per me vel alium nomine meo lecte sive publicate, protestor / eciam quod si contingisset me facere processus et sententias ferre contra nonnullos in dicto pretenso processu contentos quod dictum processum iuris ordine servato, / qui saltem expediebat in notoriis servari servassem et ad sententias presertim abbacialis dignitatis vel aliarum privacionum non ita repente proce/sissem, sed iuris ordine servato et vocata parte, protestor et quod (quando) aplicui ad Civitatem Austrie comunitas Glemone in dictis pretensis processibus contenta / erat in obedientia prefati reverendissimi patris domini patriarche Aquilegensis, sed adhuc me exeunte in dicta Civitate Austrie notorium est quod hostiliter fuit obsessa per / Utinenses et eorum complices et vices eorum in magna parte radicate et incise, quapropter petiverunt sucursum a prefato domino patriarcha, qui non / potuit eos succurere quapropter, ut dicitur, [habuerunt ... Utinens...][2]. Et protestor quod attenta eorum obedientia non procesissem contra / ipsos et in quantum potui restiti, quod si contingeret fieri

[1] *La* I *maiuscola iniziale è allungata, potenziata e ornata.*
[2] *Una plica sul supporto rende di difficile lettura il testo; si propone questa restituzione.*

processus quod non includerentur in dictis processibus. Protestor eciam quod dictus pretensus processus habuit / pro sigillo sigillum meum episcopale et mandavi sigillari, quando sic grossati michi fuerunt portati, licet per me non lecti per familia dicti domini patriarche / existens quodam modo arestatus et sequestratus in hospicio domini Bartholomei de Silanengo canonici Civitatis Austrie et domini nostri pape grossatoris / in camera mea secreta cubicularii per metum qui cadere posset inconstantem virum, quia publici clamores fiebant in populo quod ego statim essem / occisus nisi expedirem me. Protestor eciam quod bullam originalem potestatis mee non habebam in potestate mea tempore dicte sigillationis, nec hodie / habeo, licet ipsam pertinerim pluribus vicibus. Protestor eciam quod post plures dies post dictam sigillationem quedam copia ut supra dixi inferius / est inserta, fuit michi per quemdam familiarem prefati domini patriarche portata in domo predicta in qua sic eram sequestratus et quodam modo carceratus. / Protestor eciam quod die dat(a) dicti pretensi processus dictum meum sigillum non apositum, sed post per unam diem, de quibus omnibus peto fieri instrumentum publicum / ad mei excusacionem coram prefato domino nostro et coram toto mundo et citius protestatus fuissem de premissis si tute potuissem de quibus / omnibus et singulis e[ciam divisis] peto te notarium publicum et requiro ut in facias unum et plura instrumentum seu instrumenta acta sunt hec in Civitate Austrie / predicta in domo habitationis prefati domini episcopi anno, indicione, pontificatus, mense, die quibus supra, presentibus honestis viris dominis frater Andrea priore Sancte Marie / de Monteconiclani ordinis Sancti Benedicti Cenetensis diocesis et Iohanne de [Tittinamg...] clerico Salzburgensis diocesis testibus ad premissa vocatisque rogatis.

S. T. Et ego Iohannes Symonis de Villaribus clericus Meldensis diocesis publicus apostolica et imperiali auctoritate notarius ac reverendissimi / patris domini Branquini Dei gratia episcopi Pergamensis scriba premissis omnibus suprascriptis una cum predictis testibus dum sic / fierent et agerentur per dictum reverendum patrem presens interfui ideo premissa omnia in hanc publicam formam / redegi et manu propria scripsi et subscripsisignum meum apponens consuetum requisitus et rogatus.

44.

1384 aprile 9, Gemona, nell'abitazione del pievano Marquardo di Randeck

Al cospetto di Marquardo di Randeck, pievano di Gemona, commissario deputato da Branchino, vescovo di Bergamo e nunzio apostolico per la provincia di Aquileia, compare prete Venuto da Martignacco, cappellano nella chiesa collegiata di Santo Stefano di Udine e procuratore dei preti Giovanni q. Pizolo di […], Petrucolo […] e Giovanni da Cologna , che impetra l'assoluzione dei tre preti dalla scomunica in cui erano incorsi per l'interdetto pontificio e le condanne del nunzio apostolico contro coloro che non avevano obbedito al patriarca di Aquileia Filippo d'Alençon; ciò in forza di una lettera di concessione di assoluzione emessa dal nunzio apostolico Branchino vescovo di Bergamo e esibita dal procuratore. Marquardo, in qualità di commissario, concede l'assoluzione nelle forme stabilite dalla lettera.

Originale membr., mm 622x389, A.C.A.U., *Pergamene capitolari*, vol. IV, n° 44.

ATTERGATI: di mano del sec. XVII "1384. Absolutio a censuris quorundam Presbiterorum ob non prestitam obedientiam Philippo de Alenconio patriarchae electo, qui Patriarcatum obtinere tentabat in comendam"

Il supporto scrittorio è cattive condizioni di conservazione, perché, oltre ad essere stato tenuto a lungo piegato con tre pliche verticali e tre pliche orizzontali, è stato danneggiato dall'acqua, con ampie lacerazioni in concomintanza degli ancoli di piegatura. L'acqua ha anche sbiadito fortemente l'inchiostro, in molti punti del tutto cancellato e rilevabile soltanto come ombra, a mala pena risaltato dai raggi della lampada. Non si è dt segnalazione di tutti i numerosi punti in cui la restituzione del testo è stata effettuta con l'ausilio della lampada. Nei punti dove è rimasto intatto, l'inchiostro si presenta di un nero quasi brillante.

La scrittura è quella corsiva notarile che si è già descritta per il notaio Pietro q. Zanone da Locha.

In[1] Christi nomine, amen. Anno eiusdem nativitatis millesimo trecentesimo ottuagesimo quarto, indictione septima, die sabbati nono mensis aprilis, actum in Glemona Aquilegensis / diocesis in stupa domus infrascripti domini Marquardi commissarii, presentibus Leonardutio condam Utussii de Utino, Iohanne de Franchen, Teoderico condam Terdorici Loffimberch / notario et Iohanne dicto Balnic de Charrhan testibus ad hec vocatis et rogatis. Ibique coram venerabili viro domino Marquardo de Randech in iure canonico licenciato plebis Sancte Marie / de Glemona plebano, a reverendo in Christo patre et domino domino Branchino Dei gratia episcopo Pergamensi in provincia Aquilegensi nuncio apostolico per sanctissimum in Christo patrem et dominum / nostrum dominum Urbanum divina providentia papam sextum deputato super infrascriptis, una cum reverendo in Christo patre et domino domino Georgio electo Cenetensi commissario in solidum / deputato constitutus discretus vir presbiter Venutus de Martignaco capellanus in ecclesia Sancti Stephani de Utino dicte Aquilegensis diocesis procurator et procuratorio nomine discretorum virorum presbiterorum / Iohannis condam Piçoli de [...]

[1] *La* I *maiuscola iniziale è allungata, potenziata e ornata.*

de Agello, Pet[racoli ..][2] et Iohannis de Cologna prout de huiusmodi procuratorio publico patet instrumento [manu mei Petri notarii / infrascripti scripto et [m... sub dictis millesimo, indictione], mense et die eidem domino Marquardo quasdam litteras prefati domini Branchini [episcopi et nuncii apostolici eius sigilli ad cordulam / serici rubei pendenti sigillatas munitas], non viciatas, non cancellatas, nec in [aliqua sui parte] suspectas, sed omni [prorsus] vicio et suspitione carentes, exhibuit et presentavit. / Quarum quidem litterarum tenor talis est: Branchinus Dei gratia episcopus Pergamensis in provincia Aquilegensi nuncius apostolicus per [dominum nostrum dominum Urbanum specialiter deputatus,] / reverendo in Christo patri domino [Georgio electo Cenentensi et honesto viro Marquardo plebano Glemonensi iuris canonici doctore et eorum cuilibet in solidum salutem in Domino] / et circa commiss[a prosperos successus. Litteras sanctissimi in Christo patris et domini nostri domini Urbani pape VI eius vera bulla plumbea more Romane curie cum corda canapis bullatas, / sanas et integras, non viciatas, non cancellatas, nec in aliqua sui parte suspectas, sed omni prorsus vitio et suspitione carentes, noveritis recepisse et habere recepisse et habere quarum de verbo ad verbum / dinoscitur esse talis: Urbanus servus servorum Dei venerabilibus fratribus Urbano patriarche Gradensi et Branchino episcopo Pergamensi apostolice sedis nunciis salutem et apostolicam / benedictionem. Romani pontificis debet ... debitum ... Dudum si quidem de persona venerabilis fratris nostri Philippi episcopi Sabiniensis ... et ... / ... capitulo Aquilegensi et clero ac populo civitatis et diocesis Aquilegensis universisque vassallis ... / ... mandatis ut eidem Philippo ut patriarche et tanquam patri ... obedientiam et reverentiam debitas et decretas prout in diversis nostris ... / plenius continetur. Cum itaque, sicut accepimus, universitas terre Utini dicte diocesis cui vassalli et subditi etiam in temporalibus existunt ecclesie predicte cum nonnullis ... / in hac parte complicibus etiam eiusdem ecclesie subditis et vassallis contra eundem venerabilem fratrem nostrum rebellionis c... incolsultis m... obedientiam et reverentiam ... / ... contra huiusmodi mandati nostri tenorem eidem Philippo damnabiliter contempnentes. Nos ...dentes pro ... precipue interest super hiis de oportuno remedio providere ... / vestre per apostolica scripta conmittimus et mandamus quatinus vos vel alter vestrum prefatos universitatem et complices ac etiam alias universitates ... predicte ecclesie / in temporalibus subiectarum ad ... dicto Philippo obedientiam, reverentiam et servitia ab eis sibi debita auctoritate nostra ... / ... universitates et complices predicti huiusmodi vestris monitionibus et ... / vos vel alter vestri ... alia iuris remedia, appellatione postposita, conpellatis et nichilominus ... / ... Contradictores quoslibet ... per censuram ecclesiasticam / appellation.. postposit... ... ad hec, si opus fuerit, auxilio brachii secularis. Nos autem vobis et cuilibet vestrum ... universitatem et complices ac / singulares personas ex eis tam ecclesiasticas quam seculares monendi et atendi eciam per edictum publicum in locis ... de quibus sit universal.. / ... quod huiusmodi ... ad ipsorum ... et ... notitiam valeant pervenire et contra ipsos super premissis ... etiam extra civitatem, / diocesim et provinciam Aquilegensem ex illis ex eisdem universitatibus et complicibus si persone ecclesiastice cuiuscumque

[2] *Di probabile restituzione, cui segue uno spazio bianco.*

status, gradus, ordinis vel conditionis extiterant, etiam si / pontificali vel abbatiali pres... dignitate omnibus beneficiis ecclesiasticis obtinent, si vero laycales persone fuerunt, omnibus feudis et bonis que a dicta Aquilegensi / tenent ecclesia, sententialiter privandi et ab eis etiam amovendi, ac ipsos ad huiusmodi beneficia, feuda et bona obtinendum inhabitan... [3], necnon illos ex eis qui ad ploniam / obedientiam dicti Philippi redire voluerint, si hoc humiliter petierint, a quibuscumque iuramentis obligationibus, coligationibus seu confederationibus contra dictum Phylippum / per eos prestitis seu (factis) necnon a quibuscumque sententiis et penis quas propterea incurrissent absolvendi in forma ... consueta ... [4] ... modo ... penit... / et aliis (que) fuerint de iure [5] ...genda etiam cum illis ex predictis personis ecclesiasticis que sit ligate non tamen in contemptum [6] ... celebrando divina vel (iimiscendo) / se illis irregularitatis macul... [7] ipsis prius a suorum ordinum ex...one suspensis ad tempus de quo vobis videb... [8] super huiusmodi irregularitate / (dispensandi) ... illos ... [9] ... fructibus, redditibus aut proventibus predictis ...pere vobis (exigent) de ... [10] ... / [11] / nostri in quibus cavetur ne aliquis extra suam civitatem et diocesim nisi in (certis) exceptis causibus et in illis ultra unam dietam a fine sue diocesis ad ... [12] / (evocetur) seu ne iudices a sede apostolica deputati aliquos ultra unam dietam a fine diocesis eorundem trahere presumant (et)[13] de duabus dietis in concilio generali / contra aliis constitutionibus apostolicis [14]...riis quibuscumque seu si universitati et complicibus antedictis vel quibusvis aliis communiter vel divisim a sede predicta sit indultum / quod interdici, suspendi vel excommunicari aut extra vel ultra loca ad iudicium evocari non possint per litteras apostolica non facientes plenam et expressam ad[15] de / verbo ad verbum de indulto huiusmodi mentionem. Datum Tybure VII kalendas augusti, pontificatus nostri anno sexto. Confidentesque de personis / vestris et cuiuslibet vestrum plenamque fiduciam obtinentes vices nostras prout litteris apostolicis supradictis mandatur, quo ad absolutionem quatuor presbiterorum inferius / descriptorum, videlicet presbiteri Iohannis de Agello, presbiteri Venuti de Martignaco, presbiteri Petri et presbiteri Iohannis de Alemanea t... omnimodas (conmittimus), / donec ad nos duxerimus revocandas. Insuper quo ad communitatem Utin(ensem) et nominatos in dicta sententia lata conmittimus predicto reverendo patri electo Cenetensi / plenarie vices nostras, donec ad nos duxerimus revocandas, iniuncta eis et cuilibet ipsorum penitentia salutari, inde super hoc conscientias vestras et cuiuslibet vestrum onerantes. / In quorum testimonium presentes litteras fieri fecimus et nostri sigilli iussimus appensione roborari.

---

[3] *Lacerazione del supporto.*
[4] *Lacerazione del supporto.*
[5] *Lacerazione del supporto.*
[6] *Lacerazione del supporto.*
[7] *Lacerazione del supporto.*
[8] *Lacerazione del supporto.*
[9] *Lacerazione del supporto.*
[10] *Lacerazione del supporto.*
[11] *Questo rigo è praticamente illeggibile anche a causa della plica che ha alterato il supporto.*
[12] *Lacerazione del supporto.*
[13] *Lacerazione del supporto.*
[14] *Lacerazione del supporto.*
[15] *Rectius* ac.

Datum Pergami in hospicio nostro episcopali, sub anno a nativitate / Domini millesimo trecentesimo octuagesimo quarto, indictione septima, die vero vigesimaprima marcii, pontificatus prefati domini nostri Urbani pape sexti anno sexto. / Quibus quidem litteris sic per dictum presbiterum Venutum procuratorio nomine dictorum presbiterorurm Iohannis, Petrucoli et Iohannis eidem domino Marquardo presentatis et per / eum cum omni debita reverentia receptis, idem presbiter Venutus procuratorio nomine predicto eidem domino Marquardo commissario antedicto coram ipso flexis / genibus existens humiliter et devote supplicavit ut ipsum procuratorio nomine predicto et dictos presbiteros Iohannem, Petrucolum et Iohannem in personam suam / ab omni excommunicationis sententia si quam incurrisent tempore aliquorum assertorum processuum dicti domini Branchini episcopi et nuncii apostolici auctoritate apostolica factorum, necnon occasione / alicuius interdicti asserti[16] in ecclesiam collegiatam Sancte Marie de Utino et in ipsam terram et alia loca et ecclesias[17] per ordinarium seu eius auctoritate positi se inmiscendo divinis non in contemptum clavium, sed / per simplicem ignorantiam absolvere ad cautelam et super irregularitate si quam contraxerint ob causam huiusmodi misericorditer cum ipsis et cum ipso procuratorio nomine / ipsorum [18] ... eius (personam) disp... (dignorem). Ipse vero dominus Marquardus commissarius antedictus supplicationibus dicti presbiteri Venuti procuratorio nomine antedicto / antedicto[19] inclinatus, volens (secundum) formam et tenorem dictarum litterarum dicti domini Brachini episcopi et nuncii apostolici procedere et prout et sicut in litteris apostolicis (mandatur) / et continetur, prefatum presbiterum Venutum procuratorio nomine predicto coram ipso flexis genibus existentem, recepto prius ab ipso in animas dictorum constituentium / de parendo mandatis (ecclesiasticis) et suis debito iuramento et dictos presbiteros Iohannem, Petruçolum et Iohannem in personam ipsius presbiteri Venuti ab omni / excommunicationis sententia si quam incurrissent vel aliquis iposum incurrisset tempore dictorum assertorum processuum et interdicti non tamen in contemptum clavium / secundum formam et tenorem dicte sue commissionis] et prout et sicut in litteris apostolicis continetur et mandatur in forma (ecclesiastice) consueta absolvit et super irre/gularitate misericorditer dispensavit cum eisdem in dicti presbiteri Venuti personam, habilitans ipsos et restituens ad divina et ad aliorum clericorum / et presbiterorum participationem sicut erant ante tempus dicti interdicti et dictorum assertorum processuum, de imponendo eis et cuilibet ipsorum de conmissis penitentiam / salutarem usque ad unum mensem a die presentis absolutionis conputandum totaliter et expresse sibi reservavit, mandans michi notario infrascripto ut / de predictis publicum deberem conficere instrumentum.

S. T. Ego Petrus condam Zanoni de Locha de Regio Utini Aquilegensis diocesis habitator publicus imperiali auctoritate notarius supradicis / supplicationi, absolutioni, dispensationi et omnibus et

[16] asserti *aggiunto in nota emarginata a sinistra e richiamato nel testo mediante specifico segno.*
[17] et in ipsam terram et alia loca et ecclesias *aggiunto in nota apposta a fine del testo e richiamatovi mediante specifico segno d'inserzione.*
[18] *Il rigo è parzialmente rovinaot da una plica del supporto.*
[19] *Evidente ripetizione dello sciba.*

singulis supradicis presens fui et ea de mandato dicti domini Marquardi commissarii / scripsi et in hanc publicam formam reddegi rogatus et requisitus in testimonium premissorum.

45.

1385 agosto 2, nel castello di Lucena

Lettera patente di papa Urbano VI al vescovo di Treviso, all'abate di Santa Maria di Sesto e al decano della chiesa collegiata di Santa Maria di Cividale con la quale li incarica di procedere contro gli usurpatori dei diritti e dei beni del capitolo di Santa Maria maggiore di Udine. Conferisce ai tre giudici esecutori pieni poteri inquisitorii e esecutorii.

Originale membr., mm 369x520 (plica mm 60), A.C.A.U., *Pergamene capitolari*, vol. IV, n° 45.
ATTERGATI: compare un disegno tracciato a penna forse della medesima cancelleria emittente, che potrebbe rappresentare una gigangtesca lettera. Ad uno dei capi compare una lettera G maiuscola puntata. Di mano del sec. XVII "Rescriptum apostolicum super detentione et occupatione bonorum capiarum ab aliquibus facta et commissio causarum in huiusmodi episcopo Tarvisino et coll(egis?)". di mano del sec. XIX "1384 2 agosto". Di mano del sec. XX, in lapis "45 IV volume"
Il supporto scrittorio è in buone condizioni di conservazione, salvo per le forti pliche di piegatura, due orizzontali e tre verticali, che lasciano alcune leggere lacerazioni, tali però da non alterare la leggibilità del testo. Regolari ad entrambi i lati I fori per tracciare le righe mediante leggerissime scalfitture del supporto. Parimenti per I due margini sinistro e destro dello specchio scrittorio. L'inchiostro è nero brillante, bene leggibile. All'angolo superiore destro compare una B maiuscola. Sulla plica si legge "D. de Pistorio m(inutavit?)", mentre sotto la plica si legge "August(o)" con a fianco incolonnati "P. de Montella Iacobus de Papia". Sopra il primo nome compaiono tre X incolonnate. Sopravvive la bulla plumbea in filo di canapa. La bolla misura mm 35 e reca sul verso "Urbanus papa VI" con attorno quattro teste di aquila e due aquile intere dispiegate. Sul recto compaiono le due teste di Pietro e di Paolo, con la legenda " Sanctus Paulus sanctus Petrus" (SPASPE).
La scrittura è una corsiva notarile secondo gli usi di riconoscibilità propri della curia romana, con forte intento calligrafico, assai regolare e con alcune callidezze cancelleresche. Da notare il forte allungamento delle aste verticali nelle consonanti del primo rigo.

Urbanus[1] episcopus servus servorum Dei venerabili fratri .. episcopo Tervisino et dilectis .. abbati monasterii Sancte Marie de Sexto ac .. decano ecclesie Sancte Marie / Civitatisaustrie Aquilegensis diocesis salutem et apostolicam benedictionem. Militantie ecclesie licet immeriti disponente Domino presidentes circa curam ecclesiarum et monasteriorum omnium solertia reddimur in/defessa soliciti ut iuxta debitum pastoralis officii eorum occurramus dispendiis et profectibus divina cooperante clementia salubriter intendamus, sane dilectorum filiorum .. decani et capituli / ecclesie Beate Marie de Utino Aquilegensis diocesis conquestione percepimus quod nonnulli archiepiscopi, episcopi aliique ecclesiarum prelati et clerici ac persone ecclesiastice tam religiose quam etiam seculares necnon du/ces, marchiones, comites, barones, nobiles, milites et layci, comunia civitatum, universitates

[1] *La* U *maiuscola iniziale è allungata, potenziata e ornata. Le iniziali di quasi tutte le parole del primo rigo sono allungate.*

opidorum, castrorum, villarum et aliorum locorum et alie singulares persone civitatum et diocesium et aliarum / partium diversarum occuparunt et occupari fecerunt castra, villas et alia loca, terras, domos, possessiones, iura et iurisdictiones necnon fructus, census, redditus et proventus dicte ecclesie et nonnul/la alia bona mobilia et immobilia, spiritualia et temporalia ad eosdem decanum et capitulum ac ecclesiam spectantia et ea detinent indebite occupata seu ea detinentibus prestant auxilium, consi/lium vel favorem, nonnulli etiam civitatum et diocesium ac partium predictarum qui nomen Domini invanum recipere non formidant eisdem decano et capitulo super predictis castris, villis et locis aliis / terris, domibus, possessionibus, iuribus et iurisdictionibus necnon fructibus, censibus, redditibus et proventibus eorumdem et quibuscumque aliis bonis mobilibus et immobilibus, spiritualibus et / temporalibus et aliis rebus ad decanum et capitulum ac ecclesiam predictos spectantibus multiplices moltestias et iniurias inferunt et iacturas. Quare dicti decanus et capitulum no/bis humiliter supplicarunt ut cum eisdem reddatur valde difficile pro singulis querelis ad apostolicam sedem habere recursum, providere eis super hoc paterna diligentia curaremus, nos igi/tur adversus occupatores, detentores, presumptores, molestatores et iniuriatores huiusmodi illo volentes eisdem decano et capitulo remedio subvenire per quod ipsorum compescatur temeritas / et aliis aditus committendi similia precludatur, discretioni vestre per apostolica scripta mandamus quatinus vos vel duo aut unus vestrum per vos vel alium seu alios etiam si sint extra loca in qui/bus deputati estis conservatores et iudices prefatis decano et capitulo efficacis defensionis presidio assistentes non permittatis eosdem super hiis et quibuscumque aliis bonis et iuri/bus ad decanum et capitulum ac ecclesiam predictos spectantibus ab eisdem vel quibuscumque aliis indebite molestari vel eis gravamina seu damna vel iniurias rerogari facturi decano et ca/pitulo predictis cum ab eis vel eorum aliquo aut procuratoribus suis fueritis requisiti de predictis et aliis personis quibuslibet super restitutione huiusmodi castrorum, villarum, terrarum / et aliorum locorum, iurisdictionum, iurium et bonorum mobilium et immobilium, reddituum et proventuum et aliorum quorumcumque bonorum necnon de quibuslibet molestiis, iniuriis atque damnis / presentibus et futuris in illis, videlicet que iudicialem requirunt indaginem summarie et de plano sine strepitu et figura iudicii, in aliis vero prout qualitas eorum exigerint iustitie complemen/tum occupatores, detentores seu presumptores, molestatores et iniuriatores huiusmodi necnon contradictores quoslibet et rebelles cuiuscumque dignitatis, status, ordinis vel conditionis extiterint / quandocumque et quotienscumque expedierint auctoritatem nostram per censuram ecclesiasticam appellatione postposita compescendo, invocato ad hoc, si opus fuerit, auxilio brachii secularis, non ob/stantibus tamen felicis recordationis Bonifacii pape VIII predecessoris nostri in quibus cavetur ne aliquis extra suam civitatem et dicoesim nisi in certis exceptis casibus et in illis ultra unam / dietam a fine sue diocesis ad iudicium evocetur seu ne iudices et conservatores a sede deputati predicta extra civitatem et dicoesim in quibus deputati fuerint contra quoscumque procedere sive alii / vel aliis vices suas committere aut aliquos ultra unam dietam a fine dioceis eorundem trahere presumant dummodo ultra duas dietas aliquis auctoritate presentium non trahatur seu quod / de aliis quam de manifestis iniuriis et violentiis et aliis que iudicialem requirunt indaginem penis in eos si

secus egerint et in id procurantes adiectis conservatores se nullatenus intromittant / quam aliis quibuscumque constitutionibus a predecessoribus Romanis pontificibus tam de iudicibus delegatis et conservatoribus quam personis ultra certum numerum ad iudicium non / vocandis aut aliis editis que nostre possent in hac iurisdictioni aut potestati eiusque libero exercitio quomodolibet obviare seu si aliquibus communiter vel divisim a predicta sit sede indultum quod / interdici suspendi vel excommunicari seu extra vel ultra certa loca ad iudicium evocari non possint per litteras apostolicas non facientes plenam et expressam ac de verbo ad verbum de indulto huiusmodi / et eorum personis, locis, ordinibus et nominibus propriis mentionem et qualibet alia dicte sedis indulgentia generali vel speciali cuiuscumque tenoris existatt per quam presentibus non / expressam vel totaliter non insertam nostre iurisdictionis in hac parte valeat quomodolibet impediri et de qua cuiusque toto tenore habenda sit in nostris litteris mentio spe/tialis, ceterorum volumus et apostolica auctoritate decernimus quod quilibet vestrum prosequi valeat articulum etiam per alium inchoatum quamvis inchoans nullo fuerit impedimento canoni/co prepeditur, quodque a data presentium fit vobis et unicuique vestrum in premissis omnibus et eorum singulis ceptis et non ceptis presentibus et futuris perpetuata potestas et iurisdi/ctio attributa ut eo vigore eaque firmitate possitis in premissis omnibus ceptis et non ceptis presentibus et futuris et pro predictis procedere ac si predicta omnia et singula / coram vobis cepta fuissent et iurisdictio vestra et cuiuslibet vestrum inpredictis omnibus et singulis per citationem vel modum alium perpetuata legitimum extitisset constitutione / predicta super conservatoribus et alia qualibet in contrarium edita non obstante, presentibus post quinquennium minime valituris, datum in castro Lucene Salernitane diocesis / IIII none augusti, pontificatus nostri anno septimo.

In plica: D. de Pistorio. *Sub plica*: August(o) XXX P. de Montella. Iacobus de Papia.

Bulla plumbea pendens.

46.

1364 settembre 29, Udine, in borgo Grazzano, nell'abitazione di Benvenuta testatrice

Testamento nuncupativo di Benvenuta q. Paolo da Percoto, cittadina di Udine, con il quale ella stabilisce a luogo di sua sepoltura la chiesa di San Francesco di Udine, nella tomba dei suoi predecessori. Lega inoltre alla medesima chiesa una marca di livello o di affitto perpetuo in luogo sicuro da stabilire a carico dei suoi eredi. Il convento dovrà far celebrare due messe, una sull'altare di Santa Lucia, la seconda dove meglio il convento riterrà. In caso di inadempienza, gli eredi ritireranno il legato e distribuiranno il reddito in favore delle ragazze da maritare. Istituisce eredi universali i suoi fratelli Odorico Puppo e Pietro.

Originale membr., mm 234x198 (189), A.C.A.U., *Pergamene capitolari*, vol. IV, n° 46.

ATTERGATI: di mano del sec. XIV "+ Legatum factum per condam dominam Benvenutam condam Pauli de Percoto unius marche de livello legate fratribus minoribus". Di mano del sec. XIX "1384. 29 settembre". Di mano del sec. XX, in lapis "46 IV volume". Da notare che l'attergatore del XIX secolo ha con tutta evidenza errato nel leggera la datazione del documento.

Il supporto scrittorio è in buone condizioni di conservazione, con tre pliche orizzontali di piegatura. Una profonda incavatura derivata dall'irregolarità della pergamena compare al margine inferiore destro. Lo specchio grafico è stato individuato mediante una riquadratura al piombo, ancora visibile. L'inchiostro è bruno chiaro, con alcuni tratti più marcati di altri.

La scrittura è una corsiva notarile irregolare, piuttosto personalizzata, caratteristica del notaio Giacomo di maestro Gello da Udine.

In[1] Christi nomine, amen. Anno nativitatis Domini millesimo trecentesimo sexagesimoquarto, indicione secunda, die / penultimo mensis septembris, presentibus honestis viris presbiteris Iohanne canonico Utinensi filio magistri Dominici / Claudi sartoris de Campiformio, Iohanne condam Iusti fornatoris beneficiato in maiori ecclesia Sancte Marie de Utino, / Lenarducio condam Missi de Percoto, Iohanne Marcho condam Venuti Martini Longi, Gregorio filio Flori de Grezano / omnibus de Utino, Nicolao sartore condam Dominici Totis de Casteglons et Odorlico filio Nicolai Marugli de / Playno omnibus Utini habitantibus testibus et aliis pluribus vocatis et ab infrascripta testatrice rogatis ac etiam magistro / Dominicho sartore filio Iohannis de Campiformio Utini habitante. Domina Benvenuta filia olim Pauli / de Percoto civis Utini, sana per gratiam Iesu Christi mente et sensu, licet corpore languens, timens dubios / mortis eventus ne eam ab intestato mori contingat, suarum rerum et bonorum omnium per presens nuncupativum / testamentum sine scriptis disposicionem in hunc modum facere procuravit. Imprimis quidem elegit et ordinavit sepulturam sui corporis in simiterio ecclesie Sancti Francissi fratrum minorum Utini in monemento[2] / suorum antecessorum et inter cetera

[1] *La* I *maiuscola iniziale è allungata e potenziata, la* n *è allungata.*
[2] *Rectius* monumento.

alia legata facta et ordinata per ipsam testatricem in suo ultimo testamento / scripto manu mei notarii infrascripti in predictis millesimo, inditione et die et coram dictis testibus tale fecit legatum / hiis verbis expressum. Item legavit dicte ecclesie et conventui eorundem fratrum et pro anima sua dari / iussit et mandavit ac ordinavit per heredes suos infrascriptos unam marcham denariorum de livello et fictu / perpetuali in bono et sufficienti loco ad hoc ut fratres dicte ecclesie et conventus perpetualiter omni die / pro anima dicte testatricis teneantur celebrare super altare duas missas, unam super altare / Sancte Lucie in dicta ecclesia, aliam ubi eis melius videbitur expedire, quod si fratres ipsius ecclesie in / hoc essent negligentes et predicta facere recusarent, tunc infrascripti heredes dictam marcham de livello / in se retinere debeant et ea distribuere alicui orfane pupille maritande iuxta eorum discre/cionem ubi eis melius videbitur expedire pro anima dicte testatricis et eius parentum. In omnibus autem / aliis suis bonis mobilibus et immobilibus, iuribus et actionibus presentibus et futuris sibi heredes instituit / universales Odorlicum Puppum et Petrum fratres suos et filios dicti Pauli cives Utini et eos / in [more][3] substituit et hanc suam ultimam voluntatem aseruit esse velle quam valere voluit / iure testamenti, quod si eo iure valere non posset, valeat saltim iure codicillorum vel quocumque alio / iure ultime voluntatis quo melius valere potest et tenere. Actum Utini in burgo Greçani, in domo / habitationis dicte testatricis et fratrum eius.

S. T. Et ego Iacobus filius olim magistri Gelli de Utino imperiali au[4] / auctoritate notarius publicus predictis omnibus interfui et rogatus scripsi.

[3] *Si propone questa restituzione su inchiostro evanido.*
[4] au *non chiaramente depennato.*

47.

1384 dicembre 4, Udine, in Bertaldia, nell'abitazione di Michilutto testatore

Testamento nuncupativo di Michelutto q. Gervasio da Buttrio, con il quale stabilisce quale luogo della sua sepoltura la chiesa di Santa Maria maggiore di Udine, alla cui fabbrica lega tre fortoni di denari aquileiesi per l'anno corrente. Inoltre lega alla confraternita di San Pietro di Bertaldia di borgo Aquileia otto denari aquileiesi da un suo livello di sedici denari acceso su alcune case e sul baiarzo pertinente, tutti situati in Bertaldia. Stabilisce inoltre che i suoi eredi facciano una distribuzione annua il giorno del suo anniversario a tutti i poveri di Udine, consistente in uno staio di pane di frumenti e una quarta di fave, traendo dal livello anzidetto. Segue una serie di legati a singole persone. Nomina usufruttuaria delle sue case la moglie Nicolussa, purché non si risposi. Nomina eredi universali suo figlio Giovanni e i suoi figli o figlie postumi nascituri dalla moglie Nicolussa, al momento gravida, in eguali porzioni. In caso di morte di tutti i figli, siano sostituiti dalla moglie Nicolussa e dal padre di lei Pellegrino q. Domenico da Castions di Strada. Nomina tutori dei figli ed esecutori testamentari la moglie Nicolussa e il di lei padre Pellegrino, nonché Giovannino q. Gardino da Pradamano, calzolaio abitante in Udine. Consuete clausole testamentarie.

Originale membr., mm 362x270, A.C.A.U., *Pergamene capitolari*, vol. IV, n° 47.
ATTERGATI: di mano incerta, forse del sec. XVII, del tutto evanida "Testamento condam Michilut …". Un'altra mano del sec. XVII "1384 4 decembris Utinum et Budrium". La solita mano del sec. XIX "1384. 4 dicembre". In lapis di mano del sec. XX "47 IV volume".
Il supporto scrittorio è buone condizioni di conservazione, salvo per alcune lievi lacerazioni lungo i margini, le più rilevabili risarcite nel recente restauro. L'inchiostro è marrone scuro, bene leggibile.
La scrittura è una corsiva notarile canonizzata, molto regolare e posata.

In[1] Christi nomine, amen. Anno a nativitate eiusdem Domini millesimo trecentessimo octuagessimo quarto, indicione septima, die quarto mensis / decembris, actum Utini in Bertaldia, in camera domorum solite habitacionis infrascripti testatoris, presentibus Dominico dicto Chuçulin et / Cumucio fratribus et filiis condam Odorici Monbilie de Lavariano Utini habitantibus, Odorico condam Nicolay de Utino, Martino Morandine / condam Petri Chusiton de Utino et Daniele eius filio, Laurencio condam Iohannis Vicincii de Pavia Utini habitante et Antonio condam / Tomadi de Lauçacho Utini habitante testibus et aliis pluribus ad hec vocatis et ab ore proprio infrascripti testatoris rogatis. / Michiluttus condam Gervasii de Budrio Utini habitans, sanus per gratiam Dei mente et sensu ac intellectu, licet corpore / languens, timens decedere ab intestato suarum rerum et bonorum omnium disposicionem per presens nuncupativum testamentum sine scriptis in hunc / modum facere procuravit. Imprimis quidem sepulturam sui corporis sibi ellegit apud ecclesiam maiorem Sancte

[1] *La* I *maiuscola iniziale è allungata e potenziata.*

Marie de Utino, / cuius fabrice legavit pro anno presenti tres fortones denariorum Aquilegensis monete pro anima sua. Item legavit fraternitati Sancti Petri Bertaldie de / Burgo Aquilegie Utini octo denarios Aquilegensis monete de livello ex sexdecim denariis Aquilegensis monete de livello, quos eidem testatori solvit / Martinus Morandine de Utino annuatim in festo sancti Michaelis super domibus solite habitacionis ipsius Martini cum curia et / bayarcio contiguis sitis Utini in Bertaldia iuxta Laçerum fornesarium de Utino ab una parte, iuxta dictum testatorem ab altera et / a parte posteriori et iuxta viam publicam a parte anteriori vel iuxta eius veriores confines, pro anima sua. Item legavit fabrice ecclesie Sancti / Michaelis de Budrio unam quartam fabarum de livello annuatim persolvendam in festo sancti Michaelis per infrascriptos eius / heredes super omnibus suis bonis rectis per Nicolussium Martinum condam Iohannis de Budrio sitis in pertinenciis Budrii iuxta eorum confines / pro anima sua. Item voluit, mandavit, disposuit et ordinavit quod per infrascriptos eius heredes distribuantur et dispentur[2] in Utino / pauperibus Christi unum star<ium> panis frumenti et una quarta fabarum annuatim die sui obitus pro anima sua super dictis bonis rectis / per dictum Nicolussium de Budrio sitis in Budrio iuxta suos confines. Item legavit Puntussio condam Stephani de Budrio / suo nepoti unum campum et medium pastanatum situm in tabella porte Aquilegie Utini in loco dicto Sterpet iuxta heredes condam / Nicolussii Peçer de Utino et iuxta vias publicas ab aliis tribus partibus vel iuxta eorum veriores confines, solvendo tamn annuatim / pro ipsis campo et medio livella solvi consueta tempore debito cui de iure debetur, iubens et mandans eum iure institucionis et / hereditatis esse tantum et contentum. Item legavit domine Nicolusse eius uxori et filie Pelegrini Utini habitantis decem marchas / denariorum Aquilegensis monete cum quibus[3] ipse eam dotavit tempore contracti matrimonii inter eos, ut patet manu Christofori notarii condam Misulini / de Utino, ut ibidem per ipsum testatorem dicebatur et confitebatur. Item voluit, mandavit, disposuit et ordinavit quod dicta domina / Nicolussa eius uxor sit domina et masaria in domibus dicti testatoris ea vivente casta et sine marito. Item legavit cuilibet / eius proximo et affini masculo vel femine nato vel nascituro qui de bonis suis aliquid petere posset solidos quinque iure institucionis et / hereditatis cui vel quibus hereditas sua infrascripta spectaret vel pertineret, particulariter vel in totum cum quibus voluit et mandavit / ipsos omnes et ipsorum quemlibet in solidum fore tacitos et contentos, tacitas et contentas, ita et taliter quod ulterius in bonis hereditatis sue / infrascripte aliquid habere et petere non possint. In omnibus autem aliis suis bonis mobilibus et immobilibus, iuribus et actionibus ac / excossis tam presentibus quam futuris sibi heredes universales instituit et esse voluit Iohannem eius filium necnon filium vel filios / postumum vel postumos nasciturum vel nascituros, filiam vel filias postumam vel postumas, nascituram vel nascituras ex dicta / domina Nicolussa eius uxore nunc pregnante equalibus portionibus inter eos dividendis eosque ad invicem equaliter substituit et ipsis / decedentibus in pupillari etate vel postea quandocumque sine legitimis heredibus ex eis descendentibus, ultimo ex eis decedenti substituit / dictam dominam Nicolussam eius uxorem et Pelegrinum eius patrem condam Dominici de

[2] *Da intendere* dispensentur.
[3] quibus *aggiunto nell'interlinea con segno d'inserzione sottostante.*

Casteglono de Strata Utini habitantem / eiusdem testatoris generem. Tutores vero dicti Iohannis sui filii et huius sui testamenti comissarios et executores constituit et / decrevit dictam dominam Nicolussam eius uxorem et dictum Pelegrinum eius generem ac Iohaninum cerdonem condam Gardini de / Predemano Utini habitantem, ibidem presentes et hoc mandatum in se sponte recipientes et quemlibet ipsorum in solidum. Item / cassavit, anulavit, irritavit et anichilavit quoddam testamentum scriptum manu mei Francisci notarii infrascripti sub millesimo / trecentessimo octuagessimo secundo, indicione quinta, die secundo mensis augusti, non obstantibus aliquibus verbis derogatoriis expressis / per ipsum Michilutum testatorem, necnon omnia et singula alia testamenta et codicillos per ipsum testatorem usque in diem presentem facta et / factos, scripta et scriptos manu quorumcumque notariorum sub quibusvis millesimis, indicionibus et diebus et hanc suam ultimam / voluntatem et suum ultimum testamentum asseruit esse velle, quam et quod valere voluerit iure testamenti et si iure testamenti / valere non posset, voluit valere iure codicillorum et si iure codicillorum valere non posset, voluit valere quocumque alio / iure quo melius et efficacius valere potest et tenere, tam de iure quam de consuetudine.

S. T. Et ego Franciscus condam Nicolussi de Utino publicus imperiali auctoritate notarius hiis omnibus / interfui et ea de mandato dicti testatoris rogatus scribere fideliter scripsi.

48.

1385 marzo 5, Udine, sotto la loggia maggiore del comune

Procura speciale prodotta da Agostino q. Leonardo Todeschino da Udine, tutore di Giacomino q. ser Federico da Fagagna, erede di Mainardo, fratello di Giacomino, in favore di prete Francesco da Faedis, abitante in Cividale, affinché recuperi tutti gli instrumenta concernenti Giacomino presso qualsiasi notaio e affinché rappresenti Giacomino in giudizio. Consuete clausole di salvaguardia del procuratore.

Originale membr., mm 298x137, A.C.A.U., *Pergamene capitolari*, vol. IV, n° 48.

ATTERGATI: di mano del sec. XIV "Procuratorium Augustini tutoris Iacomini olim Frederici de Faganea". Di mano del sec. XVII "1385", cui la solita amno del sec. XIX ha aggiunto "5 marzo". Di mano del sec. XX in lapis "48 IV volume".

Il supporto scrittorio è in buone condizioni di conservazione, salvo per il taglio e la sottrazione di metà della parte marginale inferiore, arrecato in data imprecisabile, risarcito in epoca recente. Si intravedono le tre pliche di piegatura orizzontali. L'inchiostro è marrono abbastanza scuro, bene leggibile, ma con tendenza alla desquamazione. Lo specchio grafico è stato individuato mediante leggere righe ai margini e alcune righe orizzontali per aiutare la regolarità della scrittura.

La scrittura è una notarile corsiva piuttosto regolare e posata, con ansia di calligraficià, minuziosa e composta.

In[1] Christi nomine, amen. Anno nativitatis eiusdem millesimo tricentessimo octuagessimo / quinto, indic(t)ione octava, die V marcii, actum Utini sub magna loçia comunis, presentibus / providis viris ser Henrico de Paona, Francisco notario condam ser Mathei de Valve/sono, Nicolao condam Franciscuti Baldan(i) testibus omnibus Utini habitantibus et aliis plu/ribus ad hec vocatis (habitisque) rogatis. Providus vir Augustinus condam Leonardi / Tudischini de Utino tamquam tutor et tutorio nomine Iacomini pupilli condam ser Fed/erici de Faganea Utini habitan(tis) tamquam heredis et hereditario nomine olim Meynardi / ipsius Iacomini fratris, ut aserebatur, suarum tamen rerum et bonorum periculo omnibus / modo, via, iure et forma quibus mellius et efficatius scivit et potuit tam / de iure quam de consuetudine fecit, constituit et ordinavit venerabilem virum dominum / presbiterum Franciscum de Fagedis habitantem in Civitateaustrie absentem tamquam / presentem eius verum et certum nuncium, actorem, factorem, negotiorum gest/orem et procuratorem legiptimum et quicquid melius et efficatius esse potest / specialiter ad requirendum, recuperandum et exigendum omnia et singula instrumenta / cuiuscumque maneriei existant pro ipso Iacumino pupillo facientia a quibuscumque / notariis, quibuscumque nominibus nuncupentur et cum ipsis de precio occasione eorum premii ev/eniendum, prout dicto procuratori mellius et utilius videbitur expedire et / generaliter omni lite, causa et questione, litibus, causis et questionibus quas habet vel habere / sperat seu habiturus

[1] *La* I *maiuscola iniziale è allungata, potenziata e ornata.*

est cum quibuscumque hominibus et personis quibuscumque nominibus / nuncupentur quibuscumque rationibus, occasionibus sive causis tam in agendo quam / in deffendendo coram quocumque iudice, collegio et universitate tam / ecclesiastico quam seculari dellegato vel subdelegato, dato vel dando, ad / agendum, petendum et deffendendum in iudicio vel extra, libellum seu / libellos et petitiones quascumque dandum et recipiendum, excipiendum et / opponendum, litem seu lites contestandum, de calumpnia et veritate dicendum et cuius/libet alterius generis licitum iuramentum in animam dicti constituentis prestandum, / terminos et dillationes petendum, replicandum, triplicandum, ponendum et articula/ndum, positionibus et articulis adverse partis respondendum, testes, instrumenta et literas / producendum cum protestationibus oportunis et eis utendum et alteram partem iurare / videndum, suspectos et confidentes dandum, iudices et notarios eligendum et recusan/dum, protestandum sub quacumque forma, opponendum termino et deffectum dicendum, sententiam / seu sententias tam interlocutorias qual diffinitivas audiendum et ipsas ferri petendum / et in ipsis concludendum, appellandum et appellationes prosequendum, appellos semel / et pluries petendum et recipiendum, procuratores et unum et pluries simul et / separatim loco sui substituendum ad ea que habet in mandatis cum simili potestate et / eos, si necce(sarium) fuerit, revocandum, et procuratorium onus in se de novo resumendum et generaliter / ad omnia et singula alia in premissis et circa premissa faciendum et exercendum que in / talibus de iure et consuetudine requiruntur etiam si mandatum exigant speciale / seu que causarum merita exigunt et requirunt et que ipsemet constituens facere posset / si personaliter interesset, dans et concedens dicto suo procuratori et substituendis ab / eis vel altero eorum plenam et liberam potestatem, administrationem et generale mand/atum faciendi et procurandi in omnibus et singulis supradictis eisque conexis choerentibus / et dependentibus ab eisdem et quolibet eorundem, promittensque mi(c)hi notario infrascripto ut / publice persone stipulanti et recipienti vice et nomine dicti sui procuratoris et omnium et / singulorum quorum interest vel interesse poterit in futur(um) se ratum et gratum ac / firmum perpetuo habiturum quicquid per dictum suum procuratorem aut substituendum / ab eis vel altero eorum in pre[dictis] omnibus et singulis ante dictum, factum fuerit / et procuraturm, sub ypothecha et obligatione [omnium] suorum bonorum presentium et / futurorum et volens dictus constituens dictum eius procuratorem et substituendum / ab eis vel altero ipsorum ab omni statisdationis onere relevare et ex nunc / relevans promisit fideiubendo mi(c)hi notario infrascripto stipulanti et recipienti vice et nomine / quo supra iudicio sisti et iudicatum solvi in omnibus suis clausulis neccessariis / et oportunis sub ypothecha et obligatione predictis.

S. T. Et ego Iacobus filius Iohannis de Val de Carnea Utini habitans / publicus imperiali auctoritate notarius supradictis omnibus et singulis presen fui / et rogatus scribere s[cripsi][2].

[2] *Il margine inferiore destro del supporto scrittorio è stato tagliato, parzialmente mutilando l'ultima parola.*

49.

1385 luglio 19, Udine, nella chiesa di S. Maria maggiore, in sacrestia

Exemplum autenticato, tratto dalle imbreviature del notaio Alessandro q. ser Bartolomeo da Ceneda, della convenzione tra il capitolo della chiesa collegiata di Santa Maria di Udine da una parte e il convento di Santa Lucia degli Eremitani di Sant'Agostino di borgo Gemona di Udine, rappresentato da frate Nicoletto Bono da Venezia priore e procuratore del convento, dall'altra, in base alla quale le due parti concordano che l'ordine potrà costruire e tenere un proprio convento presso la chiesa di Santa Lucia, già in cura del capitolo udinese, e potrà utilizzare la metà delle offerte erogate nella detta chiesa a beneficio del convento e dei frati residenti, ma dovrà versare al capitolo la metà delle offerte fatte nelle feste di santa Lucia e della dedicazione della chiesa, oltre che nelle rispettive ottave. Inoltre il convento dovrà versare annualmente in perpetuo mezza marca e venti denari in moneta aquileiese, in segno di ricompensa per l'anzidetta concessione della metà delle offerte. La corresponsione potrà essere effettuata anche cedendo al capitolo un'equivalente rendita livellaria. Il convento dovrà inoltre corrispondere al capitolo la quarta parte di tutti i funerali e dei legati sulla base delle disposizioni canoniche e papali, come avviene per tutti i conventi degli ordini mendicanti in Udine. Per regolarizzare il trascorso triennio del quartese, il convento si impegna a versare una marca, tre fortoni e venti denari in moneta aquileiese entro la festa di san Martino (11 novembre). Consuete clausole di garanzia del negozio.

Originale membr., mm 539x385, A.C.A.U., *Pergamene capitolari*, vol. IV, n° 49.

ATTERGATI: di mano del sec. XIV "Pacta inter venerabile capitulum Utinense ex una et religiosos dominos fratres et conventum Sancte Lucie de burgo Glemone Utinensi ex altera partibus cum ratificacione dictorum pactorum facta per dictos dominos fratres de pactis predictis". Di mano del sec. XVII "1385", cui la solita amno del sec. XIX ha aggiunto "19 luglio". Di mano del sec. XX, in lapis "49 IV volume".

Il supporto scrittorio è in buone condizioni di conservazione, con almeno due segni orizzontali di pliche di piegatura e un segno verticale. L'inchiostro è marrone chiaro, di tonalità irregolare, ora più sbiadito ora meno. Evidenti le rigature ai margini per definire lo specchio di scrittura; evidenti anche alcune righe orizzontali, non unilineari, quale ausilio per mantenere la regolarità della scrittura suil rigo.

La scrittura è una corsiva notarile assai irregolare, sia nelle dimensioni sia nell'andamento sia nelle spaziature. Lo sviluppo del testo non è affatto regolare, dal momento che la scrittura comincia assai minuta nella prima diecina di righe per poi ingrandirsi e spaziarsi, così da occupare quanto più possibile l'ampio supporto scrittorio.

In[1] nomine Domini, amen. Anno nativitatis eiusdem millesimotrecentesimooctuagesimoquinto, indicione octava, die mercurii decimanona mensis iulli, Utini Aquilegensis diocesis in sacristia / collegiate ecclesie Beate Marie de Utino, presentibus venerabilibus viris dominis presbiteris Nicolussio de Malazumpita Tercenti, Franciscotti Lavaryani et Petro magistri Machore de Utino

[1] *La* I *maiuscola iniziale è allungata, potenziata e ornata.*

canipe ecclesiarum / seu plebium plebanis ac presbiteris Iohanne dicto Bilios et Bertrando de Feraria septemanariis et Iacobo Gervasii et Benevenuto de Martignaco capellanis dicte ecclesie Utini, necnon sapiente / viro domino Andrea de Monticolis licentiato in iure civili et providis viris Francisco Fatii, Theodorico notario de Loffimberch, Dominico Mandine et Aloysio condam magistri Panthaleonis aurificis / de Utino omnibus Utini habitantibus testibus et aliis pluribus ad infrascripta specialiter vocatis[2] et rogatis. Congregato capitulo suprascripte ecclesie Utinensis ad sonum campanelle iuxta morem pro infrascriptis specialier / peragendis, in quo quidem capitulo interfuerunt venerabiles viri domini Ottobonus decanus, Marquardus de Randech, Franciscus de Pulcinico, Nicolaus de Utino, Guillelmus de Paona et Nico/laus de Grazano, coram eisdem dominis decano, canonicis et capitulo se presentavit venerabilis et religiosus vir dominus frater Nicolettus Bono de Veneciis ordinis Heremitanorum sancti Augustini / prior novi conventus dicti ordinis facti in dicta terra Utini in ecclesia Sancte Lucie burgi Glemone eiusdem terre Utini ac sindicus et procurator sui conventus, ut asseruit, dicens quod quia / inter ipsos dominos decanum, canonicos et capitulum ex parte una et prefatum fratrem Nicolettum Bono suo suorumque conventus et ordinis nomine ex parte altera erant certe differentie et discordie ratione / fundacionis, ordinacionis et errectionis dicti conventus in dicta ecclesia Sancte Lutie vel apud ipsam ecclesiam que erat de cura ipsius capituli et in qua habebant instituere presbiterum presentandum ad / ipsam ecclesiam per patronos ipsius ecclesie et debebant ex ordinacione facta in fundatione dicte ecclesie percipere et habere medietatem omnium oblacionum que in ipsa ecclesia fiebant seu porrige/bantur vel errogabantur in die festi sancte Lucie et in die anniversarii dedicationis dicte ecclesie et per octavas et nonnulla alia que continebantur in instrumento super fundatione dicte ecclesie / confecto, paratus erat conponere, convenire et concordare cum dicto capitulo in omnibus et super omnibus in quibus de iure tenebatur, salvis semper exemcionibus et immunitatibus et privilegiis sui ordinis. / Et tandem post aliquos tractatus solenniter habitos inter partes, predicti domini decanus, canonici et capitulum nomine suo et successorum suorum ex parte una et dictus frater Nicolettus Bono prior / et sindicus dicti conventus suo et successorum suorum in officio suique ordinis et dicti conventus nominibus ex parte altera, ad talia pacta talesque conventiones et conposiciones spontanee et voluntarie / ac ex certa scientia devenerunt, videlicet quod ipsi domini .. decanus, canonici et capitulum suo et successorum suorum nominibus fuerunt contenti quod ipse frater Nicolectus Bono et quilibet alius vel alii dicti ordinis / accedentibus mandato et commissione ordinis sui seu generalis magistri ordinis predicti dictum conventum, locum et monasterium, videlicet cum officinis et aliis adiacentiis possint in dicta ecclesia Sancte Lutie / et apud eam erigere, facere et edificare et illum ibi habere et tenere sine contradictione dicti capituli et successorum suorum, ipsis tamen priore et successoribus facientibus et observantibus cetera que secuntur. Item / contenti fuerunt et contentantur dicti domini decanus, canonici et capitulum quod prior qui nunc est in dicto conventu vel fuerit pro tempore per se vel alium coligat, recipiat et habeat et in usus suos et fratrum / qui pro

[2] vocatis *aggiunto nell'interlina con specifico segno d'inserzione sottostante.*

tempore fuerint in dicto conventu et in utilitatem dictorum ordinis et conventus convertat oblaciones que provenerint et errogabuntur in dicta ecclesia Sancte Lucie, sicut alii ordines mendicantium / dicte terre Utini habent in eorum ecclesiis et ali(ter) de ipsis oblacionibus sicut sibi videbitur disponat sine predictorum dominorum decani, canonicorum et capituli et successorum suorum contradictione et impedimento. / Ipse vero frater Nicolettus Bono prior et sindicus supradictus suo et successorum suorum suique ordinis et conventus predictorum nominibus per solempnem stipulationem et obligacionem omnium bonorum mobilium / et immobilium dictorum ordinis et conventus promisit dare et solvere ipsis dominis decano, canonicis et capitulo et eorum successoribus annis singulis imperpetuum in recompensam dicte mediatatis / oblacionum quas debebant habere et habere consueverant in dicta ecclesia Sancte Lucie in diebus et festis superius nominatis in dicto festo sancte Lucie vel octo diebus post mediam marcham et viginti denarios / Aquilegensis monete, ita tamen et taliter quod quandocumque dictus prior vel successor eius aut ordo designaverit et realiter et effectualiter tradiderit ipsis dominis decano, canonicis et capitulo vel eorum successoribus / aliquam annuam responsionem livellariam vel aliam medie marche et viginti denariorum supredicte monete super aliqua bona et sufficienti posessione super qua singulis annis bene et sine dificultate possit / percipi census predictus medie marche et viginti denariorum antedicte monete, tunc dictus frater Nicolettus Bono prior et sindicus prefatus et eius successores necnon ordo et conventus sint / liberi et absoluti a solucione dictorum medie marche et viginti denariorum ulterius facienda et super ipsa posessione super qua dictus census fuerit assignatus, ipsi domini decanus, canonici et / capitulum et eorum successores debeant se tenere. Item promisit etiam et per pactum expressum se obligavit idem frater Nicolettus Bono prior et sindicus supradictus nominibus quibus supra / solvere, dare et assignare ispsis dominis decano, canonicis et capitulo eorumque successoribus canonicam portionem de omnibus funeralibus et legatis de quibus de iure et vigore sententiarum in / palacio apostolico latarum contra eos solvere tenentur prior et conventus predicatorurum ac guardianus et conventus minorum ordinum dicte tere Utini. Item promisit dare et solvere eisdem / dominis .. decano, canonicis et capitulo Utini pro tribus annis proximis preteritis ratione supradictarum oblacionum quibus et pro quibus nichil solvit marcham unam fortones tres et denarios viginti usque ad festum / sancti Martini proximum venturum. Item promisit solvere, dare et assignare eisdem dominis decano, canonicis et capitulo quartam et omnibus funeralibus non solutis ac legatis et aliis eis quocumque / relictis de quibus ut supra tenentur de iure et secundum formam supradictarum sententiarum usque ad festum assumpcionis proximum venturum beate Virginis. Et predicta omnia et singula suprascripta promis/<s>erunt sibi vicissim et mutuo imperpetuum attendere et observare et non contrafacere vel venire per se vel alium seu alios de iure vel de facto directe vel indirecte quocumque colore vel fingimento / sub pena centum ducatorum auri, que totiens comittatur et comissa peti et exigi valeat cum effectu quotiens fuerit quomlibet contrafactum, presensque nichilominus instrumentum et omnia in eo contenta / plenum robur obtineant et firmitatem et pro premissis omnibus et singulis suprascriptis firmiter attendendis et plenius observandis una pars alteri et altera alteri obligavit omnia bona eorum /

mobilia et immobilia presentia et futura, capitulum videlicet bona sua et dictus prior bona sui ordinis et conventus, mandans michi Alexandro notario infrascriptis utraque pars ut de premissis / unum et plura publica conficiam instrumentum et instrumenta in fidem et testimonium ac memoriam omnium eorundem.

49bis.

1385 luglio 19, Udine, nella chiesa di S. Lucia, in sacrestia

Il capitolo del convento degli Eremitani di Sant'Agostino di Santa Lucia di Udine approva e ratifica, dopo lettura, la convenzione stipulata dal priore e procuratore frate Nicoletto Bono da Venezia con il capitolo della chiesa collegiata di Santa Maria di Udine e concernente la regolazione dei rapporti tra detta chiesa collegiata e il convento eremitano (cfr. doc. n° 49).

Anno, indicione et die quibus supra, in ecclesia Sancte Lucie ordinis Heremitanorum sancti Augustini de Utino Aquilegensis diocesis, presentibus providis et discretis viris presbiteris Petro de Utino plebano / Canipe, Francisco de Cusignacho canonico ecclesie Sancti Stephani de prope Aquilegia et Iacobo Iervasii de Utino capellano supradicte ecclesie Utini ac Francischino Zanchani aurifice de Veneciis / et Antonio aurifice de Utino ac Iacomino sartore et Odorlico Gnesa filio Iohannis Sto(rnini) de Utino et aliis pluribus ad premissa et cetera. Ibique congregato capitulo dicte ecclesie seu conventus et / monasterii Sancte Lucie de Utino ordinis Heremitanorum sancti Augustini ad sonum campane, ut moris est, in quo quidem capitulo interfuerunt venerabiles et religiosi viri domini fratres Nicoletus Bono / de Veneciis prior sindicus et procurator suprascriptus, Nicoletus de Sancto Felice, Marsilius de Tervisio, Marculinus, Leonardus et Iacobus de Utino eiusdem monasterii et conventus capitulum constituentes / et representantes prefati domini Nicolettus Bono prior ceterique fratres et conventus suprascriptum instrumentum pactorum et conventionum coram ipsis procuratore et fratribus et prenominatis testibus de verbo ad verbum / lectum et ad intelligentiam vulgarizatum per me Alexandrum notarium infrascriptum et omnia in ipso instrumento contenta unanimiter et nemine discrepante omnibus via, modo et forma quibus mellius sciverunt / et potuerunt approbaverunt et ratificaverunt, promittentes per se et eorum successores cum obligatione omnium bonorum dicti monasterii mobilium eet cetera ac refectione damnorum omnium et expensarum / litis et extra ipsum instrumentum et omnia in eo contenta perpetuo rata, grata et firma habere, tenere et observare et numquam contrafacere vel venire per se vel alium seu alios aliqua ratione vel causa / de iure vel de facto sub omnium dicti monasterii et conventus bonorum obligatione et ypotheca.

S. T. Et ego Iacobus quondam magistri Leonardi pictoris de Utino publicus imperiali auctoritate notarius ex commissione michi facta per reverendissimum in Christo / patrem et dominum dominum Antonium de Portogruario tunc patriarcham Aquilegensem prout in notis et prothocolis quondam honorabilis et prudentis viri / ser Alexandri notarii qui Utini habitabat condam ser Bertholomei de Ceneta suprascripta duo instrumenta prout in eis inveni scripsi, publicavi et in hanc / autenticam formam redegi, nil addendo vel minuendo quod facti substantiam mutet seu variet intellectum, signo et nomine meis solitis consuetis / appositis in fidem et testimonium premissorum omnium et singulorum.

50.

1386 ottobre 11, Udine, nella chiesa di S. Maria maggiore, in sacrestia

Procura data dal capitolo della chiesa collegiata di Santa Maria di Udine a Niccolò da borgo Grazzano, canonico del capitolo, a prete Giovanni da Ajello, cappellano dell'altare di Santo Stefano nella medesima chiesa e camerario capitolare, a prete Giacomo figlio di magister Gervasio pellicciaio da Udine, cappellano nella stessa chiesa collegiata, e al notaio Lorenzo di Marzuto da Cussignacco, affinché rappresentino il capitolo nella vertenza giudiziaria tra il capitolo da una parte e il notaio Nicolussio q. Candido notaio da Udine, sua moglie Niculussia e la cognata Catarussia, entrambe figlie del q. Stefano fabbro q. Bianco da borgo Grazzano, dall'altra e riguardante la corresponsione al capitolo di alcune rendite livellarie accese su un mulino situato presso Udine sulla roggia detta Turisella; nonché nella vertenza giudiziaria tra il capitolo da una parte e Niccolò q. Ianis da Siena, abitante in Udine, dall'altra e riguardante la corresponsione al capitolo di alcune rendite livellarie accese su alcune case situate in Udine. Consuete clausole di salvaguardia dei procuratori.

Originale membr., mm 495x350, A.C.A.U., *Pergamene capitolari*, vol. IV, n° 50.
ATTERGATI: di mano del sec. XIV "Sindicatus capituli Utinensis in personas domini Nicolai de Grazano canonici Utinensis ac presbiterorum Iohannis de Agello, Iacobi Gervasii et Laurentii notarii condam Marzuti de Cussignacho". Di mano del sec. XVII: "1386. Sindicatus capituli Utinensis sive procuratorium in personam domini Nicolai de burgo Grazzani canonici". Sotto l'anno la solita mano del sec. XIX ha aggiunto "11 ottobre". Di mano del sec. XX, in lapis "50 IV volume".
Il supporto scrittorio è in buone condizioni di conservazione, salvo una lieve lacerazione in corrispondenza della complectio notarile. Si scorgono ancora una plica verticale e almeno sei pliche orizzontali di piegatura. In corrispondenza si notano notevoli depositi di polvere. L'inchiostro è nero sbiadito.
La scrittura è una corsiva notarile tipica del periodo, molto regolare e canonizzata, tipica del notaio Alessandro q. Bartolomeo da Ceneda.

In[1] Christi nomine, amen. Anno nativitatis eiusdem millesimo trecentesimo octuagesimosexto, indictione nona, die undecima mensis ottobris, actum Utini Aquilegensis diocesis, in / sacristia maioris ecclesie collegiate Sancte Marie de Utino, presentibus providis et discretis viris presbiteris Iohanne de Utino officiante in ecclesia de Paderno et Nicolao de Atems beneficiato / in ecclesia de Fagedis, Iohanne condam Rodulfucii de Utino et Iohanne filio Venuti de Lovaria clericis Aquilegensis diocesis supradicte testibus et aliis pluribus ad hec vocatis specialiter et / rogatis. Convocato et congregato more et loco solitis pro infrascriptis sindicis et procuratoribus constituendis et ordinandis capitulo ecclesie maioris Sancte Marie supradicte in quo quid(em) / capitulo interfuerunt venerabiles viri domini Ottobonus de Ceneta decanus, Nicolaus senior et Gregorius de Utino, Nicolaus de burgo

[1] *La* I *maiuscola iniziale è allungata, potenziata e ornata.*

Grazani Utini, Guill[el]mus de Paona, Philipus / de Sclusa, Riçardus de Sancto Vito et Nicolaus de Portugruario omnes canonici prebenda(rii) dicte ecclesie Sancte Marie de Utino totum ipsius ecclesie capitulum facientes et representantes / predicti domini decanus, canonici et capitulum unanimiter et concorditer et eorum nemine discrepante omnibus via, modo, iure et forma quibus melius sciverunt et de iure potuerunt citra tamen / aliorum suorum procuratorum et sindicorum revocationem fecerunt, constituerunt, creaverunt et ordinaverunt suos et dicti capituli sindicos, procuratores, actores, factores et nuncios certos et legitimos / speciales et quicquid melius de iure esse vel dici possunt venerabilem virum dominum Nicolaum de burgo Grazani canonicum Utinensem supradictum et providos viros presbiteros Iohannem / de Agello dicte ecclesie Sancte Marie de Utino et capelle Sancti Stephani de eadem terra Utini capellanum et ipsorum dominorum decani, canonicorum et capituli super anniversariis ecclesie / camerarium et Iacobum natum magistri Gervasii pelliparii de Utino eiusdem ecclesie Sancte Marie capellanum presentes et hoc mandatum in se sponte suscipientes ac / Laurentium notarium Marzuti de Cussignacho Utini habitantem absentem tanquam presentem et quemlibet eorum in solidum ita quod occupantis conditio potior non exi/stat, sed quod unus eorum inceperit alius mediare prosequi valeat et finire specialiter ad causas et in causis, questionibus, litibus et controversiis quas iidem domini / decanus, canonici et capitulum habent, habituri sunt et sperant habere cum Nicolussio notario condam Candidi notarii de Utino et Nicolussia eius uxore ac Cataruss(i)a / eius cognata filiabus condam Stephani fabri condam Blanchi de burgo Grazani Utini ratione et occasione r(espo)nsionis livellarie debite per eosdem eisdem dominis decano, / canonicis e capitulo pro uno molandino sito in petinenciis Utini super roya que dicitur Turisella subtus molandinum quod dicitur Delamota; et cum Nicolao condam / Ianis de Senis Utini habitante ratione et occasione certe livellarie r(espo)nsionis per ipsum debite dictis dominis decano, canonicis et capitulo super domibus et pro domibus in quibus / de presenti habitat in terra Utini et generaliter ad omnes et singulas causas, lites, questiones, controversias et differentias quas ipsi domini decanus, canonici et capitulum habent / habituri sunt vel sperant habere tam in agendo quam in defendendo cum quibuscumque hominibus et personis, capitulis, collegiis et universitatibus cuiuscumque sexus, gradus, / status, condicionis, dignitatis et preheminentie sint vel fuerint coram reverendissimo in Christo patre et domino domino .. patriarcha Aquilegensi eiusque vicariis tam in spiritualibus / quam in temporalibus necnon capitaneis, gastaldionibus et aliis eius officialibus quibuscumque et coram quocumque alio domino et dominio ac iudice ordinario, delegato / et subdelegato, ecclesiastico et seculari, deputato et deputando, necnon coram conservatoribus, comissariis et executoribus quibuscumque datis et dandis sub quavis / forma et in quibuscumque ad agendum et defendendum in iudicio et extra, libellum seu libellos et petitiones quascumque dandum et recipiendum, excipiendum et opponendum, / replicandum et triplicandum, litem et lites contestandum, de calumpnia et veritate dicenda et cuiuslibet alterius generis licitum iuramentum in animas ipsorum constituentium / prestandum et subeundum et adverse parti si opus fuerit prestari et fieri petendum et videndum, ponendum et articulandum positionibus et articulis adverse partis respondendum, testes / instrumenta

litteras et quecumque munimenta producendum et adverse partis iurare et produci videndum et contra ipsos testes et eorum dicta ac litteras instrumenta et munimenta / ipsius partis adverse opponendum et dicendum et suspectos et confidentes dandum, iudices et notarius elligendum et recusandum et sub quacumque forma eis / videbitur prestandum, crimina et defectus opponendum, in causa et causis concludendum et concludi videndum, sententias interlocutorias et diffinitivas fieri petendum et / ipsas audiendum et ab ipsis et ipsarum qualibet et a quolibet gravamine illato vel comminato appellandum, appellosque cum omni debita instantia semel et pluries petendum / et recipiendum, appellationes et nullitates prosequendum, beneficium restitutionis in integrum et absolutionis a quibuscumque processibus et sententiis simpliciter et ad cautellam / petendum et obtinendum totiens quotiens opus fuerit vel videbitur expedire et generaliter ad omnia alia et singula in premissis et circa ea faciendum, exercendum et / procurandum que in talibus de iure vel consuetudine requiruntur et que causarum merita exigunt et requirunt et que ipsimet constituentes facere et exercere possent / etiam si personaliter interessent, etiam si talia fuerint que mandatum exigant speciale vel maiora superius et inferius expressatis. Item et ad petendum, exigendum / et recipiendum omne id et quicquid ipsis dominis decano, canonicis et capitulo ex quacumque causa speciali vel generali expressa vel subintellecta a quibuscumque hominibus et personis / quomodolibet debetur vel debebitur in futurum presenti mandato durante sive sint vel fuerint pecunie sive affictus cuiusvis generis vel speciei sive livellarie responsiones / aut census sive res alie vel bona quecumque quibusvis nominibus nuncupentur et ad quittandum, liberandum et abosolvendum omnes dantes et solventes de datis / dumtaxat et solutis se de hiis que dederint et solverint ipsis procuratoribus vel alcui ex eis faciendumque eis et eorum cuilibet finem et remissionem, quittationem, liberationem, / absolutionem et pactum de amplius in totum vel pro parte non petendo de receptis ut premittitur et solutis. Item et ad constituendum alios ipsis dominis .. decano, / caonicis et capitulo et eorum successoribus debitores et ad emptiones de quibuscumque bonis et possessionibus ac iuribus et actionibus nomine ipsorum dominorum decani, canonicorum / et capituli et pro ipsis et successoribus eorum faciendas et recipiendas et bonorum emptorum per eos vel aliquem ipsorum tenutam et corporalem possessionem pro ipsis dominis decano, / canonicis et capitulo corpore et animo nanciscendum et appre[hendendum ac tenendum][2]. Item et ad locationes et dislocationes de bonis ipsorum dominorum decani, canonicorum et capituli / ac Utinensis ecclesie faciendum et generaliter ad omnia et singula ipsorum dominorum decani, canonicorum et capituli negocia gerenda, tractanda et procuranda et ad omnia alia et / singula facienda que in premissis et circa premissa vel aliquod premissorum sibi videbuntur utilia et oportuna et que per quemlibet verum, certum et legitimum / sindicum, procuratorem, negociorum gestorem seu nuntium specialem possent quovismodo fieri vel procurari et que ipsimet constituentes facere et procurare possent si / personaliter interessent, dantes iidem domini constituentes dictis suis sindicis et procuratoribus et cuilibet eorum insolidum ac substituendis ab eis vel eorum aliquo / plenam et

[2] *Plica nel supporto; si propone questa restituzione.*

liberam potestatem et speciale mandatum cum plena et generali administratione faciendi omnia et singula que in premissis et quolibet premissorum ac / dependentibus et connexis et circa ea viderint expedire et ad unum et plures sindicos et procuratores simul et successive etiam insolidum substituendum ad omnia / que habent in mandatis quos et quorum quemlibet ex nunc ipsi domini constituentes suos sindicos et procuratores constituunt et ad eos et eorum quenlibet q(uando) ipsis sindicis et procuratoribus / principaliter constitutis vel eorum alicui videbitur revocandum et alios substituendum et in se onus sindicatus et procuratorii reassumendum, promittentes iidem domini / constituentes michi Alexandro notario infrascripto ut publice persone stipulanti et recipienti vice et nomine omnium et singulorum quorum interest et interesse poterit quomlibet in futurum / se perpetuo habere et tenere rata, grata et firma et in nullo contrafacere vel venire per se vel alium seu alios directe vel indirecte omnia et singula que per ipsos / sindicos et procuratores vel eorum aliquem aut substituendum vel substituendos fuerint in iudicio vel extra facta vel actitata, gesta vel procurata in premissis vel / aliquo premissorum, sub obligatione omnium bonorum ipsius capituli Utinensis et suorum mobilium et immobilium presentium et futurorum, et volentes dicti domini constituentes dictos / suos sindicos et procuratores et eorum quemlibet ac substituendum ab eis et eorum quolibet relevare ab omni onere satisdandi et ex nunc relevantes, promiserunt michi / Alexandro notario supra et infrascripto de iuditio sisti et iudicatum solvendo in omnibus capitulis et clausolis presentis contractus et mandati se pro ipsis et ipsorum quolibet / fideiussores constituentes in premissis et quolibet premissorum.

S. T. Et ego Alexander natus ser Bartholamei notarii de Ceneta publicus apostolica et imperiali auctoritate notarius ac curie spiritualis patriarchalis Aquilegensis scriba / suprascriptis omnibus una cum prenominatis testibus presens fui eaque per prefatos dominos constituentes rogatus et requisitus propria manu scripsi et in hanc publicam / formam redegi meumque signum consuetum et nomen apposui in robur et testimonium omnium premissorum.

51.

1386 novembre 11, Udine, nella chiesa di S. Maria maggiore, in sacrestia

Al cospetto del capitolo della chiesa collegiata di Santa Maria di Udine compaiono Niccolò detto Colono, canonico e procuratore del capitolo, il notaio Niccolò q. magister Gregorio e Ucello q. ser Carlevario da Udine, tutti rivendicanti parti dell'eredità del q. Niccolò Homo, canonico del capitolo, e sostengono che il dante causa ha stabilito nel suo ultimo testamento di fare erigere una cappella dedicata a san Giorgio attigua alla chiesa collegiata; all'uopo e per mantenere un cappellano ha legato due mansi situati in Pavia di Udine, riservando ai suoi eredi il diritto di presentazione. La condizione è che il capitolo faccia celebrare una messa quotidiana in perpetuo per le anime del testatore, dei suoi genitori e benefattori e del q. patriarca Marquardo. Tuttavia, poiché al momento non è possibile adempiere alla disposizione testamentaria, non si intende nondimeno lasciare senza suffragi il testatore e vacante il beneficio, cosicché si procede alla presentazione di un altarista, nella persona di prete Pietro di Covassio da Udine, che celebri le messe richieste nel testamento su un altare della chiesa collegiata. Il capitolo accoglie e accetta la presentazione effettuata, destinando provvisoriamente l'altare maggiore alla celebrazione delle messe di suffragio. Il cappellano presta il debito giuramento.

Originale membr., mm 369x218, A.C.A.U., *Pergamene capitolari*, vol. IV, n° 51.

ATTERGATI: di mano del sec. XIV "Presbiteri Peri Covassii". Di mano del sec. XVII "1386. In Pavia. Erectio capellaeSancti Georgii facta a reverendo domino Nicolao Homo et constituit pro dote ipsius capellae duos mansus in Pavia". Accanto all'anno la solita mano del sec. XIX ha aggiunto "11 novembre". Di mano del sec. XX, in lapis "51 IV volume".

Il supporto scrittorio è in buone condizioni di conservazione. Una patina di polvere rende grigiastro il recto del documento. Segni di gora di umidità al margine superiore. Si intravedono alcune pliche di piegatura orizzontali, ma non è possibile stabilirne il numero esatto. L'inchiostro è nero pallido.

La scrittura è una caratteristica corsiva notarile del periodo, assai canonizzata e molto regolare, tipica del notaio Alessandro q. Bartolomeo da Ceneda già descritta.

In[1] Christi nomine, amen. Anno a nativitate eiusdem millesimo trecentesimo octuagesimosexto, indictione nona, die / undecima mensis novembris, Utini Aquilegensis diocesis, in sacristia ecclesie collegiate Beate Marie, presentibus providis / et discretis viris presbiteris Iacobo filio Gervasii pelliparii et Odorico Feglo(ne) ac Iohanne filio Venuti de Lova/ria clerico dicte ecclesie collegiate Beate Marie de Utino testibus et aliis pluribus ad hec vocatis specialiter et rogatis. / Convocato et congregato capitulo dicte collegiate ecclesie Beate Marie de Utino more et loco solitis, in quo quidem / capitulo interfuerunt venerabiles viri domini Ottobonus de Ceneta decanus, Nicolaus dictus Colon,

[1] *La* I *maiuscola iniziale è allungata, potenziata e ornata.*

Gregorius et / Nicolaus de Grazano omnes tres de dicta terra Utini facientes et representantes maxime quo ad actum infrascriptum / totum ipsius ecclesie Beate Marie capitulum cum plures canonici in sacris ordinibus constituti non essent apud / ipsam ecclesiam residentes, nec in loco de quo ad tales acta de iure debuerint vel de consuetudine consueverint / evocari, constituti coram eisdem dominis .. decano, canonicis et capitulo se presentaverunt supradictus dominus Nicolaus dictus / Colonus tanquam sindicus et procurator ac sindicario et procuratorio nomine dictorum dominorum decani, canonicorum et capituli, cui etiam / predicti domini decanus, canonici et capitulum in suprascriptorum testium et mei notarii infrascripti presentia supra infrascriptis dederunt plenum et speciale / mandatum condam venerabilis viri domini Nicolai Homo olim dicte ecclesie Sancte Marie canonici heredum pro quarta parte ipsius condam / domini Nicolai mediante persona condam domini Iacobi Ture de Civitateaustrie olim eiusdem ecclesie canonici heredis ipsius condam domini / Nicolai pro ipsa quarta parte, et sapientes viri ser Nicolaus notarius condam magistri Gregorii et Ucellus condam ser Carla/varii de Utino dicti condam domini Nicolai Homo heredes pro duabus partibus, dicentes et asserentes dictum condam dominum Nicolaum / Homo aliter in suo ultimo testamento scripto manu Laurentii notarii condam Marzuti de Cussignacho in M°CCCLXXIIII^{to}, indi(c)tione / XII^{a}, die septima mensis augusti, ordinasse et mandasse fieri unam capellam ob reverentia Dei et eius matris / virginis gloriose sancte Marie sub vocabulo Sancti Georgii contiguam dicte ecclesie maiori Sancte Marie de Utino cum uno / altare in dicta capella, cui quidem capelle et eius capellano idem condam dominus Nicolaus Homo in dicto suo ultimo / testamento pro dote et nomine dotis ipsius capelle duos suos mansos sitos in villa de Pavia, quorum unus tunc / regebatur per Nicolaum Mos nunc vero regitur per Dominicum filium dicti Nicolai, alius vero regitur per Peçam de / dicta et talibus quippe modo et forma dotavit dictus condam dominus Nicolaus Homo capellam predictam quod capellanus / presentandus per suos heredes et commissarios et instituendus per ipsos dominos decanum, canonicos et capitulum teneatur omni / die celebrare pro animabus ipsius testatoris et parentum et benefactorum suorum et bone memorie reverendissimi in Christo patris et domini domini / Marquardi olim patriarche Aquilegensis, asserentes insuper eundem condam dominum Nicolaum Homo in eodem testamento eos dictorum / beneficii et capelle constituisse patronos et ius presentandi eisdem dominis .. decano, canonicis et capitulo capellanum ad dictum / beneficium et capellam eis in eodem testamento legasse et quod quamvis capella ordinatam ex certis iustis et rationabilibus causis / et maxime propter augmentationem ecclesie que presentialiter fit adhuc non potuerint fabricare, facere et construere, / nichilominus nollebant ipsum beneficium debere vacare et animas eorum pro quibus dictum beneficium fuit specialiter ordinatum / debere missarum ordinatarum per ipsum testatorem defraudari seu privari suffragio, intendebant ad dictum / beneficium presentare unum capellanum qui missas ordinatas celebret pro animabus illorum pro quibus ordinavit / idem testator super uno ex altaribus ipsius maioris ecclesie Sancte Marie de Utino super quo statuerint et ordinaverint ipsi / domini decanus, canonici et capitulum et incontinenti hiis dictis vigore iuris patronatus quod habent ibidem presentaverunt / prefatis dominis decano, canonicis et capitulo in capellanum et pro capellano

ipsius beneficii providum et honestum virum / presbiterum Petrum Covassii de Utino tanquam benemeritum sufficientem et secundum ipsius testatoris ordinationem / ydoneum supplicantes eisdem dominis decano, canonicis et capitulo ut eorum presentationem dignentur admittere et acceptare / et eundem presbiterum Petrum per eos ad dictum beneficium presentatum instituere et confirmare et sibi de fructibus, / redditibus et affictibus bonorum dotis ipsius beneficii mandare et facere renderi. Qui domini decanus, canonici et capitulum / de sufficientia, honestate et ydoneitate dicti presbiteri Petri a iamdiu citra plenius informati ipsam presentationem / acceptaverunt et admiserunt omnibus via, modo, iure et forma quibus melius potuerunt atque eundem presbiterum / Petrum eis ut premittitur ad prefatum beneficium presentatum de et in ipso beneficio et omnibus iuribus et pertinenciis / eius auctoritate quia in hac parte funguntur instituerunt et confirmaverunt. Idemque dominus decanus suo nomine / ac nomine ipsius capituli et de ipsius capituli speciali commissione ibidem sibi facta eundem presbiterum Petrum per / manicham sui superpelicii quod habebat in dorso de eodem beneficio et iuribus et pertinenciis prefatis actualiter / investivit, mandantes predicti domini decanus, canonici et capitulum per seriem presentis publici instrumenti supradictis Dominico / et Peçam massariis predictis et aliis qui pro tempore fuerint ut ipsi presbitero Petro de omnibus redditibus, affictibus, / et proventibus dictorum mansorum integre rendeant et tanquam capellano ad dictum beneficium et in dicto beneficio legitime / instituto pareant, obsequentur et intendant et q(uia) dicta capella non potuit, ut premittitur, adhuc fa/bricari et edificari, predicti domini decanus, canonici et capitulum voluerunt et ordinaverunt quod dictus presbiter Petrus s(upe)r / altare maiore ipsius ecclesie maioris Sancte Marie de Utino missas iuxta dispositionem dicti testatoris, / donec dicta capella edificata fuerit, debent celebrare, postquam vero edificata fuerit in ipsa capella. / Post que ibidem dictus presbiter Petrus iuravit in manibus ipsius domini decani honorem et statum ipsius et / totius capituli ac iura et bona ipsius beneficii conservare pro posse.

S. T. Et ego Alexander natus ser Bartholomei notarii de Ceneta publicus apostolica et imperiali auctoritate / notarius suprascriptis presentationi, institutioni et confirmationi omnibus aliis et singulis suprascriptis / cum prenominatis testibus presens fui eaque rogatus et requisitus propria manu subscripsi et in hanc publicam / formam redegi meis nomine et signo consuetis appositis in testimonium premissorum.

52.

1389 aprile 2, Udine, nel palazzo comunale, sopra la sala consiliare

Al cospetto del consiglio del comune di Udine, riunito alla presenza del capitano patriarcale Antonio de Vando da ....., compaiono Niccolò q. Candido speziale da Udine, Pietro q. Venuto Cataldino da Udine, nipote del detto Niccolò e in età pupillare, e Giovanni q. ser Odorico Casina da Udine, tutore di Pietro istituito per lodo e sentenza. Niccolò, già amministratore di Pietro per lodo e sentenza, rende ragione della sua amministrazione e chiede che il consiglio, dopo aver udita la relazione della commissione pupillare sulla sua tutela, voglia concedergli quietanza e liberatoria perpetua. I tre commissari pupillari espongono una dettagliata relazione positiva e quindi il consiglio delibera che Niccolò abbia piena e degna quietanza della sua amministrazione tutoria. Subito dopo anche Pietro, con il consenso del suo tutore, concede a Niccolò piena e generale quietanza, nonché remissione perpetua. Clausole consuete di garanzia della liberatoria.

Originale membr., mm 505x362, A.C.A.U., *Pergamene capitolari*, vol. IV, n° 52.

ATTERGATI: di mano del sec. XIV "Carta de fin e remision fata a mi Niculau in conseglo dela ministraçion deli beni mobeli e stabeli di Pieri mio nevot fil chi fo di Vignut Cataldin chio fes tanto chio fei so tudor, çoe finchie fo adetat". Di mano del sec. XIX "1389 2 aprile". Di mano del sec. XX, in lapis "52 IV volume".

Il supporto scrittorio è in discrete condizioni di conservazione, poiché presenta cinque profonde lacerazioni lungo il margine sinistro, con macchie di umidità. Le lacerazioni hanno intaccato il testo nei punti corrispondenti. Tracce di pliche di piegatura, che dovrebbero corrispondere alle lacerazioni marginali. L'inchiostro è marrone piuttosto nitido, ma sbiadito. Evidenti tracce delle rigature marginali per delineare lo specchio scrittorio. Analogamente si intravedono alcune rigature orizzontali, non unilineari, per facilitare la stesura regolare del testo.

La scrittura è una notarile corsiva propria del periodo, bene formata, regolare e canonizzata, piuttosto corrente, con un asse vericale di tratto lievemente destrorso. Già descritta nei documenti redatti da Giacomo figlio di Giovanni da Val di Carnia.

[In Christi nomine][1], amen. Anno nativitatis eiusdem millesimo tricentessimo octuagessimo nono, inditione duodecima, die secundo mensis aprilis, actum Utini super salla magne domus comunis in qua consi/[lium s]olet celebrari. Ibidem congregato et convocato consilio ipsius terre Utini in ipso loco consueto ad sonum campane more solito coram prudenti viro domino Anthonio de Vando de / [...] capitaneo terre Utini pro reverendissimo in Christo patre et domino nostro domino Iohanne Dei gratia sancte sedis Aquilegensis dignissimo pariarcha pro infrascriptis et aliis cernentibus bonum statum dicte terre / [...]pediendis, in quo quidem consilio interfuerunt prudentes, honorabiles et discreti viri

[1] *Il margine superiore sinistro del supporto scrittorio è lacerato, coinvolgendo l'inizio della scrittura dei righi 1-9. Laddove è stato possibile si è integrato il testo ricorrendo al formulario, dando indicazione mediante parentesi quadre.*

magister Iacobinus medicine physicus, ser Hector notarius militis, ser Nicolaus de Gabriel(is), ser Nicolaus / [...]oii, ser Valantinus de Valantinis, ser Leonardus S(cros), ser Henricus de Paona, ser Nicolussius de Cas(tillo), ser Petrus de Bellonis, Iohannes de Faganea, Franciscus Arcolon(nianus), Franciscus de / [...]s Monachinus, Stephanus Barthol(mei), Thomasinus notarius Nicolette, Nicolussius ser Zanni, Manfredus draperius, Meliadussius de Andriotis, Laurencius notarius Arpucii, Nicolaus / [...]meriis, Iohannes Casine, Machor de Cramis, Iohanuttus Boni, Floramundus de burgo Aquileg(i)e, Andreas Brunacii, Nicolaus Candidi, Bartholomeus pelliparius Curtoni, Nicolaus / [...], Iohanutus filius Leonardi textoris de Postcollo, Franciscus de Zunutis, Iacobus aurifex de Montegnacho, Pascolus cerdo, Floridus sartor, Dominicus Mandine, Leonardus sartor de Vilalta, / [Odori]cus seredurarius, Thomasinus Bayeti, Nicolaus pelliparius Fortune, Tintinus cerdo, Bartholomeus Maure, Nicolaus Raynoldi, Chistoforus Zignoti, Michael speciarius, Badinus / archarius, Girardus ser Guigelmi procurator comunis, Geronimus notarius et Ambrossius magistri Laçari camerarius comunis Utini, omnes consiliarii dicte terre Utini et alii quam plures ultra / duas partes consilii huiusmodi terre Utini facientes et representantes totam eiusdem terre Utini universitatem. In quorum quidem dominorum capitanei et consiliariorum suprascriptorum presentia / constituti providus vir Nicolaus condam Candidi speciarii de Utino et Petrus filius condam Venuti Cataldini de Utino nepos dicti Nicolai in pubertate constitutus ac providus vir Iohannes / condam ser Odorici Casine de Utino tanquam curator et curatorio nomine constitutus dicti Petri laudo et sententia mediantibus, qui quidem Nicolaus Candidi exponendo propossuit quod sue totalis / administrationis tutele bonorum dicti Petri, cuius Petri ipse Nicolaus fuit datus et decretus per laudum et sententiam providis et circumspectis viris ser Monachino condam ser Iohannis de Pançano, / Stephano Bartholini et Thomasino notario Nicolette iudice et subrogato loco providi viri ser Martini notarii Thomasini, nunc a terra Utini absentis, deputatis ad negotia / et officium pupillorum, adultorum et aliarum miserabilium personarum et ad alia ad que dictum se extendit officium, suam rationem integralem, puram, iustam et bene ostendit, fecit, mostra/vit et declaravit et quia predictum tutele officium propter etatem pubertatis ad quam idem Petrus grata sospitata pervenit et effectus est pubes, supplicavit beni/gne dictis domino capitaneo et consiliariis suprascriptis ut audire velint et debeant relationem dictorum ser Monachini, Stephani Bertholini et Thomasini notarii Nicolette depu/tatorum ad negocia pupillorum ut supra continetur eis de dicta administratione et gestione bonorum dicti Petri virtute dicte tutele reddita per eundem Nicolaum et eadem exposita et / audita ulterius procedere deberent, si dignum et iustum fuerit, quod idem Nicolaus Candidi finem et remissionem ac quittationem predictorum obtineat perpetualem. Qua igitur supplicatione / audita, de predictorum dominorum capitanei et consiliariorum mandato et requisitione suprascripti ser Monachinus, Stephanus Bartholini et Thomasinus notarii Nicolette eorum / sacramento corporali quo eiusdem offici debito astringuntur retul<l>erunt se dil<l>igenter perspicaciter et bene audivisse, vidisse, fecisse, calculasse et sumasse semel et pluries totam / et integram rationem administrationis et gestionis omnium et singulorum bonorum mobilium et immobilium dicti Petri filii et heredis dicti olim Venuti Cataldini ac Francisci fratris dicti / Petri a

suprascripto Nicolao Candido tutore eiusdem Petri et administratore dictorum bonorum clare, lucide et aperte ac bene redduntur et administrantur in quibus visis et dil<l>igenter / examinatis inventario eorundem bonorum, bonis stabillibus et mobilibus, pecuniarum quantitatibus exactis creditis et exigendis atque debitis quibuscumque hec autem invenerunt et / finalem conclusionem fecerunt. In primis quidem invenerunt quod Nicolaus condam Candidi speciarii suprascriptus tanquam tutor Petri filii suprascripti Venuti Cataldini de Utino ipsius / Nicolai nepotis administravit bona dicti Petri sex anni cum dimidio, videlicet a die confectionis inventarii de bonis dicti Petri hereditatisque Venuti Cataldini sui patris et Francisci dicti / Venuti filii que est die vigessimosexto mensis augusti millesimi tricentessimi octuagessimi secundi usque ad primam diem mensis marcii proximam nunc preteritam millesimi tricentessimi octuagessiminoni / instantis. Item dicto toto tempore dictus Nicolaus tutor recepit marchas denariorum quadragintaseptem et denarios quinquagintaunum et parvulos sex de affictu simplici pro domibus / et possessionibus dicti Petri. Item dicto toto tempore recepit dictus Nicolaus tutor pro mansis extrisecis et bonis dicti Petri et pro molendino sito in pertinenciis Utini super roya que labitur / p[..][2] Basaldiellam et iuxta forum Sancte Catarine de affictu et de livello conputat(is) in hiis quadragintaquinque cum dimidio stariis frumenti contentis in dicto inventario tempore ipsius / [...]s confectionis invent(is) in domo dicti olim Venuti infrascriptas bladi, vini et denariorum quantitates et primo staria frumenti tricentum et vigintisex cum dimidio. Item staria siligis centum / [...] et pisonalia quinque. Item staria avene centum et octuagintasex et pisonalia quinque. Item staria millei ducentum et sex et pisonalia unum. Item staria surgi quinquaginta et / [...] quinque cum dimidio. Item congia vini centum et triginta quinque in hoc vino conputatis et inclusis congiis vini viginti per dictum Nicolaum tutorem est invent(um) in domo dicti / [...] confectionis dicti inventarii. Item in denariis marche denariorum centum et quinque et denarii sexaginta et parvuli decem conputatis in hiis suprascriptis denariis quadragintaseptem march(..) et / [...]gintaunum et parvul(..) sex. Et nota quod dictum totum bladum est positum in denariis et apreciatum quolibet starium frumenti in ratione quinquaginta duorum denariorum. Item / [...]tarium siligis in ratione tragintaseptem denariorum. Item quodlibet starium avene in ratione vigintidenariorum. Item quodlibet starium millei in ratione viginti denariorum. Item quodlibet / [...] surgi in ratione decem denariorum. Item quodlibet congium vini in ratione quadragintaocto denariorum que omnia suprascripta assendunt ad summam et quantitatem marcharum / [...] tricentarum et vigintitrium et denariorum centum et vigintiunius et parvulorum decem. Item recepit pro milliaribus duobus et quatuor libria ferri contentis in dicto inventario / [ven]ditis Iohanni Marchisine in ratione tredecim ducatorum pro quodlibet milliarie deffalcato dacio ducatos vigintisex minus solidos viginti in ratione medie marche solidorum ducatorum. Item / recepit marchas soldorum decem et solodos centum et quinquagintaduos pro mille et quatuorcentum libris et LX ferri venditis in Marano in ratione sex librarum centenarium. Item /

[2] *Al margine sinistro compare una seconda lacerazione del supporto scrittorio che interessa le prime parole dei righi 31-40. Anche in questo caso si dà avviso delle lacune del testo mediante parentesi quadre.*

recepit ducatos[3] centum et quinquaginta in dicta ratione pro ducatos et soldos quadragintaquinque pro XIII^{m} et centenariis novem ferri venditis Veneciis deffalcatis et dacio ipsius ferri. / Item recepit marchas denariorum duas et denarios centum et traginta pro certis maspillis argenteis super deauratis ponderis octo unciarum minus medio quarterio venditis in ratione vigintisex grossorum / uncia. Item recepit marchas denariorum quatuor et denarios sexaginta pro uno varnaçono de morello rotundo subfulto [v]ulpe vendito. Item recepit marchas denariorum decem et octo cum dimidio et denarios / duodecim et parvulos qutuor pro uno zingulo arigenteo super deaurato a domina ponderis unçiarum sexagintaquinque et vendito in ratione viginti grossorum uncia. Item recepit marchas / denariorum quatuor et denarios sexagintaduos pro una tunica de virdulino et mesclo a domina vendito. Item recepit solidos octuaginta pro una clamide de virdulino a domina tarmata / vendita. Item recepit marchas duas et solidos septuaginta pro una clamide dicti olim Venuti de grusulino vendita. Item recepit marchas denariorum sex cum dimidia et denarios XXXIIII^{or} / et parvulos decem pro certa quantitate arigenti ponderis unçiarum XXIII (½) vendita in ratione viginti grossorum uncia. Quod vero ferrum e res vendit(a) assendunt ad quantitatem marcharum denariorum / centum et vigintiquatuor et denarios LII et parvulos VIII. Item recepit pro ferro per ipsum Nicolaum tutorem vendito marchas denariorum tres et denarios XXXIIII^{or} et parvulos quatuor. Summa summarum / omnium receptorum suprascriptorum per dictum Nicolaum tutorem tunc de bonis omnibus dicti Petri tunc pupilli capit march(as) denariorum quatuorcentum et quinquagintaseptem et denari(os) XLVIII / et parvul(os) VIIII. Expense facte per dictum Nicolaum tunc tutorem dicti Petri toto dicto tempore quibuscumque rationibus vel causis et conputatis iuribus domine Linissie uxoris olim Francisci filii dicti condam / Venuti Cataldini sibi solutis per dictum Nicolaum tutorio nomine quo supra et expensis factis dicto Petro qui cum dicto Nicolao stetit sex annis et quinque mensibus in ratione septem marcharum denariorum / in anno cum uno puero qui tempore sue infirmitatis serviebat dicto Petro et eum portabat que expense dicti Petri sunt marche denariorum quadragintaquatuor et denarii CXLV et denarii / per eum mutuati masariis qui certo blado eis mutuato sunt marche denariorum vigintitres et denarii XLVIII. Et conputatis certis pecuniis datis et solutis notariis pro publicationem certorum instrumentorum et pro eorum / [pa]trocinio[4] et labore inpensis per eos in procurando et advocando in pluribus causis dicti Petri quas habuit cum pluribus et diversis personis in iudicio temporali et spirituali ac coram domino capitaneo / [... pro] impositionibus et coltis capiunt ad summam et quantitatem marcharum denariorum quatuorcentum et quinquaginta et denariorum LXVIII et parvulorum XIII conputatis tribus marchis denariorum datis et / [...] Manfredo draperio de Utino, unde deffalcatis dictis expensis super dictis receptis per dictum Nicolaum Candidi tunc tutorem dicti Petri restat dare dictus Nicolaus Candidi / [...] Petro marchas denariorum sex et denarios CXXXVIIII et parvulos VIIII. Item consignavit dictus Nicolaus

[3] ducatos *aggiunto nell'interlinea con specifico segno d'inserzione sottostante.*
[4] *Al margine sinistro del supporto scrittorio compare una lacerazione che intacca le lettere iniziali dei righi 55-60. Se ne dà segnalazione mediante parentesi quadre.*

Candidi suprascripto Iohanni Casine dato curatori [5] dicto Petro restum / [...]ctuum et livellorum non solut(orum) dicto Nicolao dicto nomine dicto toto tempore quo duravit in ipsum officium tutele dicti Petri et denarios per ipsum Nicolaum mutuatos ut supra masariis dicti / [P]etri et certum bladum et omnia contenta in suprascripto inventario scripto manu Laurencii notarii de Chusignacho salvis omnibus suprascriptis venditis per dictum Nicolaum de quibus omnibus / consignatis apparet et continetur scripto manu dicti Nicolai Candidi et in inventario de bonis dicti Petri per suprascriptum Iohannem Casine de Utino curatorio nomine dicti Petri confecto et / scripto manu Mathei notarii de Samardenchia Utini habitantis. Que quidem omnia et singula suprascripti deputati ad negocia pupillorum fecerunt, calculaverunt et celebraverunt continue / in presentia dicti Petri et suprascripti Iohannis Casine sui curatoris instanter, recordanter et memoranter omnia et singula que credit utilia fore pro dicto Petro. Et igitur / audita et intellecta dicta relatione solemni ibidem sine alio intervallo clare et plenissime del<l>iberatum fuit per dictos dominos capitaneum et consiliarios suprascriptos concorditer / ipsorum nemine discrepante quod eidem Nicolao Candidi suis meritis exigentibus laudabil<l>ibus debebat et poterat fieri plenissima et generalis predictorum quietatio et omnium et singulorum que / idem Petrus petere posset dicto Nicolao Candidi occasione administrationis et gestionis tutele bonorum dicti Petri per ipsum Nicolaum gest(orum) et administrat(orum). Quibus omnibus sic peractis dictus / Petrus pubes filius suprascripti Venuti Cataldini per se suosque heredes cum voluntate, iussu, licencia, mandato et auctoritate dictorum dominorum capitanei et consilii et dicti Iohannis Casine / sui curatoris ibidem presentis, volentis et consencientis et eidem parabolam dantis ac ipse Iohannes Casine curatorio nomine quo supra et uterque ipsorum in solidum fecerunt eidem Nicolao Candidi / speciarii solemniter stipulanti et recipienti pro se suisque heredibus specialem et generalem finem, remissionem, quietationem, liberationem, absolutionem et pactum de ulterius aliquid non petendo de predictis gestione / et administratione bonorum ipsius Petri gesta et administrata sub dicto tutele officio seu alio quovis nomine officio, titulo vel modo generaliter a temporibus retrohactis usque ad diem / presentem et quolibet administrat(o). Confitentes et contentantes dictus Petrus cum voluntate et auctoritate dicti Iohannis Casine sui curatoris ac ipse Iohannes eius curator expresse et libere habuisse / et integre recepisse et sibi data et tradita ac consignata esse omnia et singula bona dicti Petri tam mobilia quam immobilia, iura et actiones et alia quecumque per eundem Nicolaum dudum eius tutorem / [...][6] contenta in inventario per eundem Nicolaum confecto de bonis dicti Petri quam alia quecumque extranea et remota que sibi a predictis deberentur ac habuisse et integre recepisse bonam et integram ac / [...]alem rationem de omnibus administrat(is) per eum vigore dicte tutele ac habuisse et integre recepisse ibidem in prompta pecunia numerata dictas sex marchas denariorum et denarios XXXVIIII et parvulos VIIII de / [...] eidem Nicolao ibidem fecerunt perpetuam finem et remissionem, renunciantes ipsi Petrus et Iohannes eius curator omni exceptioni non factarum

[5] *Qui compare* dato *espunto.*
[6] *Al margine sinistro del supporto scrittorio compare una lacerazione che intacca le prime lettere dei righi 73-76. Le lacune vengono indicate con apposite parentesi quadre.*

dictarum quietationis, finis et remissionis, content/[a]tionis et omnium et singulorum in hoc instrumento contentorum, doli, mali, conditioni sive causa et ex iniusta causa, conditioni in factum, contractu(m) non sic celebrat(um) et omni alii legum usus et iuris auxilio / tam canonico quam civili, ceterum predictum Nicolaum Candidi eiusque et bona totaliter liberaverunt, absolverunt et quietaverunt totaliter a predictis omnibus et singulis et quolibet predictorum / tam per Aquilianam stipulationem precedentem et acceptilationem subsequentem legit(imas) interposit(as) quam alio modo quocumque, volentes et contentantes quod omnia insstrumenta, scripture, probationes et omnia / et singula que contra huiusmodi cuietationem et in damnum et preiudicium dicti Nicolai facerent et apparentur sint perpetuo cassa, cancellata, irrita et vana ac nullius valoris, promittensque dictus / Petrus per se suosque heredes cum voluntate et auctoritate dicti Iohannis sui curatoris ac ipse Iohannes eius curator iurans corporaliter dictus Petrus ad sancta Dei evangelia tactis scripturis / sibi a me notario infrascripto prestito debito sacramento quod minor erat vigintiquinque annis, maior tamen XIIII, cum obligatione omnium et singulorum bonorum dicti Petri presentium et futurorum ac reffectione / dannorum omnium et expensarum litis et extra ac interesse, se obligando stipulatione solemni eidem Nicolao Candidi stipulanti et recipienti pro se suisque heredibus suprascriptas finem, remissionem, quietationem, renun/ciationem, liberationem et cassationem et generaliter omnia alia et singula in presenti instrumento contenta perpetuo habere atque tenere firma, rata et grata et numquam per se vel alios contra predicta vel aliquid / predictorum dicere, facere vel venire aliqua ratione vel causa, dolo, ingenio, ingratitudine sive causa de iure veld e facto, sub pena dupli eius de quo questio moveretur minus quinque soldos / Veronensium parvorum in singulis capitulis huius contractus stipulata et promissa, qua soluta vel non nichilominus presens instrumentum et omnia et singula in eo contenta obtineant plenum robur atque perpetuam / [fir]mitatem[7]. Ceterum ad omnem cautelam et roboris firmitatem suprascriptus dominus capitaneus huiusmodi actui legitimo suam qua fungitur auctoritatem interpossuit pariter et decretum.

S. T. Et ego Iacobus filius Iohannis de Val de Carnea Utini habitans publicus imperiali auctoritate notarius nunc cancelarius et scriba suprascripti consilii suprascriptis omnibus / et singulis dum sic agerentur et fierent presens fui et ea rogatus scribere scripsi signoque et nomine meis appositis consuetis.

[7] *Una lacerazione al margine sinistro del supporto scrittorio intaccale prime lettere del rigo; si propone questa integrazione.*

53.

1389 agosto 31, Cividale, nel palazzo patriarcale, davanti la cancelleria

Sentenza arbitrale definitoria emessa da Giovannistone q. Gabrio da Cividale nella vertenza tra Elisabetta vedova del q. Leonardo q. Niccolò Della Frattina, agente, e ser Tataro q. ser Morardo e ser Anastasio q. ser Enrico da …, anche in qualità di procuratori di ser Fantussio q. ser Squarra e ser Luvisio q. ser Giorgio Della Frattina, citati in giudizio, a causa dei diritti iure iugali di Elisabetta. Il giudice arbitrale stabilisce la quietanza piena e perpetua per tutte le pendenze fino al giorno della sentenza arbitrale. Inoltre quale soluzione di tutti i diritti iure iugali di Elisabetta definisce la metà di tutti i beni elencati nel dispositivo di sentenza; per l'altra metà istituisce Elisabetta usufruttuaria fino alla morte, dopo la quale detta metà dovrà trascorrere agli eredi del q. Leonardo Della Frattina. Elisabetta non potrà però disporre liberamente di questa metà, onde gli eredi Della Frattina dovranno compensarla con cento ducati d'oro. Elisabetta dovrà consegnare ai Della Frattina tutti gli instrumenti concernenti questa metà dei beni. Segue elenco dei beni sottoposti a divisionale.

Originale membr., mm 482x209, A.C.A.U., *Pergamene capitolari*, vol. IV, n° 53.

ATTERGATI: di mano del sec. XIV exe. "Sententia arbitraria lata inter dominam Subettam dela Fratina et dominos dela Fratina per ser Iohannem Antonium de Civitate Austria". Resta dubbio se "n° 334" sopra apposto sia di mano coeva. Di mano del sec. XVII "Dominus Augustinus episcopus Concordiensis". Di mano del sec. XIX "1389. 31 agostso". Di mano del sec. XX, in lapis "53 IV volume".

Il supporto scrittorio è in cattive condizioni di conservazione, in quanto l'umidità ha provocato macchi estese e quindi lacerazioni del supporto sia ai margini sinistro e destro sia all'interno. Difficile rintracciare le pliche di piegatura, cui dovrebbero corrispondere però le lacerazioni e le macchie (forse cinque pliche orizzontali). L'inchiostro è marrone chiaro, bene leggibile, laddove non intaccato da macchie e sbiadimenti.

La scrittura è una corsiva notarile del periodo, canonizzata e bene tracciata, regolare e uniforme, rispettosa del rigo immaginario, bene scandita tra i righi. Assai minuti essa denota una buona padronanza del gesto grafico.

In[1] Christi nomine, amen. Anno nativitatis eiusdem Domini millesimo trecentesimo octuagesimonono, indi(c)tione duodecima, die vero martis ultimo / mensis augusti, in Civitate Austrie in patriarchali palacio, ante caçelariam, presentibus reverendo in Christo patre et domino domino / Augustino Dei gratia episcopo Concordiensi, sapientibus et circumspectis viris dominis Marquardo de / Randeck decretorum doctore reverendissimi domini nostri Iohannis Dei gratia patriarche Aquilegensis dignissimi in / spiritualibus generali vicario, Santo de Peregrinis de Iustinopoli in iure canonico licenciato prefati domini patriarche in / temporalibus generali vicario, Lodovico de Biscoffis de Saçilo in iure canonico licenciato, egregio et potenti milite / domino Vincislao de Spelimbergo, nobilibus, providis et discretis viris ser Iohanne de Zucho, An[...][2] de Civitate / condam ser .. [3] de Vinisvich,

[1] *La* I *maiuscola iniziale è allungata, potenziata e ornata.*
[2] *Lacerazione del supporto scrittorio.*

Dorde de Ga(u)bert(is) habitante in Civitate, ser Egidio de burgo [...][4] / condam magistri Iohannis physici de Aquilegia, Iohanne notario Zuarii de Civitate et Artico h[abitante in ...][5], [Ançel]/lotti de Prampergo testibus et aliis pluribus in multitudine copiosa. Honorabilis et prudens [vir ser Iohannes]tonius[6] / condam Gabrii de Civitate Austrie tamquam arbiter, arbitrator, amicabilis [compositor et communis amicus][7] electus et as/sumptus per partes infrascriptas in causis, controversiis, differentiis, b[... infra...][8] partibus / infrascriptis, presen(tibus) et per eundem dominum arbitrum ut supra admonitis et [...][9] primo, secundo et tertio per[emp]torio[10] / termino ad hanc diffinitivam sententiam arbitrariam audiend(am) ipsis [quidem][11] partibus instantibus [et sententiam][12] predict[am][13] / (ferri) petentibus suam in hunc mo(du)m sententiam et arbitrium in scriptis protulit et pronunciavit inter partes [infra][14]/scriptas, cuius quidem tenor sequitur et est talis: Ego Iohanne(stonius) condam Ga[brii ...][15] / comuniter et concorditer arbiter, arbitrator, amicabilis compositor et comunis amicus a nobi[li et honesta domina][16] Subetha / relicta ux(ore) condam nobilis viri ser Leonardi olim strenui militis domini Nicolai Delafratina a[ge]nte[17] et deffen/dente ex parte una et a nobilibus viris ser Tataro condam nobilis viri ser Morardi ac a ser Anastaxio / condam nobilis viri ser Henrici de dicto loco suis propriis nominibus in quantum eorum interessent ac tamquam procurator et procuratorio nomine / nobilium ser Fantusii olim ser Square et ser Luvisii olim ser Georgii Delafratina, ut patet publico instrumento manu / Francisci notarii condam domini Lodovici Delfratina sub presenti millesimo et inditione, die XVII° mensis nuper preteriti, agentibus / et deffendentibus parte ex alia, de et super omnibus et singulis litibus, causis, differentiis, questionibus, querelis et contro/versiis vertentibus et suscitatis seu que verti, oriri et suscitari possent modo quilibet inter ipsas partes nomine et causa / dotium, disensurarum, morgangrabii et contrapactorum ac iurium ipsius domine Subethe et nomine et occasione / certorum bonorum et mansorum que et quos ipsa domina petebat et petit a dominis nobilibus Delafratina, necnon causa omnium / et singularum rerum mobilium et immobilium que una pars alteri et altera alteri ultrocitroque quovis modo et quocumque titulo / [in causa][18] petere et requirere posset, usque ad diem facti compromissi inter eas partes in personam strenui militis domini Lodovici comi/tis de Porcileis et mei Iohannistonii predicti, de quo

---

[3] *Al gemipunctus segue uno spazio bianco.*
[4] *Lacerazione nel supporto scrittorio.*
[5] *Lacerazione nel supporto scrittorio.*
[6] *Le gore di umidità hanno reso illeggibile la scrittura.*
[7] *Le gore di umidità hanno reso illeggibile la scrittura.*
[8] *Lacerazione nel supporto scrittorio; gore d'umidità rendono illeggibile la scrittura.*
[9] *Lacerazione nel supporto scrittorio.*
[10] *Scrittura illeggibile per gora d'umidità; si propone questa restituzione.*
[11] *Le gore di umidità hanno reso illeggibile la scrittura; si propone questa restituzione.*
[12] *Le gore di umidità hanno reso illeggibile la scrittura; si propone questa restituzione.*
[13] *Le gore di umidità hanno reso illeggibile la scrittura.*
[14] *Lacerazione nel supporto scrittorio; si propone questa restituzione.*
[15] *Il resto del rigo è illeggibile a causa di lacerazione e di gora d'umidità.*
[16] *Le gore di umidità hanno reso illeggibile la scrittura; si propone questa restituzione.*
[17] *Le gore di umidità hanno reso illeggibile la scrittura; si propone questa restituzione.*
[18] *La gora d'umidità ha reso illeggibile la scrittura; si propone questa restituzione.*

compromisso plene constat instrumento scripto manu Petri notarii filii / discreti Odorici notarii de Monasteto de Civitate Austrie sub presenti millesimo et inditione, die XXV mensis iulii predicti ac quadam / contentatione arbitrii inovatione et tocius potestate arbitrale per ipsas partes translatione seu transfusione in me solum factis / p(propter) alterationem et gravationem persone supradicti domini Lodovici, qui presentibus negociis interesse non poterat nec partes a(udire), / prout p(atet) instrumento scripto manu Iohannisfolcherii notarii de Spelimbergo die XXV mensis presentis augusti, visis auditis intel/lectis diligenter inspectis et examinatis iuribus et alegationibus partium predictarum et que et quas dicte partes producere et alegare / voluerunt, comunicato super hiis sapiente consilio partibus coram me hac die et hora legittime citatis, ad hanc deffini/tivam arbitrariam sententiam, laudum et arbitrium audiendum pro bono pacis et concordie inter ipsas parte iugiter duraturo, / Christi nomine invocato a quo cun[c]ta recta procedunt iudicia, laudo, arbitro, declaro, promulgo, dico, pronuncio atque mando / primo et ante omnia quod salvis hiis que inferius declarabo et pronunciabo partes ipse teneantur et debeant ultrocitroque hinc / inde plenam et perpetuam finem et remissionem, quietationem, liberationem, absolutionem et pactum de ulterius non petendo de omnibus et sin/gulis rebus que usque ad diem et horam dicti compromissi ipse partes hincinde quolibet petere et requirere possent et potuissent / eisdem partibus de omnibus predictis perpetuum silencium imponendo. Item declaro, laudo, arbitro, promulgo, dico, pronuncio, sententio et mando / quod pro dote, contrapacto, descensuris, morgimgrabio et iuribus dicte domine Subethe quo(modo)cumque spectantibus et pertinentibus / ad causa(m) ex facto, causa seu titulo, dicta domina Subetha de bonis et mansis infrascriptis habeat et habere debeat medietatem cum / usibus et fructibus libere et expedite pleno iure cum fructibus anni presenti exactis et exigendis, ita et taliter quod in vita et / morte sua possit et valeat vendere, donare, permutare et aliter alienare, testari et disponere pro sue voluntatis libito. Aliam / vero partem, videlicet medietatem et residuum totum possit et valeat sine aliquo impedimento et contraditione alicuius persone gaudere / et usufructuare integraliter quoad vixerit dumtaxat cum fructibus anni presenti exatis et exigendis et quod post mortem / ipsius domine Subethe ipsa pars, videlicet medietas, revertatur et reverti debeat ad dictos nobiles tamquam proximos heredes dicti condam / ser Leonardi olim mariti ipsius domine Delafratina. Et quod ipsam primam partem ad (dictam) domina, quo ad dominium et proprietatem / spectare ipsi domine et heredibus suis aut cui vel quibus dederit; residuum vero, videlicet partem spectantem ad dictam dominam, quo / ad usufructum (tantum) ad vitam suam pertinentem, prefati nobiles Delafratina et eorum heredes teneantur et debeant def/fendere, manutenere, auctoriçare et in solidum disbrigare, si quo tempore lis, questio vel controversia moveretur contra quamlibet universi/tatem, ecclesia, colegium vel personam sub obligatione bonorum suorum omnium mobilium et immobilium presentium et futurorum et omni / dannorum et expensarum litis et extra reffectione et quod a die requisitionis ipsius domine infra spacium duorum mensium inclusive / dicti nobiles Delafratina teneantur et debeant divisionem fecisse dictorum bonorum infrascriptorum tali modo quod utraque partes super uno / et eodem manso simul non habeant de dominio et proprietate facere et quod facta divisione sit et esse debeat in optat(ione) /

et electione dicte domine, primo et principaliter eligere porcionem suam quem voluerit, que a die presenti late sententie arbitra/rie quo ad dominium et proprietatem ac usufructum sit ipsius domine ut predictum est. Item quod dicta domina Subetha non possit / nec valeat neque debeat super mansis et bonis dictis nobilibus Delafratina cedentibus quos et que dicta domina / possit ad vitam suam usufructuare aliquod onus insolitum ponere nec etiam massariis regentibus illos et illa, sed eis suc/curere et subvenire in nec<c>essitatibus eorum in vita sua sicut propriis. Item quod pro recompensatione quadam dicti nobiles De/lafratina teneantur et solvere et dare debeant eidem domine Subethe centum ducatos boni auri et iusti ponderis, me/dietatem videlicet in proximo futuro festo sancti Michaelis et residuum in festo sancti Martini proximo inde venturo. Item quod dicta / domina Subetha consignet et det omnia et singula instrumenta et iura ad dictos nobiles Delafratina vel eorum aliquem / (hunc) vel alio quoquo tempore spectantibus ipsis nobilibus Delfratina infra spacium XX^{ti} dierum inclusive a requisitionis / tempore illorum nobilium ipsi domine legittime facte. Item quod si qua iura in scriptis vel sine scriptis essent vel exstarent pro / comodo, utilitate et valore ipsius domine Subethe et pro incomodo, danno et preiuditio dictorum nobilium Delafratina / deinceps et ab hinc in(antea) sint et esse debeant cassa et cancelata, irrita, inania et vana et nullius effica/cie vel momenti. Item quod domina Subetha predicta taneatur et debeat ad presens cedere et dare ipsis nobilibus / Delafratina omnia et singula sua iura et actione que et quas haberet vel habere posset in bonis et hereditate dicti condam ser Leonardi / olim mariti sui et condam Melchioris filii comunis dictorum iugalium quocumque nomine, occasione, modo et causa. Hanc autem sententiam / et arbitrium et omnia et singula suprascripta precipio, volo, iubeo, sententio et declaro a dictis partibus inviolabiliter observari sub / pena in dicto compromisso contenta et adiecta persolvenda et debenda secundum ipsius compromissi continentiam et tenorem si / a dictis partibus vel earum aliqua in predictis fuerit contrafactum, salvo et reservato mi(c)hi iure, arbitrio et potestate, / scrupola et ambiguitates si qua vel si que in prefata mea arbitraria sententia fuerint declarandi, interpretandi / et de novo sententiandi et arbitrandi super predictis ubicumque et quandocumque fuerit opportunum et iterum semel et plu[ries pro][19]/nunciandi. Mansus autem et bona in supra dicta mea sententia et arbitrio sunt h(ii), videlicet primo unum bonum positum / in Bivirono rectum per Georgium et Iohannem Ticiani de Bivirono. Item unum bonum situm in Laurenzaya rectum per / Georgium de Laurençaya. Item unum bonum situm in Fossamb(ui)a rectum per Iacobum de Fossamb(ui)a. Item unum bonum situm / in Prabidoglo rectum per Chucium de dicto loco. Item unum aliud bonum situm in Prabidoglo rectum per Franciscum de Be/leta. Item unum bonum situm in Villablasaya rectum per Nicolaum de dicta villa. Item unum bonum situm in Villablesa(ya) / rectum per Laurum de dicta villa. Item unum bonum situm in Chions rectum per Chobellum de Chions. Item unum / aliud bonum situm in Chions rectum per Chobellum de Chions. Item unum bonum situm in Azano rectum per / Dominicam de Azano. Item unum aliud bonum situm in Azano rectum per eandem Dominicam de Azano. Item unum / bonum

[19] *Inchiostro evanido; si propone questa restituzione.*

situm in Chotono rectum per Henricum et Iohannem Laurencii de eodem loco. Quam quidem sententiam arbitra/riam sic ut supra latam antedicti ser Tatarus et Anastaxius nominibus quibus supra omologaverunt et in omnibus / ac per omnia ratifficaverunt.

S. T. Et ego Iohannes Everardi de Burgo Sancti Petri Civitatis Austrie imperiali auctoritate notarius publicus iudexque / ordinarius predictis omnibus et singulis interfui et rogatus scripsi et publicavi, meis signo et nomine / apposui consuetis.

54.

1391 dicembre 17, Udine, nell'abitazione di Pietro pievano di Caneva

Lettera patente con la quale prete Pellegrino, pievano di San Pantaleone di Venezia e collettore di proventi e debiti della camera apostolica nella provincia di Aquileia, e il capitolo della chiesa collegiata di Santa Maria di Udine notificano di avere nominato Giorgio canonico di Udine esattore delle offerte per il giubileo straordinario concesso dalla Sede apostolica alla chiesa di Santa Maria di Udine.

Originale membr., mm 282x242, A.C.A.U., *Pergamene capitolari*, vol. IV, n° 54.

ATTERGATI: di mano del sec. XVII "1391. Electio facta per capitulum quod dominus Gregorius vicedecanus Utinensis sit collector oblationum fiendarum in iubilaeo concesso a papa Bonifatio octavo", cui la solita amno del sec. XIX ha aggiunto "17 dicembre" e un'altra mano ha corretto "octavo" in "nono". Un'altra mano del sec. XVII o XVIII segna "80 Iubileo". Una mano del sec. XX in lapis "54 IV volume".

Il supporto scrittorio è discrete condizioni di conservazione, poiché l'inchiostro si è desquamato, rendendo difficile la restituzione integrale del testo. L'uso della lampada a raggi ultravioletti quindi è sistematico; nel punti di maggiore difficoltà di lettura si è introdotta la parentesi quadra, a indicare una restituzione proposta. Tre pliche orizzontali di piegatura si scorgono, oltre a diverse macchie forse d'umidità. L'inchisotro, laddove conservatosi intatto, appare nero non molto brillante.

La scrittura è un'usuale notarile dell'epoca, assai canonizzata, con intenti calligrafici, quindi bene spaziata, regolare nelle dimensioni e negli spazi.

In[1] Christi nomine, amen. Noverint universi presens hoc publicum instrumentum inspecturi quod venerabilis et circumspectus / vir dominus Pelegrinus plebanus Sancti Panthaleonis de Veneciis Castellane diocesis fructuum et proventuum / camere apostolice in diocesi Aquilegensi et aliis nonnullis iuribus debitorum collector ac venerabiles et cir/cumspecti viri domini Gregorius [vicedecanus], Iohannes, Nicolaus, Guillelmus, Philippus, [Riçardus] / omnes canonici ecclesie Sancte Marie de Utino Aquilegensis diocesis facientes, constituentes et [congregantes capitulum] / ipsius ecclesie cum nullus alius esset in dicta ecclesia et [loco] qui posset ad presentem capitulum evocari, / omni modo, via, iure et forma quibus melius potuerunt et possunt vigore et occasione qua[rumdam] / litterarum apostolicarum emanatarum super iubileo concesso [dicte ecclesie Sancte Marie de Utino [per ...] / patrem et dominum dominum Bonifacium divina [providentia papam VIIII ...endo in festo ...] / Iesu Christi pro[xime venture] usque ad festum seu [diem resurectionis eiusdem proximum facturum ...]/raverunt circumspectum et honorandum virum dominum [Gregorium supradictum presentem et ...] / [verum] et specialem [taxatorem], compositorem, ordinatorem et [remissorem illarum expensarum que persone ...] / ad [huiusmodi] iubileum consequendum fecissent si [Romam ivissent anno et tempore iubilei ibi concesso ...] / [eundo], stando et ad propria reddeundo, servata tamen forma et

[1] *La* I *maiuscola iniziale è allungata, potenziata e ornata.*

[intentione ipsarum litterarum apostolicarum] [2] / necnon eciam [deputav]erunt prudentem et honorandum virum dominum [Rizardum supradictum presentem et acceptantem] / verum et specialem exactorem ac eciam [altaristam et receptorem expensarum supradictarum ur premittitur taxandarum] / per dictum dominum Gregorium et solvendarum per personas supradictas huiusmodi iubileum [Utini consecuturas ac] / eciam illarum oblationum quas persone huiusmodi ecclesiis et basilicis urbis [donature ibi fuissent si ad] / ipsam urbem pro dicto iubileo de [Urbe ivissent]. Ita tamen quod dictus dominus [Rizardus] teneatur et debeat / dominis capitulo et collectori predictis [seu succollectori supradicto de omnibus et singulis expensis et oblationibus] / predictis ad eius manus fidelem et debitam consignare et reddere rationem.

Insuper quoque prefatus dominus collector per hoc presens instrumentum prenominatis dominis vicedecano, canonicis et / capitulo Utinensi presentialiter volentibus et acceptantibus [ad elligendum et deputandum confessores et ...] / altaristas necessarie et oportune pro executione huiusmodi iubilei forma dictarum litterarum apostolicarum [tamen servata] / vices suas comisit, donec eas ad se duxerit [revocandas]. Actum Utini in parochia dicte ecclesie Sancte / Marie, in domo habitationis domini presbiteri Petri plebani [Canippe Utini], anno a nativitate domini nostri Iesu Christi / millesimotrecentesimononagesimoprimo, indi(c)tione quartadecima, die dominico decimoseptimo mensis decembris, pontificatus / sanctissimi in Christo patris et domini domini pape [supradicti] anno tercio, presentibus venerabilibus viris dominis Petro de [Pirano dicti] / domini collectoris succollectore et Bartholameo de [Salvaneta] canonicis Civitatensibus, presbitero Petro / plebano Canippe supradicto, presbitero Iacobo plebano Lavariani Utini et Petrobono notario condam domini Veritatis / de Verona testibus et aliis ad premissa vocatis specialiter et rogatis.

S. T. Ego Iohannes Matheus Pauli clericus [Tervisinus] publicus imperiali auctoritate [notarius ac] / scriba domini collectoris supradicti predictis presens interfui eaque de ipsius [domini collectoris mandatis] / et dictorum dominorum vicedecani, canonicorum et capituli [rogatu] scripsi et publicavi [signum meum] / consuetum apponens in testimonium et fidem omnium premissorum.

[2] *Sembra seguire uno spazio bianco.*

55.

1392 marzo 29, Aquileia, nell'abitazione di Antonio decano del Capitolo

Lettera notificatoria di Antonio de Ronchonis decano del capitolo della chiesa collegiata di Santa Maria di Udine e commissario del patriarca aquileiese Giovanni di Moravia, con la quale pubblica la permuta del canonicato della chiesa collegiata di Santa Maria di Udine, detenuto da Odorico q. Niccolò da Gemona, canonico di Udine, con la prebenda plebanale di Porpetto, detenuta da prete Niccolò detto Culono q. Marco da Udine, pievano di Porpetto, in forza di un decreto del patriarca Giovanni, che lo ha incaricato di eseguire la permuta. Nomina prete Giacomo, pievano di Lavariano, giudice esecutore della collazione plebanale di Porpetto in favore di Odorico q. Niccolò da Gemona e della collazione capitolare in favore di Niccolò detto Culono.

Originale membr., mm 316 (322)x355, A.C.A.U., *Pergamene capitolari*, vol. IV, n° 55.
ATTERGATI: di mano del sec. XIV "Iura canonicatus Utinensis pro domino Nicolao canonico Utinensi". Di mano del sec. XVII "1391". Di mano del sec. XIX "1392. 29 marzo". Di mano del sec. XX, in lapis "55 IV volume".
Il supporto scrittorio è in buone condizioni di conservazione, salvo per alcune macchie e lacerazioni in corrispondenza della plica del sigillo. Si rileva che la lettera era sigillata dalla presenza della plica (mm 44), che però è stata aperta e stirata nel recente restauro, e dai quattro fori dai quali pendeva il sigillo, deperdito. Evidenti i segni che hanno definito lo specchio grafico ai margini sinistro e destro e ai alto. L'inchiostro è marrone pallido, bene leggibile. Rintracciabili la plica di piegatura orizzontale e le tre pliche di piegatura verticali.
La scrittura è una corsiva notarile, ma caratteristica: assai grossa nel tratto, benché assai regolare e calligrafica, con istanze librarie; presenta l'asse di esecuzione lievemente inlinato verso destra, pur rispettando rigorosamente il rigo immaginario e scandendo con grande efficacia estetica lettere e parole.

In[1] Christi nomine, amen. Anno nativitatis eiusdem Domini millesimo trecentesimo nonagesimosecundo, indictione quintadecima, die vero veneris vigesimanona marcii. Nos Antonius de Ronchonis decanus / collegiate ecclesie Sancte Marie de Utino[2] Aquilegensis diocesis executor et commissarius per reverendissimum in Christo patrem et dominum dominum Iohannem Dei gratia sancte ecclesie Aquilegensis patriarcham ad infrascri/pta specialiter deputatus notum facimus universis et singulis presentes litteras inspecturis quod in nostri presentia constituti dilecti nobis presbiter Nicolaus condam Marci de Utino plebanus Porpeti / ex una parte et Odoricus condam Nicolai de Glemona canonicus Utinensis ex altera nobisque presentata littera supradicti domini nostri patriarche eius vero sigillo sigillata, non viciata, non cancella/ta nec in aliqua sua parte suspecta, sed omni prorsus vicio et suspicioni carente, cuius tenor sequitur et est talis: Iohannes Dei gratia sancte sedis Aquilegensis patriarcha honorabili Antonio de Ronchonis de/cano colegiate ecclesie Sancte Marie de Utino nostre diocesis salutem in Domino. Pro parte dillecti in Christo filii Odorici canonici dicte

[1] *La* I *maiuscola iniziale è allungata, potenziata e ornata.*
[2] de Utino *aggiunto nell'interlinea.*

ecclesie Sancte Marie de Utino nobis noviter extitit humilius suppli/catum ut cum ex nonnullis iustis et rationabilibus causis eum ad hoc moventibus canonicatum suum huiusmodi cum plebe Porbeti quam dillectus nobis in Chisto presbiter Culonus ipsius plebis plebanus obtinere / dignoscitur permutare cupiat et intendat, permutationem beneficiorum huiusmodi in quantum ad nos spectabat acceptare et admittere benignius dignaremur. Nos propter multiplicia et ardua diversa nobis nostreque / ecclesie presentialiter incumbentia circa negocium huiusmodi permutationis intendere nequentes et de tua conscientia expertaque curcumspectione precipua gerentes fiduciam[3], tibi harum tenore comittimus / quatenus recepto a dictis permutantibus corporali et debitto sacramento quod in permutatione fienda huiusmodi de beneficiis antedictis non interveniat aliqua simoniaca pravitas sive dolus permuta/tionem huiusmodi necnon resignationes inde fiendas de beneficiis supradictis auctoritate nostra ordinaria in quantum ad nos spectat admittas et acceptes supradictumque canonicatum et prebendam ecclesie Sancte Marie de Utino / eidem presbitero Culono ex causa permutationis huiusmodi cum iuribus et pertinenciis eorum omnibus auctoritate nostra predicta conferas ipsumque presbiterum Culonum vel procuratorem suum eius nomine per te vel alium seu alios in tenutam / et corporalem possessionem canonicatus et prebende huiusmodi assig(natos) sibi stallo in coro et loco in capitulo iuris canonici cum plenitudine et dictam plebem supradicto Odorico auctoritate nostra predicta similiter conferrat(tam) curamque / animarum ibidem sibi cum administratione bonorum spiritualium e temporalium plenarie comittendo faciendoque per te vel alium, ut premittitur, nomintaum Odoricum vel procuratorem suum eius nomine eadam[4] nostra auctoritate in / tenutam et corporale possessionem prefate plebis iuribus et pertinenciis suis omnibus poni et induci dictisque Culono et Odorico de fructibus, redittibus, proventibus et obventionibus universis dictorum beneficiorum / amoto exinde detentore quolibet illicito plene et efficaciter renderi, harum sub nostri appensionibus sigilli testimonio litterarum, datum in patriarchali palatio nostre Civitatis Austrie, die XII marcii, anno / Domini millesimo trecentessimo nonagessimosecundo, indictione quintadecima. Nobis instanter[5] et humiliter supplicarunt[6] ut cum plebem et canonicatum predictos ex certis iustis et rationabilibus causis eos ad hoc moventibus et inducentibus / in simul permutare eosque ex causa permutationis huiusmodi resignare cupiant et intendant, resignationem et permutationem huiusmodi auctoritate ordinaria nobis in hac parte comissa, ut prefferetur, generose acceptare et / benigne admittere dignaremur iuxta comissionem super hoc, ut premittitur, nobis factam. Nos vero littera ipsa comissionis recepta cum omni qua decuit reverentia et perlecta, volentes in ea contenta et nobis / comissa, prout tenemur debit<t>e executioni mandare, recepto prius a dictis partibus corporali et debit<t>o sacramento quod in permutatione huiusmodi non intervenit nec intervenierat aliqua simonica pravitas sive dolus, re/signationes ipsas nobis et [7] in nostris manibus ibidem sponte et libere factas ex causa dicte

[3] *Si legge* fiduticiam, *onde si ritiene un lapsus dello scriba.*
[4] *Da intendersi* eadem. *Il testo sembra presentare diverse incertezze nell'uso del latino formulare.*
[5] *Questa è la lettura corretta dell'avverbio: nel testo ai ha* istaciter.
[6] *Da intendersi* supplicaverunt.
[7] et *tachigrafico depennato.*

permutationis et non aliter nec alio modo per prefatos presbiterum Nicolaum condam Marci de supradicta eius plebe ac per supradictum / Odoricum de supradictis eius canonicatu et prebenda collegiate ecclesie Sancte Marie de Utino cum omnibus ipsorum plebis et canonicatus et prebende iuribus et pertinenciis acceptand(is) duximus et plenarie admit/tendum sicque supradictos canonicatum et prebendam ecclesie Utin(ensis) supradicto presbitero Nicolao et supradictam plebem Porpeti supradicto Odorico per resignationes vacantes huiusmodi cum omnibus iuribus et pertinenciis ad / eosdem canonicatum et prebendam ac plebem quovismodo spectantibus et pertinentibus auctoritate ordinaria nobis in hac parte concessa contulimus et presentium tenore conferimus ac providemus de eisdem ipsos et / eorum utrumque per fimbriam nostre clamidis de eis presentialiter investiendo curamque animarum ac gubernationem et administrationem bonorum omnium spiritualium et temporalium ad eosdem canonicatum et prebendam ac plebem / quomlibet pertinentium ipsis et utrique ipsorum ex causa permutationis predicte plenarie comittentes et ut predicta permutatio et omnia suprascripta debitum sortiantur effectum venerabili viro domino presbitero / Iacobo plebano Lavaryani harum tenore auctoritate nobis in hac parte concessa comittimus et mandamus quatenus supradictum presbiterum Nicolaum vel eius procuratorem pro eo in tenutam et corporalem possessionem supra/dictorum canonicatus et prebende ecclesie Sancte Marie de Utini per resignationem supradicti Odorici ac supradictum Odoricum vel eius procuratorem pro eo in tenutam et corporalem possessionem supradicte / plebis Porpeti per resignationem supradicti presbiteri Nicolai in meis manibus factas vacantes, ut prefertur, cum omnibus iuribus et pertinentiis ad ipsos canonicatum et prebendam ac plebem spectan/tibus et pertinentibus auctoritate ordinaria supradicta vel in hac parte concessa ponat et inducat ac deffendat inductum mandetque et faciat auctoritate eadem eidem presbitero Nicolao vel eius procuratori / de dictorum canonicatus et prebende Utinensium et dicto Odorico de ipsius plebis Porpeti fructibus, proventibus, iuribus et obventionibus universis integre renderi, contradictores quoslibet et rebelles auctoritate / prefata per censuram ecclesiasticam et alia iuris remedio conpescendo. In quorum testimonium presentes litteras per Thomam de Palmata notarium infrascriptum scribi mandavimus et nostri sigilli iussimus / appensione muniri. Acta sunt hec Aquilegie, in stupa domus supradicti domini Antonii executoris et comissarii, anno, indictione, mense, die quibus supra, presentibus ibidem venerabili viro presbitero Iacobo plebano Lavaryani supradicto ac providis et discretis viris presbitero Iohanne nato magistri Bartholomei de Utino, Symone dicto Gnoch de Utino mansionariis Aquilegensis ecclesie / et Francisco condam Dominici de Rucolio testibus et aliis pluribus ad hec vocatis et rogatis.

S. T. Et ego Thomas de Palmata Utini habitans filius Chutte de Palmata publicus imperiali auctoritate notarius suprascriptis resignationi, collationi, provisioni, investiture, comissioni et mandato omnibusque aliis / et singulis suprascriptis dum ut premittitur agerentur et fierent una cum premissis et aliis testibus presens fui eaque sic fieri vidi et audivi scripsi et publicavi signumque meum consuetum appossui in / testimonium omnium premissorum.

56.

1392 giugno 6, Udine, in Santa Maria maggiore, nella sacrestia

Exemplum autenticato, redatto dal notaio Pietro di Giovanni de Varis da Udine dalle note del q. notaio Ambrogio di Alberto da Cucagna, della concordia e patto tra il capitolo della chiesa collegiata di Santa Maria di Udine e la confraternita e ospedale di Santa Maria della Misericordia o dei Battuti di Udine riguardante il diritto di elezione e conferma del cappellano per l'altare o oratorio situato nell'ospedale. Le due parti si accordano affinché la confraternita costruisca a proprie spese entro un anno una cappella intitolata a Santa Maria della Misericordia presso la chiesa collegiata, verso mezzogiorno; detta cappella dovrà essere dotata di redditi della confraternita, cioè annualmente di 14 staia di frumento, 14 congi di vino e 4 marche di denari. La confraternita manterrà il diritto di giuspatronato e il cappellano non potrà trattenere le offerte, che resteranno di spettanza della confraternita e dell'ospedale. Le celebrazioni stabilite settimanalmente non potranno essere impedite dal capitolo della collegiata in alcuna maniera. Il capitolo si riserva il diritto di conferma del cappellano. Inoltre il capitolo s'impegna a ottenere entro due mesi la conferma del patto da parte del patriarca. Consuete clausole di garanzia del patto.

Originale membr., mm 518x185, A.C.A.U., *Pergamene capitolari*, vol. IV, n° 56.
ATTERGATI: di mano del sec. XVII "Pacta Capituli cum Hospitale". Di altr mano, forse coeva ""1392, in chiesa major", cui la solita mano del sec. XIX ha aggiunto "6 giugno". Di mano del sec. XX, in lapis "56 IV volume".
Il supporto scrittorio è in buone condizioni di conservazione, ma con evidenti tracce di polvere e con un generalizzato sbiadimento dell'inchiostro. Piuttosto chiare le rigature ai margini superiore, sinistro e destro per definire lo specchio grafico. L'inchiostro è bruno chiaro, assai pallido, in alcuni punti al limite dello sbiadimento, tanto da rendere poco agevole la lettura.
La scrittura è una tipica corsiva notarile del XV secolo, assai filiforme e allungata, con irregolarità di caratura e di distanza tra i righi, tra le parole e le singole lettere. Molto corrente, non è priva di velleità calligrafiche.

In[1] Christi nomine, amen. Anno a nativitate eiusdem Domini millesimo trecentesimo / nonagesimo secundo, indi(c)tione quintadecima, die sexto iunii, actum Utini in sacristia maioris collegi/atae[2] ecclesiae Sanctae Mariae de Utino, presentibus sapienti viro domino Andrea de Monticulis [in] / iure civili licenciato Utini habitante, honesto viro domino presbitero Panthaleone condam Victoris [de Civi]/tati Austrie nunc offitiante in Gonario et discretis viris [Vidore berchandario condam Dardi] / de Venetiis Utini habitante et [Petro sarctore condam Paschulutti sarctoris de Utino et] / Ioanne Marci de Legio de Carnea Utini habitante testibus et aliis pluribus a hec / vocatis specialiter et rogatis. Cum iamdiu inter venerabiles viros dominos .. decanum / et .. canonicos ac capitulum collegiate ecclesiae

[1] *La* I *maiuscola iniziale è allungata, potenziata e ornata.*
[2] *Lo scriba adotta in questo documento la* e *cedigliata ogniqualvolta debba scrivere un dittongo* ae. *Non si segnalerà oltre questa particolarità, se non rendendo il dittongo nella trascrizione.*

Sancte Marie maioris de Utino ex una / parte et camerarium seu camerarios et fraternitatem batutorum hospitalis Sancte / Mariae dela misericordia de Utino ex parte altera super ellectione, presentatione, confir/matione et institutione unius presbiteri missas caellebrare debentis super quodam / oratorio sive altari sito in dicto hospitali [orta fuerit contentio,] differentia [et] / altercatio, nunc vero pro bono pacis et concordiae inter dictas partes ac etiam ut graves / et innanes sumptus evitent, prefati venerabiles viri domini presbiter Gregorius de Utino / canonicus Utinensis vicedecanus pro domino Antonio de Ronchonis de Utino venerabili / decano dictae maioris ecclesiae Sanctae Mariae de Utino, presbiter Nicolaus condam Gregorii, presbiter / Petrus filius Thomasii, presbiter Ioannes condam magistri Dominici, presbiter Nicolaus condam Marci omnes / de Utino, Age(r)inus theutonicus subdiachonus, Guiglielmus a Pavona de Utino, / Rizardus de Sancto Vito et Nicolaus de Portugruario in minoribus ordinibus constituti / omnes canonici in eadem maiori ecclesia Sancte Mariae de Utino, constituentes ultra / duas partes canonicorum in patria existentium, capitulariter ut eorum moris est in unum / collecti et congregati totum capitulum dictae ecclesiae vel maiorem partem ipsius capituli / facientes cum plures non essent in ipsa ecclesia pro nunc (...) qui possent comode / infrascript(i)s personaliter interesse ex parte una et discretus Franciscus de Sol(ar) condam Ioa/nnis de Martignacho habit(ans) Utini tanquam camerarius fraternitatis batutorum prefati hos/pitalis nomine et vice dicte fraternitatis parte ex altera, habens ad omnia et / singula plenum et suffitiens a dicta fraternitate mandatum ut constat publico instrumento / scripto manu mei Ambrosii notarii infrascripti sub instantibus millesimo et indi(c)tione, die / vero XXIII maii, de pleno consensu et voluntate utriusque patrium predictarum ad infrscriptas / contentationes, conventiones, compositiones, pacta et promissiones unanimiter et concorditer / devenerunt, videlicet quod prefatus Franciscus camerarius nomine et vice dictae fraternitatis / promisit predictis dominis vicedecano, canonicis et capitulo sumptibus et expensis predictae fraterni/tatis fundare et edificare hinc ad unum annum proximum futurum unam capellam sub vocabulo seu nomine beate / Marie dela misericordia batutorum de Utino apud maiorem ecclesiam predictam Sancte Mariae de Utino / versus meridie apud capellam Sanctae .. cum uno altari situando in ea ipsumque / altare convenienter illuminare et cum bonis reditibus ad dictam fraternitatem spectantibus / dotare prout ibidem dotavit, videlicet cum quatuordecim stariis frumenti, quatuordecim / congiis vini et quatuor marchis denariorum dandis annuatim et solvendis de camera / seu canipa ipsius fraternitatis per camerarios eiusdem fraternitatis qui pro tempore fuerint, / sacerdoti deputan(do) ad cellebrandum in dicta capella et super altari seu[3] oratorio predicto et / infrascripto hospitalis antedicti, de cuius altaris seu oratorii ipsius hospitalis oblationibus ipse sacer/dos nullatenus se impedire debeat neque possit, sed perpetuo ipsis fraternitati et hospitali permaneant et / permanere debeant ipse quecunque oblationes fiende super ipso altari seu oratorio sic in que ultra / ius patronatus que ex predictis in eisdem capella et altari predictae fraternitati acquireretur de iure / presbiter quil<l>ibet qui pro tempore fuerit ad cellebrandum in dicta capella per dictam fraternitatem tanquam patronam /

[3] *Questa è la restituzione proposta su scrittura assai incerta, segno dell'approssimazione grafica dellos criba.*

ellectus et per prefatum capitulum confirmatus teneat et debeat ad omnem requisitionem predictae frater/nitatis saltem tribus vicibus qual<l>ibet septimana cellebrare missam super oratorio sive altari supradicto / situato vel situando in hospitali predicto sine aliqua contradictione predictorum dominorum decani seu / vicedecani, canonicorum et capituli supradicti eorumque successorum. Qui domini vicedecanus, canonici et capitulum per se eorumque / successores auctoritatem cellebrandi et potestatem ipsi presbitero .. presentando per fraternitatem predictam et / per ipsum capitulum confirmando super dicto altari sive oratorio situato vel situando in dicto hospitali / tribuerunt et concesserunt promiseruntque per se suosque successores eidem Francisco camerario nomine / dicte fraternitatis et eius successorum stipulanti et recipienti nunquam de cetero de aliquibus bonis sive redi/tibus deputatis vel deputandis altari vel oratorio situato vel situando in predicto hospitali vel pertinentibus / ipsi hospitali aut fraternitati predicte se intromittere vel impedire directe vel indirecte, publice / vel occulte. Insuper promiserunt eidem Francisco dicto nomine facere et curare cum effectu quod reverendissimus dominus / .. patriarcha Aquilegensis [diocesanus][4] infra duos menses omnia et singula supradicta ratificabit et / laudabit approbabit promitentes(que) dicte partes dictis nominibus per se suosque successores solemnibus stipulationibus / intervenientibus hincinde cum obligatione omnium bonorum prefati capituli et dicte fraternitatis mobilium et immobilium / presentium et futurorum et reffectione omnium damnorum et expensarum litis et extra ac interesse sibi [invicem], videlicet una / pars alteri et altera ipsi stipulantibus et recipientibus pro se eorumque successoribus predictas contentationes, conventiones, / conpositiones, pacta et promissiones et omnia et singula in hoc instrumento contenta firma et rata habere, tenere / et plenius observare et adimplere et non contrafacere vel venire per se vel alium seu alios aliqua ratione / vel causa de iure vel de facto, sub paena centum librarum denariorum parvorum in singulis capitulis huius contractus sollem/niter stipulata et promissa totiens convertenda et exigenda cum effectu quotiens contrafactum fuerit. Qua / soluta vel non et cetera et cum consilio sapientis.

S. T. Et ego Petrus condam egregii viri ser Iohannis notarii de Varis de (Utino) publicus / imperiali auctoritate notarius prout inveni in notis prothocollis et abreviaturis olim / egregii viri ser Ambrosii condam ser Alberti de Chucanea alius mihi commissis / per olim magnificum et clarissimum dominum Franciscum Venerium pro illustrissimo ducali dominio nostro / Venetiarum patrie Foriiulii tunc locumtenentem nihil addendo vel minuendo / quod sensum mutet vel variet intellectum suprascriptum instrumentum aliis impe/ditus per alium mihi fidum publicari feci et facta diligenti colatione cum ori/ginali nota in omnibus concordare inveni, ideo me manu propria subscripsi / appositis signo et nomine meis consuetis in fidem et testimonium omnium premissorum / rogatus et requisitus.

[4] *La lettura resta incerta.*

57.

1393 luglio 26, Udine, in borgo superiore, nell'abitazione del q. ser Zanni

Dichiarazione rilasciata da Odorico Bianche di borgo superiore di Udine al notaio Leonardo q. Giacomo da Udine, rogatario, su richiesta di Margherita vedova di Daniele di Villalta, abitante in Udine, nella quale Odorico dichiara di essere a conoscenza che Margherita è donna di masnada e che l'acquisto di una casa, effettuato da Odorico per conto di Margherita, è stato fatto con i soldi di Margherita per poi donare la casa allo stesso Odorico. La dichiarazione è stata rilasciata per non coinvolgere il dominus di Margherita nella compravendita del bene.

Originale membr., mm 331x182, A.C.A.U., *Pergamene capitolari*, vol. IV, n° 57.

ATTERGATI: di mano del sec. XIV "Confessio facta per Odoricum Blanche da quadam domo domine M[argar]ete". Di mano del sec. XIX "1393 26 luglio". Di mano del sec. XX, in lapis "57 IV volume".

Il supporto scrittorio è in buone condizioni di conservazione, salvo una lieve patina di polvere nel quarto inferiore e uno sbiadimento dell'inchiostro nel quarto superiore. L'inchisotro è nero chiaro, bene leggibile.

La scrittura è una corsiva notarile dell'epoca, piuttosto corrente, non sempre regolare e bene distribuita, anche se molto canonizzata, segno di una buona padronanza professionale.

In[1] Christi nomine, amen. Anno a nativitate eiusdem Domini millesimo III[c2] nonagesimotercio / indicione prima, die vigessimosexto mensis iullii, actum Utini Aquilegensis diocesis, in burgo / superiori, in androna .. heredum condam ser Çanni de dicto burgo in domo solite habitacionis / subscripte domine Margarete, presentibus magistro Iohanne barberio Utini habitante condam magistri Dominici / barberii de Zorseto, Christoforo condam Iacobi Virghilii de Civitate Austria Utini habitante, / Iohanne sartore quondam Marchasotti de Utino, Daniele filio Odoricii testoris, Gabriele / pellipario quondam Nicolay de Archano, Francisco textore condam Iohannis textoris / de Nemoncio et Dominico Mandine quondam Simonis Carnelli de Utino predictis omnibus / Utini habitantibus et Thiono condam Michilutti de Toryano et Berthullo eius filio testibus / et alliis pluribus ad hec vocatis. Honesta domina Margareta relicta condam Danielis / de Villalta Utini habitans facto quondam suo testamento scripto manu mey Leonardi / notarii subscripti sub predictis millesimo, indicione et die, misit pro quodam Odorico Blanche / Utini habitanti in dicto burgo et in dicta androna occasione emptionis cuiusdam domus facte, / ut dicebatur ibidem, per ipsam dominam Margaretam, nunc vero coram dictis testibus / et me Leonardo notario subscripto dictus Odoricus venit ante presentiam dicte domine Margarete / et ipsa domina Margareta relicta condam Danielis predicti de Villalta habuit dicere dicto / Odorico Blanche quod ipse scire debebat quod ipsa domina Margareta non erat in sua / libertate, ymo erat de masnata et femina aliena et emerat quamdam domum / muratam cuppis

[1] *La* I *maiuscola iniziale è allungata, potenziata e ornata.*
[2] *Aggiunto nell'interlinea con specifico segno d'inserzione sottostante.*

copertam cum omnibus suis iuribus et pertinenciis sitam in burgo / superiori in androna predicta, cuius hii sunt confines: ab una parte iuxta Iacobum de / Villafreda, a parte posteriori iuxta .. heredes condam ser Çanni et iuxta viam publicam / vel si qui forent veriores confines et propter timorem ipsius domine Margarete quo dominus de quo / ipsa erat femina de masnata non acciperet sibi ipsam domum, noluit quod dicta emptio / facta fuisset in personam dicti Odorici et dicta domina Margareta solvit ipsam domum / persone que sibi vendidit cum suis propriis denariis et peccuniis et ipsa domina Margareta / fecit emptionem dicte domus et solvit cum suis propriis denariis et ibidem dictus Odoricus / fuit interogatus de predictis omnibus et singulis per ipsam dominam Margaretam coram / dictis testibus et me Leonardo notario subscripto quapropter dictus Odoricus Blanche / respondendo dixit quod verum erat quod ipsa domina Margareta non erat sui iuris, / ymo erat femina aliena et emerat ipsam domum cum suis propriis denariis et / solvit precium emptionis dicte domus cum suis propriis denariis, sed donavit ipsam domum / dicto Odorico et mandavit ipsi Odorico faceret de ipsa domo vendita quicquid / sibi placeret. Qua quidem confessione sic facta, me Leonardum notarium subscriptum rogavit / suprascripta domina Margareta ut sibi publicum conficerem instrumentum et ecciam Iohannes / eius nepos condam Stephani de Sophimbergo me rogavit ut sibi publicum conficerem instrumentum.

S. T. Et ego Leonardus condam Iacobi de Utino publicus imperiali auctoritate notarius / predictis omnibus interfui et rogatus scripsi.

58.

1393 luglio 26, Udine, nell'abitazione di Margherita vedova di Daniele di Villalta

Testamento nuncupativo di Margherita vedova di Daniele di Villalta, abitante in Udine, con il quale ella stabilisce la propria sepoltura presso la chiesa di San Pietro martire di Udine, alla quale lega un letto coperto di panno bianco. Lega inoltre alla chiesa di San Michele di Soffumbergo per l'anno corrente una tovaglia ricamata e un cero del peso di una libbra. Segue una serie di legati personali. Nomina suo erede universale il nipote Giovanni q. Stefano da Soffumbergo, abitante in Cividale. Ottiene da Domenico Mandina la confessione del debito di cinque marche, onerando però il nipote ed erede a non richiederne la restituzione per i prossimi sette anni.

Originale membr., mm 387x188, A.C.A.U., *Pergamene capitolari*, vol. IV, n° 58.
ATTERGATI: di mano del sec. XIV "Testamentum domine Margarete relicte condam Danielis de VIllalta". Di mano del sec. XIX "1393 26 luglio". Di mano del sec. XX, in lapis "58 IV volume".
Il supporto scrittorio è in buone condizioni di conservazione, , salvo qualche macchia di polvere che si è intignita nel supporto. Evidente la rigature che delinea i margini sinistro e destro. L'inchiostro è nero-brunastro, con fluttuazioni d'intensità, ma sempre bene leggibile.
La scrittura è una tipica corsiva notarile dell'epoca, assai canonizzata. Lo scriba è il medesimo del doc. n° 57.

In[1] Christi nomine, amen. Anno a nativitate eiusdem Domini millesimo trecentessimo nonagesimo / tercio, indicione prima, die vigessimosexto mensis iullii, actum Utini Aquilegensis diocesis, in burgo / superiori, in androna .. heredum condam ser Çanni de dicto burgo, in domo solite habitationis / subscripte domine testatricis, presentibus magistro Iohanne barberio Utini habitante condam magistri Dominici / barberii de Zerseto, Christoforo condam Iacobi Virgilii de Civitate Austria Utini habitante, / Iohanne sartore condam Marchisotti[2] de Utino, Daniele filio Odorici testoris, Gabriele pellip<p>ario quondam / Nicolai de Archano, Francisco textore condam Iohanne de Nemoncio textoris et Dominico / Mandine condam Simonis Carnelli de Utino predictis omnibus Utini habitantibus et Thiono condam / Michilutti de Toryano et Bertholo eius filio testibus ad hec vocatis et ab ore / proprio infrascripte testatricis rogatis et alliis pluribus. Honesta domina Margareta / relicta condam Danielis de Villalta Utini habitans, sana per graciam Iesu Christi mente / et sensu, licet corpore languens, timens dubios mortis eventus ne eam in/testatam mori contingat, suarum rerum et bonorum omnium disposicionem per presens nuncupativum / testamentum sine scriptis in hunc modum facere procuravit. Imprimis quidem sepulturam / sui corporis sibi elegit et esse voluit apud ecclesiam Sancti Petri marteris / ordinis fratrum predicatorum, cuius quidem ecclesie conventuy legavit unum / lectum comp<p>ertum de panno blancho. Item legavit ecclesie Sancti Michaelis de Sophum/bergo pro anno presenti unam

[1] *La* I *maiuscola iniziale è allungata, potenziata e ornata.*
[2] Marchisotti *aggiunto nell'interlinea con specifico segno d'inserzione sottostante.*

tevaglam assutam pulcrissimam et unum zereum / unius libre ad levandum corpus Christi. Item legavit Subotte uxori Chumussii / de Martignacho unam tunicam de baratino. Item legavit Margarete que / providet ipsam Margaretam testatricem unam thunicam blavi coloris et / unam guarnaciam de blavo. Item legavit Benevenute dicte Polcet quondam / Nicolay Muçe de Villalta suam peliciam albam quasi novam. Item legavit Menie / uxori Leonardi fabri de Villalta suam pelliciam quam modo portabat. Item legavit / cuilibet eius proximo et affini masculo vel femine nato et nascituro qui de bonis / suis aliquid petere posset soldos quinque iure instituionis et hereditatis cui vel quibus / hereditas sua infrascripta spectaret vel pertineret, particulariter vel in totum, cum quibus voluit / et mandavit ipsos omnes et ipsorum quemlibet in solidum fore tacitos et contentos, / tacitas et contentas, ita et taliter quod ulterius in bonis seu hereditatis infrascripte aliquid / habere et petere non possint. In omnibus autem alliis suis bonis mobilibus et immobilibus, / iuribus et accionibus ac excossis quibuscumque presentibus et futuris sibi heredem universalem / instituit et esse voluit Iohannem eius nepotem et filium condam Stephani de / Sophumbergo habitantem in Civitate Austria. Item dixit ipsa testatrix quod volebat a / Dominico Mandine suprascripto condam suprascripti Simonis Carnelli de Utino quinque marchas / denariorum Aquilegensis monete in presencia ipsius Dominici, qui Dominicus Mandine contentus et confessus fuit / coram suprascriptis domina Margareta testatrice et testibus ac me Leonardo notario / subscripto se teneri suprascripte domine Margarete testatrici in dictis quinque marchis denariorum / antedicte monete, quaquidem confessione sic facta, dicta domina testatrix rogavit ipsum Iohannem / eius nepotem et heredem ut non debet[3] molestare ipsum Dominicum debitorem usque ad septem / annos proximos futuros et completos et si dictus Dominicus non posset dare dicto Iohanni suo heredi / in principio anni nisi tres fortonos denariorum, quod dictus Iohannes suus heres teneatur et debeat / accipere et quod dictus Iohannes non debet ipsum Dominicum molestare usque ad duos menses ibi / post annum. Et hanc quidem suam ultimam voluntatem et suum ultimum testamentum / asseruit esse velle, quod et quam valere voluit[4] et mandavit iure testamenti et si iure / testamenti valere non posset, valeat[5] saltim iure codicillorum vel alio quocumque modo, / via, iure et forma quibus mellius et efficacius valere et tenere potest tam de iure quam / de consuetudine.

S. T. Et ego Leonardus condam Iacobi de Utino suprascripte Aquilegensis diocesis / publicus imperiali auctoritate notarius predictis omnibus interfui et rogatus ea / scribere scripsi scripsi [6].

[3] debet *con errato segno d'abbreviatura per* debent.
[4] voluit *scritto con l'aggiunta dell'abbreviazione del plurale.*
[5] *Scritto* valeyat.
[6] *Seguono altre due abbreviazioni di* scripsi.

59.

1392 novembre 13, Roma, presso San Pietro

Lettera di privilegio di papa Bonifacio IX con la quale concede alla chiesa collegiata di Santa Maria di Udine, dotata delle reliquie di una spina della corona di Cristo, del corpo del beato Bertrando e di molti altri santi, la facoltà di nominare venti sacerdoti penitenzieri, dotati delle medesime facoltà dei penitenzieri minori della Sede apostolica, affinché possano provvedere ad erogare ai pellegrini presso la medesima chiesa collegiata le medesime indulgenze ordinariamente erogate ai pellegrini che si recano a Roma per l'anno santo indetto da papa Urbano VI per l'anno 1390. L'indulgenza può essere applicata anche per coloro che visitano le chiesa di San Pietro di Bertaldia, di San Giovanni in piazza e di San Cristoforo. Il privilegio durerà dal Natale 1392 fino alla Pasqua 1393. Concede inoltre che il capitolo e il collettore papale designino un altare privilegiato nella chiesa collegiata per coloro che intenderanno sostituire il pellegrinaggio a Roma con un'offerta. Metà delle offerte andranno per la fabbricazione di paramenti e libri liturgici per la chiesa collegiata, l'altra metà sarà destinata alle fabbriche delle chiese e delle basiliche romane.

Originale membr., mm 461x569 (plica mm 55), A.C.A.U., *Pergamene capitolari*, vol. IV, n° 59.

ATTERGATI: di mano del sec. XVII "1391. Bulla Bonifacii papae VIIII concedit iubileum visitantibus in diocaesi Aquileiensi ecclesiam Utinensem tamquam celebram in tota diocesi. B. Bertrandus". Di mano del sec. XIX "1393 13 novembre". Di mano del sec. XX, in lapis "59 IV volume".

Il supporto scrittorio è in buone condizioni di conservazione, salvo che la plica della bolla è stata aperta e spiegata. Residuano i fori della bolla pendente, deperdita. Sulla plica compiono deu note della cancelleria romana "Gratis de mandato domini nostri pape" e "N. de Portugruario". Per il dispoegamento della plica ora le due note sono attergati. Evidenti le pliche della piegatura: tra orizzontali, sette verticali. Il punto dei fori della bolla presenta una ampia lacerazione, risacrita nel recente restauro. Da notare che il supporto scrittorio presenta alcune piccole lacerazioni e macchie, specie in concomitanza con gli angoli di piegatura. L'inchiostro è marrone piuttosto pallido, ma bene leggibile. Assai evidenti le rigature per la marginatura e per i righi di scrittura.

La scrittura è una caratteristica ntoarile di cancelleria, corsiva, ma con istanze di calligraficità e di riconoscibilità: numerosi i cappi sulle lineole di allungamento delle aste ascendenti e discendenti; tracce di occhielli a banderuola.

REGESTI E EDIZIONI: BIANCHI, *Indice*, n° 5659.

BONIFACIUS[1] EPISCOPUS SERVUS SERVORUM DEI AD FUTURAM REI MEMORIAM. / Sedes apostolica benigna mater et saluti animarum Chistifidelium sedula procuratrix ad ea libenter intendit per que pria fidelium vota impleri valeant ipsique fideles veniam et misericordiam consequantur. Sane dudum felicis recor/dationis Urbanus pape VI predecessor noster ex certis rationabilibus causis ad id suum

[1] *La* B *maiuscola iniziale è allungata, potenziata e ornata. Le restanti lettere del nome sono allungate, ornate e potenziate, ma di dimensioni inferiori rispetto all'iniziale. Le restanti parole del rigo sono semplicemente allungate.*

inducentibus animum, de fratrum suorum consilio, de quorum numero tunc eramus et apostolice potestatis plenitudine statuit ut universi / Christifideles vere penitentes et confessi, qui in anno a nativitate domini nostri Iesu Christi millesimo trecentesimo nonagesimo proxime preterito tunc futuro et deinceps perpetuis futuris temporibus de trigintatribus annis in trigin/tatres annos beatorum apostolorum Petri et Pauli basilicas ac Lateranensem et Sancte Marie maioris ecclesias de Urbe causa devotionis personaliter visitarent plenissimam omnium peccatorum suorum veniam et misericordiam / consequentur. Ita quod quicunque vellet huiusmodi indulgentiam assequi si Romanus adminus triginta continuis vel interpositis semel saltem in die si vero peregrinus aut forensis existeret, modo simili quindecim diebus / ad easdem basilicas et ecclesias accedere teneretur, prout in dicti predecessoris inde confectis litteris plenius continetur. Cum autem sicut accepimus nonnulle persone tam ecclesiastice quam seculares terre Utini Aquilegensis / diocesis et partium circumstantium dicto anno ad eandem Urbem pro assequendo indulgentiam huiusmodi libenter venissent, sed variis occasionibus impedite non potuerint id proficere quod optabant, nos more pii patris votis tam huiusmodi quam / devotis desideriis aliarum personarum terre et diocesis ac partium predictarum providere salubriter cupientes, attendentes etiam quod inter ceteras ecclesias Aquilegensis diocesis collegiata ecclesia Sancte Marie de Utino dicte diocesis venerabilis ac celebris / habetur et ex devotione populi augmentatur et dilatatur in qua dicitur esse unam ex spinis corone domini nostri Iesu Christi ac corpus recolende memorie[2] Bertrandi patriarche Aquilegensis multis sub miraculis decoratum alieque sanctorum aliorum quamplurium / martirum et confessorum atque virginum venerabiles reliquie cum devota solenitate conservantur huiusmodi personis terre et diocesis ac partium circumstantium predictorum usque ad quatuor dietas legales a fine dicte diocesis computandas auctoritate / apostolica tenore presentium indulgemus ut confessor quem ex viginti presbiteris secularibus vel regularibus quos dilecti filii capitulum Utinense et Pelegrinus fructuum et proventuum camere apostolice in illis partibus debitorum collector seu eius / ibidem succollector ad hoc in dicta Utinensi ecclesia duxerit deputandos super quaquidem viginti presbiterorum aut maioris vel minoris eorum numeri prout dictis capitulo, collectori vel succollectori videbitur fatiendum deputatione eisdem capitulo / et collectori vel succollectori [pl... harum serie][3] concedimus facultatem quemlibet personarum ipsarum duxerint eligendum, quibus etiam presbiteris et eorum cuilibet eam quam minores penitentiarii nostri Romana curia sequentes ab apostolica sede habent, / durante temino infrascripto, dumtaxat concedimus potestatem dictis personis et earum cuilibet vere penitentibus et confessis eadem auctoritate concedere valeat, quod ipse persone vere penitentes et confesse ut prefertur dictam maio/rem et Sancti Petri de Bertaldia et Sancti Iohannis de Platea, necnon Sancti Christofori ecclesias de Utino adminus decem diebus continuis vel inerpolatis semel saltem in die a festo nativitatis domini nostri predicti proxime futuro / usque ad festum resurectionis eiusdem domini nostri Iesu Christi ex tunc proxime secuturum

[2] ac corpus … memorie *scritto in caratteri più piccoli e ravvicinati; questa porzione del rigo è macchiata da alone brunastro.*
[3] *Plica sul supporto, che rende parzialmente illeggibile il rigo.*

inclusive visitando, ille videlicet ex dictis personis que commode poterunt que vero propter senectutem vel adversa valitudinem seu religionis hone/statem aut aliud impedimentum legitimum visitationem huiusmodi decenter et commode facere nequiverint, loco visitationis ipsius alia pietatis opera fatiendo aut orationes vel psalteria dicendo seu aliam personam loco sui que dictam visitationem / pro ipsis fatiat destinando, prout dictus confessor qui etiam ad ipsas personas taliter impeditas causa earum confessionem audiendi et huiusmodi indulgentiam eis concedendi ac premissa omnia et singula fatiendi accedere possit eis taliter impe/ditis duxerit indulgendum perinde huiusmodi indulgentiam plenissimam consequantur et quelibet earum consequatur ac si infra annum huiusmodi per dictum predecessorem deputatum ut prefertur ad ipsam Urbem propterea personaliter venissent / seu venisset et basilicas ac ecclesias Urbis predictas visitassent seu visitasset, sic tamen quod labore personali quem persone huiusmodi passe fuissent si ad ipsam Urbem dicto anno personaliter venissent et basilicas ac ecclesias Uribis predictas propterea visi/tassent, ut prefertur, iuxta arbitrium confessoris eiusdem in alia pietatis opera commutato expensas quas huiusmodi persone in itinere ad ipsam Urbem veniendi et in ea morandi ac ab ea ad propria redeundi secundum sui condecentiam facture et obla/tiones quas basilicis et ecclesiis Urbis predictis si ad illas dicta decausa personaliter venissent donature fuissent super uno ex altaribus maioris ecclesie predicte quod capitulum et collector seu succollector predicti ad id deputaverint alicui / ydonee et fideli persone per ipsos capitulum et collectorem seu succollectorem ad hoc deputande qui huiusmodi expensas arbitrio suo prout sibi secundum condecentiam personarum huiusmodi videbitur fatiendum moderate taxare et cum ipsis personis / super ipsis componere et ordinare ac pauperibus et religiosis personis huiusmodi expensas solvere non valentibus in totum vel in parte remittere valeat super quibus ipsarum personarum et persone deputande huiusmodi conscientias oneramus assignare fide/liter teneantur. Volumus autem quod medietas omnium et singulorum que propterea fuerint assignata in fabrica paramentis, libris et aliis ornamentis ipsius maioris ecclesie quibus ut percepimus maxime indiget integre et fideliter convertatur, reliqua / vero medietas per dictos capitulum et collectorem seu succollectorem ad dictam Urbem in fabricis ecclesiarum et basilicarum Urbis predictarum convertenda quam totius fideliter transmittatur et quod etim ipsi capitulum et colector seu succollector unum in dicta maiori ecclesia / et in singula aliis ecclesiis predictis singulos altaristas ad colligendum alias oblationes quas preter dictas oblationes basilicarum et ecclesiarum Urbis predictarum in eisdem maiori et aliis ecclesiis de Utino prenominatis per personas predictas fieri con/tingerit iidem capitulum possint ad debeant deputare et quod illa que sic oblata fuerint non in usum aliquarum personarum, sed in augmentum et reparationem fabrice paramentorum, librorum et aliorum ornamentorum maioris ecclesie de Utino predicte ad arbitrium dicti / capituli da Utino prout ad ipsum pertinuerint dumtaxat debeat dispensari super quibus omnibus et singulis ipsorum capituli et collectoris ac succollectoris et confessorum etiam conscientias oneramus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre conces/sionis et voluntatis infringere vel ei ausi temerario contraire, si quis autem hoc attemptare presumperit, indignationem

omnipotentis Dei et beatorum Petri et Pauli apostolorum eius se noverit incursurum. Datum Rome apud Sanctum Petrum, idus novembris, pontificatus nostri anno tertio.

A(ndeas) de Portugruario[4].

[Sigillum in plica deperdito]

[4] *Sub plica.*

60.

1393 dicembre 17, Udine, nella curia esterna del palazzo patriarcale

Il patriarca Giovanni di Moravia, non avendo al momento di che pagare i 150 ducati d'oro che spettano quale stipendio ad Andrea de Monticoli, vicario generale in temporalibus, compensa il suo vicario con una casa di proprietà della mensa patriarcale situata in Udine, in borgo inferiore, della quale si forniscono i confini. Andrea accetta la compensazione, rinunciando ai 150 ducati d'oro. Il patriarca nomina nunzio in tenuta Giovanni q. ser Vicardo de Andriottis da Udine. Consuete clausole di garanzia del negozio.

Originale membr., mm 420x325, A.C.A.U., *Pergamene capitolari*, vol. IV, n° 60.

ATTERGATI: una scritta è illeggibile per infiltrazione d'acqua al margine superiore. Di mano del sec. XIX "1393 7 dicembre". Di mano del sec. XX, in lapis "60 IV volume".

Il supporto scrittorio è in discrete condizioni di conservazione, poiché presenta tracce d'acqua e di polvere, specie lungo il margine superiore e il margine destro, con alcune lacerazioni lungo il margine destro. L'inchiostro è desquamato in generale, pur mostrando ancora discreta leggibilità. L'inchiostro è nero piuttosto pallido. Non si distinguono più le rigature dello specchio grafico.

La scrittura è una notarile corsiva tipica di questo notaio, che lavora per la curia patriarcale.

In[1] nomine Domini, amen. Anno nativitatis eiusdem millesimotrecentesimononagesimotercio, indictione prima, die mercurii decimoseptimo mensis decembris, actum Utini Aquilegensis diocesis in curia exteri/ori castri patriarchalis, presentibus ibidem reverendo in Christo patre domino fratre Francischino abbate Mosacensi et discretis viris presbitero Iacobo plebano de Comelico de Cadubrio, Leonardo / et Iohanne condam ser Vicardi de Andriotis de Utino et Nicolao de Percuto testibus et aliis pluribus ad hoc vocatis et rogatis. Cum reverendissimus in Christo pater et dominus dominus Iohannes / Dei gratia sancte Aquilegensi ecclesie patriarcha teneretur et esset obligatus honesto et sapienti viro domino Andree de Monticolis civi et habitanti Utini licentiato in iure civili suo in [tem]/poralibus[2] vicario generali in centumquinquaginta ducatis boni auri et iusti ponderis pro salario et mercede dicti sui officii vicariatus ut ipse partes ibidem assereba[nt et][3] / affirmabant ac s[ibi] ipsis[4] invicem confitebantur, nunc vero idem dominus Iohannes patriarcha ibidem in presentia dictorum testium et mei notarii infrascripti videns et cosgnoscens pre[fatum][5] / dominum Andream sibi utilem et neccesarium ad dictum officium legaliter et fideliter exercendum pro honore suo sueque Aquilegensis ecclesie et totius patrie Foroiullii nollensque ipsum dominum Andream / vicarium qui dictos CL ducatos bene et legaliter monuerat huiusmodi laboribus et mercede frustrari quantum dignus est

[1] *La* I *maiuscola iniziale è allungata, potenziata e ornata.*
[2] *Si propone questa integrazione su inchiosto a fine rigo del tutto evanido.*
[3] *Scrittura a fine rigo illeggibile.*
[4] *Su* sipsis *del testo.*
[5] *Si propone questa restituzione su inchiostro evanido.*

mercenarius mercede sua et non habens ad presens cum quo [sibi][6] / satisfacere posset nisi per modum infrascriptum cognoscensque presentem contractum fore utilem maximumque fructum illaturum in futurum sibi et dicte sue ecclesie Aquilegensi per se [et][7] / suos heredes e successores in solutionem, satisfactionem et conpensationem dictorum centumquinquaginta ducatorum auri seu precio et foro ipsorum CL ducatorum auri per ipsum [dominum][8] / Iohannem patriarcham ab eodem domino Andrea vicario sic ut premittitur habitorum et receptorum, habita et considerata conpensatione debiti suprascripti, quod quid precium idem dominus Iohannes / patriarcha fuit contentus et confessus se habuisse et integre recepisse sibique datum, solutum et numeratum esse seu conputatum esse ab eodem domino Andrea super dictis salario et / per conpensationem antedictam, renuncians exceptioni dictorum centumquinquaginta ducatorum auri non sic habitorum et receptorum ab eodem domino Andrea tempore huius contractus omnique / spei future habitionis et receptionis et numerationis ac omni alii legum et iuris tam canonici quam civilis auxilio et beneficio, que se a contentis in hoc instrumento posset qu(omodolibet) defendere, / dedit, vendidit, transtulit et mandavit (iure proprii) imperpetuum eidem domino Andree ibidem presenti et pro se suisque heredibus ac cui vel quibus ius suum dare voluerit stipulanti / quandam suam domum muratam tegulisque copertam sitam Utini in burgo civitatis inferioris iuxta Iohannemgubertum filium et heredem quondam domini Azolini de Gubertinis / de Utino ab una parte, iuxta eundem dominum Andream emptorem ab alia, iuxta ser Laurentium notarium Arputii de Utino ab alia et iuxta viam publicam ab alia sive iuxta / alios suos veriores confines, cum curia eidem domui postposita ac omnibus et singulis aliis suis iuribus et pertinentiis ac accessibus, egressibus et regressibus usque in vias publicas / ac stillicidiis et stilicidiorum iuribus, nec non omnibus et singulis que dicta domus habet supra se, intra seu infra se omnique alio iure et actione, usu seu requisitione, servitute, / dominio, honore, comodo et utilitate ad ipsam domum seu ad ipsum dominum Iohannem patriarcham venditorem ratione ipsius domus quo(modolibet) spectante et pertinente tam de iure qual de / facto, ad habdendum, tenendum, possidendum vel q(uasi) dandum, donandum, obligandum, pignorandum, permutandum, pro anima et corpore iudicandum et quicquid eidem emptori et suis / heredibus ac cui vel quibus ius suum dederat de dicta domo cum eius iuribus et pertinentiis deinceps placuerit perpetuo faciendum sine contradictione, briga et repetitione dicti / venditoris suorumque heredum et successorum ac alterius cuiuscumque persone, constituens se idem dominus Iohannes patriarcha venditor dictam domum predictis omnibus eius iuribus / et pertinentiis eiusdem domini Andree emptoris nomine precario possidere, donec ipsius domus et suorum iurium et pertinentiarum tenutam intraverit et possessionem acceperit corpo/ralem, quam accipiendi in se et sua auctoritate propria retinendi sibi quibus supra nominibus stipulanti auctoritatem et licentiam omnimodam contulit atque dedit, promittens quoque prefatus / dominus Iohannes patriarcha venditor per se et suos heredes et successores cum obligatione

[6] *Si propone questa integrazione su inchiostro evanido.*
[7] *Si propone questa integrazione su inchiostro evanido.*
[8] *Si propone questa integrazione su inchiostro evanido.*

omnium suorum et dicte sue Aquilegensis ecclesie bonorum mobilium et immobilium presentium et / futurorum ac refectione damnorum omnium et expensarum ac interesse litis et extra se solemniter obligando eidem domino Andree vicario ut supra stipulanti et recipienti de dicta domo et / suis iuribus et pertinentiis seu aliqua eius parte vel iure ullo unquam tempore litem vel questionem aliquam non (inferre) nec volenti facere consentire, sed ipsam domum cum / predictis omnibus eius iuribus et pertinentiis eidem domino Andree ut supra stipulanti et recipienti contra omnem hominem et personam, capitulum, collegium et universitatem in iure legittime defendere, aucto/rizare, manutenere et in solidum disbrigare tam in proprietate quam in possessione dictasque traditionem, venditionem, translationem, precii solutionem, confessionem et renunciationem / ac omnia alia et singula in presenti instrumento contenta perpetuo rata, grata et firma habere, tenere et observare et numquam contrafacere vel venire per se vel alium seu alios / aliqua ratione vel causa de iure vel de facto, sub pena dupli eius de quo questio moveretur minus quinque solidos Veronensium parvorum in singulis capitulis huius contractus / stipulata et promissa, qua pena soluta vel non, presens nichilominus instrumentum et omnia in eo contenta obtineant plenum robur et perpetuam firmitatem, obligans se / et sua ac sue Aquilegensis ecclesie bona omnia mobilia et immobilia, presentia et futura seque et dictam eius ecclesiam ac omnia eorum bona prefata menutentorem pro predictis / constituens ac legitimum defensorem et in hunc modum dictus dominus Iohannes patriarcha venditor eidem domino Andree emptori ut supra stipulanti et recipienti in nuntium / et pro nuncio tenute et possessionis dicte domus et suorum iurium et pertinentiarum dedit et designavit honestum Iohannem condam ser Vicardi de Andriotis de Utino testem suprascriptum qui eundem / dominum Andream in tenutam et corporalem possessionem dicte domus et suorum iurium et pertinentiarum ponat et inducat vice et nomine ac de mandato ipsius domini patriarche venditoris / ut in talibus moris est.

60 bis.

1393 dicembre 18, Udine, di fronte alla casa compravenduta

Il nunzio in tenuta Giovanni q. ser Vicardo de Andriottis da Udine effettua l'immissione nel corporale possesso della casa ceduta dal patriarca Giovanni di Moravia al vicario generale in temporalibus Andrea de Monticoli, quale compenso stipendiario.

Eisdem millesimo et indictione, die vero iovis decimooctavo dicti mensis decembris, actum Utini ante hostium suprascripte domus vendite, ut prefertur, presentibus honestis et sapientibus viris / dominis Santo de Peregrinis de Iustinopoli licentiato in decretis et Muschino Delature de Utino ac Leonardo notario Thialdi de Utino et Luysio de Machacaris de Verona testibus et aliis / pluribus. Ibique discretus vir Iohannes quondam ser Vicardi de Andriotis de Utino datus et designatus per supradictum dominum Iohannem patriarcham venditorem supradicto domino Andree emptori / nuntius er pro nuncio tenute et possessionis suprascripte domus per prefatum dominum patriarcham eidem domino Andree vendite seu tradite in solutum ut supra scriptum est, in presentia dictorum / testium et mei notarii infrascripti eundem dominum Andream ibidem presentem et ut supra stipulantem et recipientem in tenutam et corporalem possessionem dicte domus suorumque iurium et pertinentiarum de mandato et licentia / ac auctoritate eiusdem domini Iohannis patriarche posuit et induxit, dans et ponens in manibus eius ve(ctem) hostii ipsius domus apperuendo et claudendo semel, bis et tercio, prout in talibus / requiritur et moris est.

S. T. Et ego Alexander de Ceneta Utini habitans filius ser Bartholomei notarii publicus apostolica et imperiali auctoritate notarius suprascriptis omnibus presens fui eaque rogatus propria / manu scripsi et in hanc publicam formam redegi signumque meum consuetum apposui in fidem et testimonium omnium et singulorum premissorum.

61.

1393 dicembre 28, Udine, sulla pubblica via davanti alle porte del comune

Antonio da Udine q. ser Missio da Remanzacco vende al prezzo di 40 marche di soldi, interamente versate e contestualmente quietanzate, alcune piccole case tra loro connesse e situate in Udine, già abitazione di Niccolò q. Gabriele da Udine, a prete Nicolussio pievano di Tarcento e residente in Udine. Si forniscono i confini della proprietà compravenduta. Prete Nicolussio fornisce quale ipoteca manutentiva un suo manso situato presso la villa di Puzolio. È nominato nunzio in tenuta Luca da Malazompicchia. Consuete clausole di garanzia del negozio.

Originale membr., mm 469x171, A.C.A.U., *Pergamene capitolari*, vol. IV, n° 61.

ATTERGATI: di mano del sec. XIV "Instrumentum emptionis presbiteri Nicolusii plebani Tercenti Utini habitantis de domunculis Antonii ser Missii de Remanzacho precio et foro XL marcharum soldorum. 1393", cui la solita mano del sec. XIX ha aggiunto " 28 dicembre". A fianco, di mano del sec. XVIII "non nominatur Capitulum". Di mano del sec. XX, in lapis "61 IV volume".

Il supporto scrittorio è in buone condizioni di conservazione, ma in doverse zone l'inchiostro si è desquamato ed è quasi del tutto caduto, rendendo assai difficile la lettura del testo. L'inchiostro è marrone assai chiaro. Si intravedono le rigature ai margini superiore, sinistro e destro. Si intavedono anche tracce delle pliche di piegatura, ma nn è possibile stabilire con precisione il loro numero.

La scrittura è una corsiva notarile canonizzata , anche se non molto regolare, tipica di questo notaio udinese.

In[1] Christi nomine, amen. Anno nativitatis eiusdem Domini millesimo tricentesimo nonagesimotercio, / indicione prima, die vigesimooctavo mensis decembris, actum in via publica prope foveam comunis Utini, / inter portam bo(ni) et portam que vocatur porta Cividati de Utino et prope braydam ser Aloisii dela / Scarparia de Utino, presentibus venerabili viro domino Petro Chovassi canonico Utinensi, provido viro ser / Nicolao condam ser Thomasii Petri Ianisi de Utino, Thomasio eius filio, Petro barberio condam Augustini / de Flagonea Utini habitante et Lucha merchatore condam Mationi de Malazumpicha Utini habitante testibus / et aliis pluribus ad hec vocatis et rogatis. Antonius de Utino filius condam ser Missii de Ramanzacho precio / et foro quadraginta marcharum soldorum, quod totum precium ipse fuit contentus et confessus habuisse et integre / recepisse a venerabili viro domino presbitero Nicolussio plebano Tercenti Utini habitante et faciens ipsi / presbitero Nicolussio finem et remissionem ac pactum de ulterius aliquid non petendo de predicto precio, / renuncians exceptioni sibi non dati, non habiti, non recepti, non numerati et non soluti dicti precii ac non sit / factum fini et remissioni tempore huius contractus et omni alii legum et iuris auxilio tam canonico quam civili per se / suosque heredes, iure perpetualis livelli dedit, vendidit et tradidit eidem presbitero Nicolussio plebano / Tercenti Utini habitanti ementi et recipienti pro se suisque heredibus aut cui ius suum dare

[1] *La* I *maiuscola iniziale è allungata, potenziata e ornata.*

voluerit quasdam / eius domunculas conexas insimul sitis Utini post domus olim solite habitationis ser Nicolai / condam domini Gabrielis de Utino, cum omnibus suis iuribus et pertinenciis, quarum hii sunt confines: a / duabus partibus sunt domus et ortus .. heredum dicti condam ser Nicolai olim domini Gabrielis, a tercia parte / sunt domus solite habitationis dicti presbiteri Nicolussii emptoris et a quarta parte est via publica / vel siqui dictarum domuncularum veriores forent confines, ad habendum, tenendum, possidendum, dandum, / [donandum][2], alienandum, permutandum, in solutum dandum ac pro anima et corpore iudicandum et quicquid / sibi et suis heredibus deinceps placuerit perpetuo faciendum, cum omnibus et singulis que infra predictos continentur / [confines][3] vel alii si qui forent, accessibus et egressibus suis usque in vias publicas et cum omnibus et / [singulis][4] que habent super se, infra et intra se in integrum omnique iure et actione, usu seu requisicione / ex ipsis vel pro ipsis aut ipsis domunculis sibi modo aliquo spectantibus et pertinentibus, solvendo [autem][5] / [in festo][6] nativitatis Domini vel octo diebus post de livello curie patriarchali in Utino denarios centum / [et septem][7] et nil aliud, quas domunculas idem venditor se ipsius emptoris nomine constituit / [possidere donec][8] possessionem et tenutam acceperit corporalem, quam accipiendi [et in se][9] auctoritate propria / retinendi eidem emptori licenciam omnimodam contulit atque dedit, promittens quoque dictus Antonius / venditor per se suosque heredes et cum obligatione omnium suorum bonorum presentium et futurorum ac [refectione][10] / dampnorum omnium et expensarum litis et extra ac interesse se solempni stipulatione obligando eidem presbitero Nicolussio / emptori stipulanti et recipienti pro se suisque heredibus aut cui ius suum dare voluerit de dictis do/munculis vel parte ipsarum aut aliquo earum iure litem vel questionem aliquam non facere vel movere nec volenti facere vel movere consentire, sed predictas domunculas copertas tegulis eidem presbitero Nicolussio / et eius heredibus aut cui ius suum dare voluerit ab omni homine, persona, ecclesia, colegio et / universitate legitime defendere, disbrigare et in solidum manutenere in iure et predictam / vendicionem et omnia et singula in hoc instrumento contenta perpetuo firma et rata ac grata habere, / tenere et plenius observare et non contrafacere, dicere vel venire per se vel alium seu alios aliqua / ratione vel causa, de iure vel de facto, sub pena dupli valoris dictarum domuncularum ut pro tempore / plus valuerint vel meliorate fuerint, minus quinque soldos Veronensium parvorum in singulis capitulis / [huius contractus stipulata et premissa solempni stipulatione][11], qua soluta vel non presens instrumentum et omnia ac singula / [in ipso contenta obtineantplenum robur atque perpetuam firmitatem][12] , pro quibus omnibus [attendendis] / [et firmiter

[2] *Integrazione su inchiostro evanido.*
[3] *Integrazione su inchiostro evanido.*
[4] *Integrazione su inchiostro evanido.*
[5] *Questa restituzione su inchiostro evanido è soltanto ipoteetica.*
[6] *Integrazione su inchiostro evanido.*
[7] *Integrazione su inchiostro evanido.*
[8] *Restituzione su inchiostro evanido.*
[9] *Restituzione su inchiostro evanido.*
[10] *Restituzione su inchiostro evanido.*
[11] *Si restituisce su inchiostro evanido.*
[12] *Si restituisce su inchiostro evanido.*

observandis dictus Antonius venditor obligavit][13] et specialiter designavit eidem / presbitero Nicolussio emptori [pro manutentione][14] dictarum domuncularum venditarum unum mansum suum bonum / situm in villa P[uzolii rectum per][15] Iohannem filium Vicencii de Puzolio iure proprii imperpetuum / pro quo solvuntur staria frumenti septem, [staria][16] avvene septem et staria milei octo, ita et taliter quod dictus / mansus suum bonum[17] semper remaneat et sit obligatus et ypotechatus iure ad ma/nutenendum dictas domunculas venditas eidem presbitero Nicolussio stipulanti et recipienti pro se suisque / heredibus aut cui iu suum dare voluerit, ab omni homine, persona, ecclesia, colegio et universitate / et in hunc modum per dictum venditorem eidem presbitero Nicolussio emptori datus et assignatus / fuit tenute nuncius [Luchas] de Malazumpicha testis predictus, qui dictum emptorem / [in tenutam et corporalem possessionem dictarum domuncularum][18] poneret et induceret, deinde / subitus prefatus Luchas nuncius ut supra datus una cum dicto presbitero Nicolussio emptore, / [presbitero Petro Chovassii][19] et Petro barberio supradictis testibus et me notario infrascripto ex dicto loco / [recedens et accedens ad dictas][20] domunculas sitas in loco et confinibus predictis in presencia / [dictorum presbiteri Chovassii canonici Utinensis][21] et Petri barberii testium predictorum ex auctoritate et licentia / sibi [datis et attributis posuit][22] et [presencialiter][23] induxit dictum presbiterum Nicolussium emptorem / in tenutam et corporalem possessionem dictarum domuncularum capiendo vectem hostii unius domuncule / ex dictis domunculis et vectem hostii canipe sub terra et dando in manibus dicti presbiteri Nicolussii / semel, secundo et tercio, claudendo et aperiendo, ut in talibus moris est, in signum tradite vere / possessionis et tenute dictarum domuncularum, quam idem presbiteri Nicolussius corpore et animo fuit / et est adeptus.

S .T. Et ego Laurencius filius condam Marzutti de Cusignacho Utini habitans / publicus imperiali auctoritate notarius predictis omnibus et singulis interfui et rogatus scripsi meisque signo et nomine solitis in testimonio premissorum / appositiis.

---

[13] *Si restituisce su inchiostro evanido.*
[14] *Si restituisce su inchiostro evanido.*
[15] *Si restituisce su inchiostro evanido.*
[16] *Non si restituisce su inchiostro evanido.*
[17] *Da intendersi* suus bonus.
[18] *Si restituisce su inchiostro evanido.*
[19] *Si restituisce su inchiostro evanido.*
[20] *Si restituisce su inchiostro evanido.*
[21] *Si restituisce su inchiostro evanido.*
[22] *Si restituisce su inchiostro evanido.*
[23] *Si restituisce su inchiostro evanido.*

62.

1395 maggio 20, Cividale, nell'abitazione di Luchino della Torre

Procura conferita dal canonico cividalese e cantore del capitolo udinese Luchino della Torre al canonico udinese Rizzardo da San Vito e al notaio Giovanni Zuar da Cividale affinché si occupino di trasferire il suo officio di cantore nella collegiata di Udine – officio che egli non è in grado di svolgere adeguatamente – al prete Giacomo di Gervasio da Udine, settimanario nella medesima collegiata, provvedendo anche a fare accettare la traslazione ai canonici di Santa Maria. Consuete clausole di salvaguardia dei procuratori.

Originale membr., mm 270x210, A.C.A.U., *Pergamene capitolari*, vol. IV, n° 62.

ATTERGATI: di mano del sec. XVII "1395. Porcuratorium domini Luchini della Turre in personam dominos Rizzardum de Sancto Vito canonicum Utinensem et Iohannem Zuart notarium pro eligendo cantore in sua absentia in collegiata Utinensi". Accanto la solita mano del sec. XIX ha aggiunto "22 maggio". Di mano del sec. XX, in lapis "62 IV volume".

Il supporto scrittorio è in buone condizioni di conservazione, non lo stesso vale per l'inchiosro, che è assai sbiadito, a tratti quasi illeggibile senza ausili ottici. Bene chiare le pliche orizzontali di piegatura. Evidenti le rigature per definire lo specchio grafico ai margini superiore, sinistro e destro. L'inchiostro è marrone assai chiaro.

La scrittura è un'usuale corsiva notarile del periodo, assai corrente, non molto curata, *grossier*, ma che denota comunque buona padronanza del mestiere. Forse tali grossolanità, più che alla fretta, vanno fatte dipendere da malattia o vecchiaia dello scriba.

In[1] Christi nomine, amen. Anno nativitatis eiusdem Domini millesimo trecentesimo nonagesimoquinto, / indictione tertia, die vigesimo mensis maii, actum in Civitateaustrie Aquilegensis diocesis, in domo / habitationis infrascripti constituentis, presentibus venerabilibus dominis domino Nicolao de Nerden plebano / Sancti Danielis, domino Nicolao Iohanini de Civitateaustrie canonico collegiate ecclesie Sancte / Marie Civitatisaustrie, Corado teotonico familiare ipsius constituentis testibus et aliis pluribus / ad infrascripta vocatis specialiter et rogatis. Ibique venerabilis vir dominus Luchinus de Laturre / canonicus collegiate ecclesie Sancte Marie Civitatisaustrie ac cantor collegiate ecclesie Sancte / Marie de Utino, habens onus ad deserviendum et deserviri faciendum ad officium cantorie / in dicta ecclesia Sancte Marie de Utino et non valens de presenti per se ibidem deservire et / nolens quod defectu sui ecclesia ipsa detrimentum aliquod patiatur, confidens quod de persona / providi presbiteri Iacobi Gervasii de Utino septimanarii in dicta ecclesia Sancte Marie de Utino, / qui prefatum officium solicite et fideliter exercebit, ipsum presbiterum Iacobum ad huiusmodi officium / exercendum asumpsit pariter et ellegit et quia venerabiles viri domini .. decanus, canonici et /

[1] *La* I *maiuscola iniziale è allungata, potenziata e ornata.*

capitulum [2] dicte collegiate ecclesie Sancte Marie de Utino intendunt sibi de dictis / assumptione et ellectione constare debere, omnibus modo, via, iure et forma quibus melius et efficacius / scivit et potuit, fecit, constituit et ordinavit suos veros et legittimos procuratores, actores, factores, / negociorum gestores, missos et nuncios speciales et quicquid melius de iure dici potest venerabilem / virum dominum Riçardum de Santovito canonicum dicte ecclesie Sancte Marie de Utino et providum / Iohannem Çuar notarium de Civitateaustrie ambos absentes tamquam presentes et utriumque ipsorum in solidum / ita quod occupantis conditio potior non existat, sed quod unus eorum inceperit, alter mediare valeat / prosequi et finire, specialiter ad intimandum, significandum et notum faciendum prefatis dominis .. / decano, canonicis et capitulo de asumptione et ellectione per dictum constituentem de ipso presbitero Iacobo / factis et nichilominus ad presentandum prefatum presbiterum Iacobum eisdem dominis decano seu vicedecano, / canonicis et capitulo pro exercendo officium antedictum et generaliter omnia alia et singula faciendum, / gerendum et procurandum que in premissis vel circa premissa cum dependentibus, incidentibus emergentibus / et connexis utilia fuerint expedienda seu quomlibet oportuna et que quilibet verus et legittimus / procurator facere potet et debet et que ipsemet constituens facere posset se personaliter interesset, eciam si talia / forent que mandatum exigerent speciale, promittens michi notario infrascripto tamquam publice persone / stipulanti et recipienti nomine et vice omnium et singulorum quorum interest vel poterit interesse se perpetuo / ratum gratum et firmum habiturum quicquid per dictos suos procuratores vel ipsorum alterum actum / factum gestum seu quomlibet procuratum fuerit in premissis vel alquo premissorum et volens / eosdem suos procuratores et utrum ipsorum ab omni onere satisdandi relevare et ex nunc relevans / promisit michi notario predicti stipulanti et recipienti nomine et vice quibus supra de iuditio / sisti et iudicatum solvi, sub ypoteca et obligatione omnium suorum bonorum mobilium et immobilium / presentium et futurorum cum omnibus clausulis oportunis.

S. T. Ego Nicolussius condam Leonardi de Ripis de Cordevado habitans in Civitateaustria / publicus imperiali auctoritate notarius predictis omnibus et singulis una cum prenominatis / testibus presens fui et rogatus scripsi et fideliter publicavi singi nomineque meis appositis / consuetis in fidem et testimonium omnium premissorum.

[2] *Segue* intendunt *depennato.*

63.

1395 agosto 16, nel castello di Messerano, diocesi di Vercelli

Verbale di esame e di conferimento del beneficio plebanale di San Vincenzo di Porpetto eseguiti dal decano del capitolo di Aquileia Federico di Polcenigo, esecutore della collazione apostolica, in favore di prete Oldorico da Gemona. L'immissione corporale nel beneficio viene affidata generalmente ai pievani della diocesi di Aquileia in forza dello stesso atto pubblico di collazione.

Originale membr., mm 182x210, A.C.A.U., *Pergamene capitolari*, vol. IV, n° 63.

ATTERGATI: di mano del sec. XVIII (?) "Investitura plebis Sancti Vincencii de Porpeto". Di mano del sec. XIX "1395 16 agosto". Di mano del sec. XX, in lapi "63 IV volume".

Il supporto scrittorio è in discrete condizioni di conservazione: presenta infatti diverse lacerazioni nel corpo, sia libere, sia in corrispondenza delle pliche di piegatura. Si distinguono bene le due pliche orizzontali. Compaiono anche diverse macchie color ruggine. L'inchiostro è nero pallido, non sempre bene leggibile.

La scrittura è nuna corsiva notarile, assai filiforme e allungata, abbastanza regolare e composta, già con tendenza al grafismo che sarà proprio, assai pronunciato, del XV secolo.

In[1] nomine Domini, amen. Anno a nativitate eiusdem currente millesimo trecentesimononagesimoquinto, te[rtia][2] indictione, / die sextodecimo augusti, hora circha nonas, in castro Messerani Vercellensis diocesis, in camera cubicullari infrascripti domini / executoris, creationi domini Bonifatii pape noni anno sexto. Venerabilis vir dominus Federicus de Pulcinico / decretorum doctor decanus Acquilegiensis et executor a Sede apostolica spetialiter deputatus ad conferendum venerabili / viro domino Oldorico de Glemona plebanatum Sancti Vincentii terre Porpeti diocesis Aquilegensis et ad examinandum / predictum Oldoricum et ad omnia fatienda que in processibus et dicta gratia facta predicto Oldorico / continentur plenissime, de qua gratia et processibus fac[tis][3] predicto Olderico predicto domino executori ibidem / constat, sed propter guerram vigentem in civitate Ianue et ipsius (rippetua), in qua civitate bulle apostolice / predicte gratie sunt, nec possunt haberi et ne periculum possit in posterum i(mmin...) [...]to[4] Oldorico gratioso / cum ab impositione manus domini nostri pape ius sit acquisitum, predicto Oldorico in predicta plebe / p(rimo) predictum Oldoricum in eius presentia advocavit dilligenter examinavit in legendo, in constructu et / in cantu, in quibus omnibus ipsum invenit bene informatum et dil<l>igenter instructum, quibus omnibus / diligenter examinatis, supradictus dominus Federicus executor ad predicta omni via, iure et forma qua et quibus / melius et efficatius potuit et potest vigore predictarum literatum factarum vigore gratie predicte contullit predictam / plebem Sancti Vincentii de Porpeto diocesis Acquilegiensis predicto

[1] *La* I *maiuscola iniziale è allungata, potenziata e ornata.*
[2] *Lacerazione del supporto.*
[3] *Lacerazione del supporto.*
[4] *Le precedenti due parole sono di difficile restituzione a causa di lacerazioni e di macchie.*

Oldorico de Glemona, ipsum investitus de / predicta plebe per berretum quod gestabat in capite, mandans .. decanis et prepositis, plebanis et / rectoribus ecclesiarum predicte diocesis Acquilegiensis et cuilibet ipsorum qui fuerit a predicto Oldorico vel eius / procuratore acquisitus quod ipsum ponat in plenariam possessionem predicte plebis et predicto assignet omne / ius predicte plebis, michi .. notario mandans de predictis presens publicum confici instrumentum presentibus testibus / notis et vocatis venerabilibus viris domino Roberto de Fronzolla decretorum doctore et presbitero Ricardo de / Cellanova d[e ...]enude[5], archipresbitero Sancti S[...][6] de Nervio Ianuensis diocesis.

S. T. Ego Nicolinus de Gentilibus genitus quondam Georgii publicus (Ter)donensi imperialique auctoritate / notarius predictis interfui et de eisdem presens instrumentum michi fieri iussum tradidi / et publice scripsi meoque subscripsi cum appositione signi mei tabellionatus consueti in testimonium / premissorum.

[5] *Lacerazione del supporto.*
[6] *Lacerazione del supporto.*

64.

1396 gennaio 28, Cividale, nel capitolo di S. Pietro martire

I rappresentanti del capitolo della chiesa collegiata di Santa Maria di Udine, il decano Antonio de Ronconis e i canonici Gregorio, Pietro di Covassio, Giovanni di Domenico da ....., Guglielmo da Udine e Rizzardo da San Viro, chiedono al capitolo del convento di San Pietro martire del Frati Predicatori di Udine, appositamente convocato e riunito, che sia versato il quartese delle offerte e dei funerali come sancito dai canoni e dai patti stabiliti. Il capitolo conventuale stabilisce di consegnare alcuni beni e redditi, debitamente elencati, di proprietà del convento per la canonica porzione della quarta parte spettante alla chiesa collegiata di Santa Maria. Consuete clausole di garanzia del negozio. Segue verbale dell'immissione della corporale possessione della rendita livellaria stabilita nelle disposizioni precedenti da parte del rappresentante del capitolo della chiesa collegiata.

Originale membr., mm 425x331, A.C.A.U., *Pergamene capitolari*, vol. IV, n° 64.

ATTERGATI: di mano del sec. XIV "Instrumentum consignationis facte per fratres predicatores Utinenses capitulo Utinensi de quarta et legitma porcione certorum bonorumipsis fratribus legatorum et cetera". Di mano del sec. XIX "1396 28 gennaio". Di mano del sec. XX, in lapis "64 IV volume".

Il supporto scrittorio è in discrete condizioni di conservazione, in quanto compaiono numerose macchie e il terzo superiore presenta a destra ampia gora d'acqua, che hha parzialmente rovinato il testo, pur senza renderlo illeggibile. Si aggiunga nel medesimo quarto pesante patina di polvere. L'inchiostro è bruno piuttosto scuro, ma desquamato diffusamente. Non è possibile stabilire la presenza di pliche di piegatura.

La scrittura è una caratteristica corsiva notarile, assai minuta e canonizzata, come già descritta per il notatio Alessandro da Ceneda.

In[1] nomine Domini, amen. Anno nativitatis eiusdem millesimotrecentesimononagesimosexto, indictione quarta, die veneris vigesimooctavo mensis ianuarii, actum Utini Aquilegensis diocesis in monasterio fratrum / et conventus Sancti Petri martiris ordinis fratrum predicatorum, in loco ubi ipsorum fratrum capitulum pro eorum agendis convocari et congregari consuetur, presentibus ibidem honestis et discretis viris ser Bonhomo / de Aquilegia, Petrobono notario de Yosephis de Verona curie spiritualis Aquilegensis scriba, Leonardo quondam presbiteri Bartholomei de Cremona olim mansionari(i) Aquilegens(is), Odorico rodario et / Iacobo pellipario de Utino testibus et aliis pluribus ad hec vocatis specialiter et rogatis. Ibique convocato et congregato capitulo dicti conventus et monasterii seu loci Sancti Petri martiris ad sonum / campane more et loco solitis et consuetis pro infrascriptis specialiter expediendis, in quo quidem capitulo interfuerunt venerabiles et religiosi viri domini fratres Marcus d[e ...][2] prior, Bernardus / subprior, Benevenutus et Bartholameus magister in artibus de Utino, Ambrosius de Venetiis, Matheus de Utino, Andreas de D[uratio, Gregorius de ...,

[1] *La* I *maiuscola iniziale è allungata, potenziata e ornata.*
[2] *L'inchiostro è del tutto dilavato dalla gora d'acqua.*

Bar]tholameus[3] de / Ceneta, Petrus de Clugia, Iohannes de Vicentia et Petrus de Arimino omnes ipsius monasterii sive loci fratres professi ipsiusque monasterii sive loci [capitulum facientes et (represent)antes][4] et in / ipsorum presentia constitutis venerabilibus et discretis dominis Antonio de Ronchonis decano, Gregorio, Petro Covassii et I[ohann]ne Dominici d[e Utino ac][5] Guillelmo de Paona][6] de Utino et [Rizardo][7] / de Sancto Vito canonicis prebendatis ecclesie collegiate Sancte Marie de Utino dicte Aquilegensis diocesis et petentibus suis ac aliorum canonicorum et capituli dicte collegiate ecclesie Sancte Marie nominibus omnibus / fieri et consignari per ipsos dominos .. priorem et subpriorem ac fratres et conventum seu capitulum prefatos quartam seu canonicam portionem nonnullorum bonorum, reddituum et rerum [eis tem][8]/pore citra legatorum et traditorum, prout iuris ordo sacrique canones ordinant et disponunt, ipsi omnes domini prior, subprior, fratres et capitulum sic ut premittitur capitulariter congregati [matura][9] / inter se prehabita deliberatione sponte et ex certa scientia ipsorum nemine discrepante, eisdem dominis Antonio decano, Gregorio, Petro Covassii, Iohanni, Guillelmo et Rizardo canonicis [ibidem][10] / presentibus ac pro se ipsis et vice et nomine aliorum canonicorum et totius capituli dicte collegiate ecclesie Utinensis et successorum suorum stipulantibus et recipientibus bona infrascripta, videlicet unum [bonum (situm) in][11] / Gonario rectum per Nicolaum quondam Marci barberii de Gonario pro quo solvuntur annuatim de redditu frumenti staria tria, milei staria duo, surgi staria duo et gallinam I cum ovis. [Item][12] / quedam livelli quatuor stariorum frumenti que solvuntur per personas infrascriptas et super infrascriptis bonis, videlicet unum starium frumenti quod olim solvebatur per Nicolaum Chori et eius heredes / ad presens vero solvitur per Franciscam uxorem Nicolussii de Lazacho super uno campo sito in tavella porte Sancti Lazari de Utino iuxta pasculum quondam Leonardi Bellem, / iuxta Iohannem Fantussii notarium de Utino, iuxta Muntussam relictam quondam Blasuti Fiarge de Toryano et iuxta viam publica. Item unum starium frumenti quod olim [solv]ebatur[13] / per .. heredes condam Nicolai Moronti, ad presens vero solvitur per Dominicum quondam Iohannis de Sudri de Carnea habitantem in burgo Glemone Utini iuxta molandinum de p[... eundo][14] / ad portam Civitatem exteriorem super domo sue solite habitationis sita Utini in burgo superiori Utini iuxta Iacobum Paulum de Utino a parte inferiori iuxta Helenam de [Plano a parte][15] / posteriori iuxta Danielem Laurezuti et dominam Margaretham relictam relictam[16] quondam magistri Zanani aurificis et iuxta viam publicam a parte anteriori. Item unum starium

[3] *L'inchiostro è del tutto dilavato dalla gora d'acqua; si propongono queste restituzioni.*
[4] *L'inchiostro è del tutto dilavato dalla gora d'acqua; si propongono queste restituzioni.*
[5] *L'inchiostro è del tutto dilavato dalla gora d'acqua; si propongono queste restituzioni.*
[6] *L'inchiostro è del tutto dilavato dalla gora d'acqua; si propongono queste restituzioni.*
[7] *L'inchiostro è del tutto dilavato dalla gora d'acqua; si propone questa restituzione.*
[8] *L'inchiostro è del tutto dilavato dalla gora d'acqua; si propongono queste restituzioni.*
[9] *L'inchiostro è del tutto dilavato dalla gora d'acqua; si propone questa restituzione.*
[10] *L'inchiostro è del tutto dilavato dalla gora d'acqua; si propone questa restituzione.*
[11] *L'inchiostro è del tutto dilavato dalla gora d'acqua; si propongono queste restituzioni.*
[12] *L'inchiostro è del tutto dilavato dalla gora d'acqua; si propone questa restituzione.*
[13] *L'inchiostro è del tutto dilavato dalla gora d'acqua; si propone questa restituzione.*
[14] *L'inchiostro è del tutto dilavato dalla gora d'acqua; si propone questa restituzione.*
[15] *L'inchiostro è del tutto dilavato dalla gora d'acqua; si propongono queste restituzioni.*
[16] *Evidente errore dello scriba.*

frumenti / quod solvitur per Donatum dictum Botri de porta Sancti Lazari Utini super una brayda trium camporum sita in tavella porte Sancti Lazari de Utino in loco dicto Ronchis iuxta [viam publicam][17] / per quam itur Culugnam, iuxta Iacobum Iohannis Toronde, iuxta Iohannem Bors et iuxta viam publicam. Item unum starium frumenti quod solvitur per Franciscum Vianuci de Pratocluso / Utini porte Civitatisaustrie super uno campo sito in tavella Utini dicte porte Civitatisaustrie iuxta Candussium Menesi de Pratocluso, iuxta ser Valantinum quondam ser Hectoris de Hendriotis / iuxta Mathalaum becharium et iuxta viam publicam. Item in Montefalcone[18] et eius pertinentiis quatuor staria frumenti que solvuntur per Bartholameum quondam Nicolussii Ros de Monte/falcone generum Nicolussi Candidi speciarii de Utino super una brayda [19] sita in pertinentiis Montisfalconis eundo ad villam Strenzani, iuxta .. heredes quondam Nicolai / Sayni olim, iuxta .. heredes quondam domini Leonis Delaturre olim, iuxta Gregorium virum tho[...][20] olim, ad presens vero iuxta Martinum prescho generum ser Rigi de Sancto Iohanne, iuxta Nasin/gueram notarium, iuxta terram ser Nicolai Thomasii de Utino rectam per Manerum et iuxta ser Federicum de Rosta per medium cuius brayde est seu transit viam publicam olim, videlicet in MCCCLV, indi(c)tione / VIII, die vigesimo ianuarii legata supradictis dominis fratribus et conventui per quondam Iacobum de Senis cui tunc solvebantur per Vidussium filius quondam Andree de Montefalcone. / Item unam marcham denariorum de livello que solvitur annuatim per magistrum Petrum scarparium olim Hermani de Utino super una eius domo sita Utini in burgo Glemone interiori pe/nes pontem lapideum que olim fuit Nadalini berchandarii, iuxta royam medianam quodam tramite iuxta Iacobum fornatorem, iuxta .. heredes olim Chatarine uxoris condam Fanzilini / [cortarii][21] et iuxta viam publicam. Item quadraginta denarios monete Aquilegensis de livello que solvuntur annuatim per magistrum Leonardum Cargnelum super domibus sue solite habitationis / sitis Utini in burgo Puscollis que fuerunt condam magistri Pasini iuxta quandam andronam publicam, iuxta Francischum cerdonem condam Valantini de Reglano, iuxta ipsum Leonardum (scilicet) territorium / quod fuit Iohannis magistri Bertholomei scolarum et iuxta viam publicam. Item mediam marcham denariorum Aquilegensis monete de livello de et pro duabus marchis denariorum de livello eis legatis per quondam Missindussium / pelliparium de Utino que solvuntur annuatim per Matheum Ursuti de Utino super eius solite habitationis domibus et curtivo sitis Utini in porta Civitatisaustrie, iuxta .. heredes quondam domini Azolini militis / legum doctoris de Gubertinis, iuxta .. heredes olim Sironi notarii et Martini corazarii, iuxta ser Petrum condam Venuti Cataldini et iuxta viam publicam seu iuxta predictorum omnium bonorum veriores confines si qui / sint. Item unum starium frumenti de et pro quarta IIII^{or} stariorum frumenti emptorum de et pro pecuniis unius conguli argentei ipsis fratribus legati per quondam dominam Franciscam uxorem ser Detalmi de

[17] *L'inchiostro è del tutto dilavato dalla gora d'acqua; si propongono queste restituzioni.*
[18] Montefalcone *scritto con* falcone *aggiunto nell'interlinea con specifico segno d'inserzione sottostante.*
[19] *Segue spazio segnato da una linea ondulata; forse apposta per impedire che si potesse riscrivere su una rasura.*
[20] *Difficile la rstituzione, poiché la parola è stata riscritta su rasura e l'inchiostro è quasi del tutto evanido; potrebbe essere il nome della moglie (virum Th…e).*
[21] *La lettura è incerta a causa della scrittura adottata dallo scriba.*

Hendriotis de / Utino quod annuatim solvebatur per ser Leonardum notarium ad presens vero solvitur per dominam Luciam eius uxorem super una domo sita in foro veteri iuxta magistrum Iohannem de Spegnimbergo / iuxta magistrum Iacobum archarium et iuxta viam publicam seu iuxta alios suos veriores confines si qui sint. Dederunt, [tr]adiderunt et liberaliter consignarunt de et pro bonis rebus et redditibus infrascriptis ipsis / dominis fratribus et conventui per infrascriptas personas legatis et relictis seu ipsorum bonorum quarta et legitima portione, videlicet pro uno bono sito in Toryano recto per Andream de ipsa villa legato per Iohannem condam Francisci / Petri Yanis de Utino pro quo solvuntur annuatim de redditu frumenti starium I ½, millei starium I ½, avene starium I ½, vini congia II et frixacenses X. Item de et pro uno medio manso sito in Sancto Vito sub Faganea recto per / Franciscum filium Dominici de dicta villa legato per Iacomutium de Faganea Utini habitantem pro quo solvuntur annuatim frumenti starium I, millei starium I, avene starium I. Item de et pro uno manso legato per condam Manfredum filium ser Va/rienti de Attemps sito in Beglano recto per Maurum et per .. heredes olim Todeschi pro quo solvuntur annuatim frumenti staria II, avene starium I ½, millei starium I ½ et frixacenses VIII. Item de et pro uno manso sito in Sancto / Laurentio de Manzano recto per Venerium filium Odorici de dicta villa legato per condam dominam Franciscam uxorem olim ser Detalmi de Hendriotis pro quo solvuntur annuatim frumenti staria III, avene staria / III, millei starium I, vini congia II, gallinam I con ovis, spatulam mediam et frixacenses VIII. Item de et pro uno manso sito in Clauglano recto per Iohannem filium Pauli de Clauglano legato per condam ser Nicolussium de / Castelerio pro quo solvuntur annuatim de redditu frumenti staria III, avene staria III, millei staria III, vini congia III et denarios .. Item de et pro uno medio manso sito in Gruario recto recto[22] per Nicolaum condam Marci / barberii legato per dominam Mantigl uxorem olim Francisci Raynerii pro quo solvuntur annuatim frumenti staria III, millei staria III, surgi staria II, gallinam I et denarios .. Item de et pro uno manso sito in Sa[lio][23] recto per Candi/dum et Nicolaum de ipsa villa dato in morte per ser Nicolussium de Castelerio prom quo solvuntur annuatim frumenti staria III, avene staria III, millei staria II[24],vini congiua III et denarios IIII^{or}. Item de et pro IIII^{or} stariis frumenti citra legatus per Nico/laum condam Philipi de Cramis. Item de et pro uno starium frumenti eis legati per condam dominam Alegrantiam. Item de et pro IIII^{or} stariis frumenti eis dati[s] in solutionem unius cinguli argentei eis legati per condam dominm Franciscam uxorem olim ser Detalmi de / Hendriotis. Item de et pro IIII^{or} stariis frumenti et IIII^{or} congia vini eis legatis per quondam Federicum olim Philipussii. Item de et pro uno stario frumenti eis legato per condam dominam Indriinam. Item de et pro XL denariis de livello eis legatis per condam Geronimum. / Item pro XL denariis de livello eis legatis per condam Ludoycum Cagarayba. Item de et pro XL denariis de livello eis legatis per condam Petrum Ambrosii. Item de et pro XL denariis eis legatis per condam ser Galidesii. Item de et pro media marcha et denariis / XXXVIII delivello eis legatis per condam Gervasium cortelarium. Item de et pro una marcha

[22] *Evidente errore dello scriba.*
[23] *L'inchiostro è del tutto dilavato dalla gora d'acqua; si propone questa restituzioni.*
[24] Staria II *aggiunti nell'interlinea con segno d'inserzione sottostante.*

denariorum de livello eis legata per condam Missium mercatorem. Item de et pro una marcha denariorum de livello eis legata per olim ser Detalmum de Hendriotis de Utino. / Item de et pro media marcha denariorum de livello eis legata per condam ser Nicolussium Leupoldi de Utino. Et hec omnia pro quarta et canonica portione ipsis dominis decano, canonicis et capitulo de supra proxime scriptis bonis, rebus et redditibus eisdem dominis fratribus et conventui / ut premittitur legatis et relictis per ipsos dominos fratres, conventum et capitulum debita cum omnibus et singulis ipsorum bonorum sic traditorum et consigantorum iuribus et pertinenciis ac introytibus et exitibus usque in vias publicas, necnon campis, pratis, / silivis, nemoribus, viis, semitis, fossatis, venationibus, piscationibus, aquis aquarumve decursibus ac omni eo quod dicta bona et redditus habent supra se, intra seu infra se in integrum omnique iure et actione, usu seu requisi/tione, servitute, dominio, honore, comodo et utilitate ad ipsa bona et quodam ipsorum seu ad ipsos consignatores nomine eorundem quomodolibet spectantibus et pertinentibus tam de iure quam de facto vel consuetudine ad habendum, tenendum, possidendum vel / quasi dandum, donandum, permutandum et usufructuandum suamque voluntatem omnimodam faciendum sine contradicione, briga vel repetitione dictorum dominorum prioris, fratrum et conventus, constituentes se dicta bona, res et redditus ipsis domini fratres / et conventus nomine eorumdem dominorum decani, canonicorum et capituli possidere vel quasi, donec ipsorum tenutam intraverint et possessionem vel quasi acceperint corporalem quam accipiendi in se et auctoritate propria retinendi eisdem licentiam et auctoritatem omnimodam / contulerunt, renuntiantes ipsi domini fratres et conventus exceptioni dictarum traditionis et consignationis non sic factarum tempore huius contractus ac omnibus aliis et singulis exceptionibus, iuribus et defensionibus quibus se possent et contentis in hoc instrumento / quomodolibet defendere vel tueri promittentesque ipsi domini prior, subprior et fratres, capitulum et conventus per se et suos successores cum obligatione omnium bonorum mobilium et immobilium presentium et futurorum dictorum conventus et / monasterii Sancti Petri martiris de Utino et refectione damnorum omnium et expensarum ac interesse litis et extra eisdem dominis decanom canonicis et capitulo seu predictis dominis decano et canonicis ut supra stipulantibus et recipientibus de dictis / bonis, rebus et redditibus sic traditis et consignatis, ut premissum est, ullo unquam tempore litem vel questionem non facere vel movere, nec volenti facere consentire, sed ipsa bona et quodlibet ipsorum si per eos obligata vel alienata / reperirentur contra omnem hominem et personam, capitulum, collegium et universitatem in iure legittime defendere, auctorizare, manutenere et in solidum disbrigare dictasque traditionem et consignationem ac omnia alia et singula in / hoc instrumento contenta perpetuo firma, rata et grata habere, tenere et efficaciter observare et numquam contrafecere vel venire per se vel alium seu alios aliqua ratione vel causa, de iure vel de facto sub pena dupli eius / de quo questio moveretur minus quinque solidos Veronensium parvorum, qua pena soluta vel non presens nichilominus instrumentum et omnia in eo contenta obtineant plenum robur et perpetuam firmitatem.

In nomine Domini, amen. Anno nativitatis eiusdem millesimoquadringentesimosecundo, indicione decima, die martis decimonono mensis septembris, actum Utini Aquilegensis diocesis ante domum

supradicti Petri scarparii et super qua / solvitur et consignata est una marcha denariorum de livello eiusdem dominis decano, canonicis et capitulo Utinensibus vigore consignationis suprascripte, presentibus ibidem domino presbitero Iohanne condam Andree de Utino et Angelo condam Gregorii de Spoleto / ac magistro Iacobo cerdone condam Thomadussii de Utino et aliis. Ibique venerabilis vir dominus Petrus Covassii Utinensis canonicus suprascriptus suo ac sindicario et procuratorio nominibus supradictorum dominorum decani, canonicorum et capituli Utinensium ex / auctoritate supra dicto nomine per supradictos dominos priorem, fratres et conventus ut supra atributa intravit tenutam et receperit possessionem vel quasi unius marche denariorum de livello supra dicta domo et omnium aliorum bonorum, rerum et reddituum / eisdem dominis decano, canonicis et capitulo ut superius descriptum est traditorum et consignatorum omnibus modo, iure et forma quibus melius scivit et de iure potuit.

S. T. Et ego Alexander de Ceneta Utini Aquilegensis diocesis habitans filius ser Bartholomei notarii Cenetensis publicus apostolica et imperiali auctoritate notarius supradictis conventus et capituli / convocationi et congregationi ac bonorum et reddituum traditioni et consignationi, necnon omnibus aliis et singulis supradictis dum sic ut premittitur agerentur et fierent una cum prenominatis / testibus presens interfui eaque rogatus propria manu scripsi et in hanc publicam formam redegi signumque meum consuetum et nomen apposui in fidem et testimonium omnium premissorum.

65.

1398 gennaio 15, Cividale, sotto il nuovo palazzo comunale

Al cospetto di Bartolomeo de Intramne, gastaldione di Cividale, compare Caterina q. ser Benedetto de Atemps, vedova del q. Ermanno q. ser Leonarduzzo de Formentinis da Cividale, che, in qualità di erede della metà dei beni del q. ser Ermanno, produce un testamento redatto da suo marito e pubblicato dal notaio Odorico da Monasteto il 15 ottobre 1397, nel quale il dante causa istituiva la moglie sua erede per metà di tutti i suoi beni finché sarebbe stata in vita. Caterina chiede quindi al gastaldione e agli astanti di assegnarle un nunzio in tenuta per la metà dei beni ereditari. Si sentenzia che Caterina debba avere un nunzio in tenuta nella persona del precone comunale Pietro.

Originale membr., mm 598 c.a x197, A.C.A.U., *Pergamene capitolari*, vol. IV, n° 65.

ATTERGATI: di mano del sec. XIV-XV "Sententia impetrata per dominam Catarinam uxorem condam ser Hermani ad aprend(dendum) possessionem et possessio aprehensa de medietate bonorum et hereditatis dicti condam Hermani". Di mano del sec. XIX "1398 15 gennaio". Di mano del sec. XX, in lapis "65 IV volume".

Il supporto scrittorio è in buone condizioni di conservazione, con inchiostro nero brillante, bene leggibile. Evidenti le rigature ai margini sinistro e destro per definire lo specchio grafico. Appena avvertibile una plica centrale orizzontale di piegatura, probabilmente non originaria.

La scrittura è una corsiva notarile di passaggio alla tipologia quattrocentesca, assai corrente, con asse del ductus lievemente destrorso.

In[1] Christi nomine, amen. Anno eiusdem nativitatis millesimo trecentesimo nonagesimo octavo, indicione sexta, / die martis quintodecimo mensis ianuarii, actum in Civitate Austria, sub domo nova comunis, presentibus provi/dis et discretis viris Odorlico notario condam Petri de Monasteto et Petro notario eius filio, / Iohanne notario condam Nicolussii Zuari, Guilgelmino condam ser Iacobi Pupi, Nicolao notario condam ser Leo/nardi, Nicolai notario filio Stephani his omnibus de Civitate predicta, ser Leonardo condam ser Nicolu/ssii de Androtis de Utino, Iohanne notario condam Michaelis de Montefalchone, Alesio notario condam Iacobi / de Atemps, Henrico condam Diluti de Coloreto his omnibus in dicta Civitate habitantibus testibus et aliis / pluribus in multitudine copiosa. Coram nobili viro domino Bartholameo de Int(er)am/ne honesti gastaldioni ipsius Civitatis Austrie ibidem in iuditio sedenti comparuit nobilis et / honesta domina Catarina filia condam nobilis viri ser Benedicti de Atemps et uxor condam providi / viri ser Hermani condam ser Leonardutii de Formentinis de dicta Civitate tamquam heres ad vitam / pro medietate omnium et singulorum bonorum que fuerunt dicti condam ser Hermani olim sui mariti et / produxit quoddam publicum instrumentum testamenti seu particul<l>am testamenti ad eandem dominam Catarinam / dicto nomine pertinentis per dictum condam ser Hermanum olim eius maritum conditi et scripti et publicati / manu discreti Odorlici notarii

[1] *La* I *maiuscola iniziale è allungata, potenziata e ornata.*

de Monasteto testis suprascripti sub millesimo III^c LXXXXVII°, / indicione quinta, die quintodecimo mensis octubris, in quo quidem testamento seu particul<l>a testamenti in/ter cetera continebatur qualiter ipse condam ser Hermanus eandem dominam Catarinam eius uxorem ad / vitam suam pro medietate omnium suorum bonorum suam heredem instituerat, cum certis legatis / eidem domine Catarine per ipsum condam ser Hermanum factis cum certis modis, clausulis et condictionibus / in ipso testamento ipsius ser Hermani seu particul<l>a testamenti eiusdem per eum positis et insertis, prout in / supradicto testamento seu particul<l>a testamenti ipsius ser Hermani latius et plenius continetur et petiit ipsum / testamentum seu particul<l>am testamenti ipsius ser Hermani legi per me notarium infrascriptum et per astantes / audiri, auscultari et intelegi, quo testamento seu particul<l>a testamenti ibidem vigore per astantes late / sententie, lecto de verbo ad verbum et a principio usque ad finem et per astantes auscultato, / audito et diligenter intelecto, prefata domina Catarina dicto nomine proposuit dicens verum esse / quod ut in dicto testamento seu particul<l>a testamenti dicti condam ser Hermani olim sui mariti continetur dictus condam / ser Hermanus eandem dominam Catarinam pro medietate omnium suorum bonorum suam heredem institu/erat ad vitam suam cum certis legatis eidem domine Catarine per dictum condam ser Hermanum / olim eius maritum factis cum condictionibus, clausulis ac modis in ipso suo testamento seu / particul<l>a testamenti positis et insertis, qua propter prefata domina Catarina dicto nomine supli/cavit eidem domino gastaldioni ut peteret a suis circumstantibus per sententiam difiniri si / ipsa de dicto testamento seu particul<l>a testamenti bene et legitime fidem fecit et si dictus dominus gastaldio / eidem domine Catarine dicto nomine vigore ipsius testamenti seu partculle testamenti dicti condam ser Her/mani olim sui mariti dare et assignare debet nuntium suum ad ponendum et inducendum / eam dicto nomine in tenutam et corporalem possessionem medietatis omnium et singulorum bonorum / et hereditatis dicti condam ser Hermani pro medietate ipsam dominam Catarinam tangente et super predictis / quid iuris, super quibus dicto domino gastaldione a suis circumstantibus petente quid iuris. Sententiatum / fuit per omnes astantes, nemine penitus discrepante, quod dicta domina Catarina de dicto testamento seu / particul<l>a testamenti dicti condam ser Hermani olim sui mariti bene, sufficienter et legitime fidem fecit / et quod ipsius testamenti seu particul<l>e testamenti vigore prefatus dominus gastaldio eidem domine Cata/rine quo supra nomine heredi ad vitam suam dare et assignare debebat et debet nuntios / suos ad ponendum et inducendum ipsam dominam Catarinam dicto nomine in tenutam et corporalem / possessionem emdietatis omnium et singulorum bonorum et hereditatis ipsius condam ser Hermani olim sui mari/ti eisdem modo et forma, conditionibus et clausulis quibus in dicto testamento seu particul<l>a testamenti contine/tur, salvo tamen iure cuiuslibet persone. Cuius quidem sententie vigore prefatus dominus gastaldio / eidem domine Catarine hereditario nomine antedicto Petrum precone comunis dicte Civitatis ad ponendum / et inducendum ipsam dominam Catarinam dicto nomine in tenutam et corporalem possessionem medi/etatis omnium et singulorum bonorum et hereditatis que fuerunt dicti condam ser Hermani olim sui mariti / virtute ipsius testamenti seu particul<l>e testamenti dicti condam ser Hermani eisdem modo et forma, condictionibus / et clausulis quibus in dicto

testamento seu particul<l>a testamenti iacet et continetur in nuntium et pro nuntio / ibidem presentem, dedit et specialiter assignavit, salvo tamen iure cuiuscumque persone, secundum antedictam / latam sententiam. Ubi quidem dicta domina Catarina suo et nomine quo supra ante et post huiusmodi / supradictam latam sententiam per eam impetratam dixit et protestata fuit quod presens sententia supradicta per eam / dicto nomine impetrata et contenta in ea eidem domine Catarine et quibuscumque aliis suis iuribus / que habet in bonis et hereditate dicti condam ser Hermani olim sui mariti ultra testamentum seu particulam testamenti / eiusdem et eius vigore non possint notare nec debeant aliqualiter seu in aliquo preiudicare, sed / eidem domine Catarine sit salvum et reservatum omne ius suum quod habet in bonis et hereditate dicti / condam ser Hermani sui olim mariti, tam vigore ipsius sui testamenti et contentorum in eo quam vigore / dotium, contrapacti, descendurarum et morgingabii, paramentorum, iocalium et iurium suorum quam / etiam vigore quorumcumque aliorum suorum iurium que in dictis bonis et hereditate habet ad presens vel habere po/sset modo quolibet in futurum, a quibus suis iuribus ec dicta sententia per eam impetrata et contentis in / ea et ex aliquo actu per eam in premissis et infrascriptis facto et fiendo non intendit nec vult / aliqualiter recedere, nec recedit, sed eisdem et eorum petitioni instat et instare vult et / intendit ad presens et in posterum et suis loco et tempore debitis et quandocumque sibi oppus fuerit / neccesarium et opportunum, cum ad solvenum debita dicti condam ser Hermani per eum sit totaliter / exclusa et absoluta, prout in dicto suo testamento latius et plenius continetur.

65 bis.

1398 gennaio 15, Cividale, nella contrada di S. Maria de Curia

Verbale di immissione nel corporale possesso effettuata da Pietro, precone del comune di Cividale, in favore di Caterina vedova del q. Ermanno de Formentinis da Cividale, per la metà dei beni ereditati da Caterina iure testamenti dal marito.

Item sub dictis millesimo, indicione ac die, post supradictam latam sententiam, actum in Civitate Austria in contra/ta ecclesie Sancte Marie de Curia, in via publica, ante domos olim proprie habitationis dicti condam ser / Hermani, presentibus nobilibus viris ser Duratio condam ser Durinchi de Atemps, ser Nicolao condam ser / Rodulphi de Portis de dicta Civitate, provido viro Ambrosio filio naturali condam dicti ser Ro/dulphi de Portis de dicta Civitate testibus et aliis pluribus ad hec vocatis specialiter et rogatis. / Petrus preco comunis dicte Civitatis tamquam nuntius per laudum et sententiam datus et specialiter assignatus per / supradictum dominum gastaldionem eidem domine Catarine quo supra nomine ad ponendum eam dicto nomine in tenutam et cor/poralem possessionem medietatis omnium et singulorum bonorum et hereditatis que fuerunt dicti condam ser Herma/ni olim sui mariti, prout in dicta sententia scripta manu mei notarii infrascripti sub dictis millesimo, / indicione et die superius latius et plenius continetur, prefatam dominam Catarinam dicto nomine in tenutam et / corporalem possessionem dictarum domorum seu medietatis earum existentium in bonis et hereditate / predictis posuit et induxit, salvo iure cuiuslibet persone prout in dicta sententia continetur, non / solum pro dictis domibus seu medietate ipsarum tantum, sed pro medietate omnium et singulorum / bonorum et hereditatis que fuerunt dicti condam ser Hermani, ipsam dominam Catarinam dicto nomine tangentem / vigore testamenti dicti condam ser Hermani olim sui mariti et pro medietate tocius corporis et / sustantie hereditatis et bonorum supradictorum ac eorum loco, vice et nomine, ducens per manum ipsam / dominam dicto nomine in dictas domos et eidem ipso nomine et in eius manibus dans circulum fer/reum porte dictarum domorum ipsam portam aperiendo et claudendo, per dictasque domos / eundo et terram et solaria earum pedibus calcando et alia plurima per dictas domos faciendo / causa adipissendi et aprehendendi tenutam et corporalem possessionem medietatis ipsorum bonorum / et hereditatis prout in talibus in patria Foriiulii fieri est consuetum, et sic dicta domina Catarina / dicto nomine dixit et protestate fuit quod non solum animo tenutam et corporalem possessionem dictarum / domorum seu medietatis ipsarum pro medietate omnium et singulorum bonorum et hereditatis predictorum / ut supra dictum est et eorum loco et vice et nomine tocius corporis et substantie medietatis bonorum / et hereditatis predicte, sed etiam corpore presentialiter est adepta, premissa etiam protestatione per ipsam / dominam dicto nomine (factam) et repetita quamque ipsa dicto nomine in supradicta sententia fecit secundum / quod in supradicta sententia iacet et continetur.

S. T. Et ego Anthonius de Civitate Austria quondam ser Francisci de Porentionibus / de Mediolano publicus imperiali auctoritate notarius et prefati domini gastaldionis et / eius iuditii officialis et scriba his omnibus supradictis presens fui et de ipsius domini / gastaldionis mandato rogatusque scribere scripsi et publicavi.

66.

… , …

Memoriale obituario degli offerenti al capitolo della chiesa cattedrale di Santa Maria di Aquileia.

Originale membr., mm 600 c.a x 462 c.a, A.C.A.U., *Pergamene capitolari*, vol. IV, n° 66.

ATTERGATI: di mano del sec. XII-XIII "Carta de memoria eorum qui dederunt bona canonicis". Di mano del sec. XV "Charta de Memoria eorum qui legaverunt bona sua Canonicis pro eorum aniversariis". Sotto è apposto il numero d'ordine, forse di mano del sec. XVII "N° 3VIII". Un altro numero d'ordine di altra mano segna "i 13". Di mano del sec. XIX "Capitolo di Aquileja". Di mano del sec. XXm in lapis "66 IV volume".

Il supporto scrittorio è in buone condizioni di conservazione, salvo qualche lacerazione in corrispondenza delle pliche di piegatura. Queste ultime sono assai bene distinguibili: tra pliche verticali e tra pliche orizzontali, che dimostrano che il documento era stato ripiegato in 16 parti. L'inchiostro è bruno chiaro, ma siccome il testo è stato composto in epoche e da mani differenti, anche il tipo e la qualità dell'inchiostro cambia con il variare dello scriba.

La scrittura denota che il documento è stato redatto in epoche differenti e da differenti mani: se ne distinguono con sicurezza sette. La prima è più antica risale al sec. XII; le altre sei sono da ascrivere al periodo di pasaggio tra il sec. XII e il sec. XIII. La prima è assai calligrafica, allungata, con caratteristiche che richiamano la cancelleresca di curia. Le altre appartengono invece alla tipologia notarile-libraria, con inferiri esigenze calligrafiche.

REGESTI E EDIZIONI: *Necrologium*, "Appendice II", pp. 395-402. Peter ŠTIH, *Castrum Leibach. Najstarejša omemba Ljubljane in njeni začetki*, Tisk Žnidarič, Ljubljana 2010, pp. 44-47.

In nomine sanctę et individuę Trinitatis.[1] / Siquid memoria dignum fit utile videtur ut scriptis commendetur, ea propter / cunctis Christifidelibus tam futuris quam presentibus notum esse volumus quod in pre/senti pagina omnium fidelium nomina defunctorum et obitus eorum dies / qui sua bona pro salute animarum suarum canonicis Sanctę Aquilegensis ecclesię que etiam bona et / in quibus locis donaverunt breviter intitulavimus.

Quarto kalendas octubris dominus Poppo[2] patriarcha obit qui XXXta stationes in foro / Aquileg(ie) et XX in portu Piri predictis canonicis dedit.

II idus augusti Sigeardus[3] patriarcha obiit, qui villam que Ripe dicitur eis dedit / cum decimis, placitis districtionibus collecta christianitatis vel fisci secularis / et cum Aquilegensis opere et X mansos apud Flaibanum cum omnibus pertinentiis eorum, in Carnea vero decima de Lauco, Precens et Amione[4].

VII kalendas martii Fridericus[5] patriarcha obiit, qui decimas ville Scrilach et / duas massaricias in Belenia quando altare sepulcri consecravit dedit.

---

[1] *Le parole dell'invocazione* In nomine …Trinitatis *sono ingrandite e allungate.*
[2] Poppo *scritto in maiuscole.*
[3] Sigeardus *scritto in maiuscole.*
[4] In Carnea vero decima de Lauco, Prences et Amione *scritto emarginato a destra della colonna nello spazio tra le due colonne di scrittura, dal basso verso l'alto. Resta dubbio se si tratti della medesima mano.*

V idus maii Hermannus comes obiit, qui predictam villam Scrilach cum omnibus / suis pertinentiis fratribus dedit.

Idus decembris Volricus patriarcha obiit, qui VIII massaricias in villa Bana/ria cum II molendinis et in villa Sancti Andreę VI massaricias et deci/mas villę que dicitur Subsilva et I curiam Aquilegię canonicis dedit IIII^or^ etiam / stationes ad lumina sanctorum martirum Hermachore et Fortunati in foro Aquilegiensi / dedit insuper IIII^or^ massaricias II in villa Iamnich et II in villa Busel / et I stationem in foro Aquilegiensi [altari Sancti G]alli[6] dedit.

II nonas decembris Henricus dux et advocatus obiit [qui][7] placitum advocatię / et quicquid spectat ad ius advocatię in omnibus bonis canonicorum Aquilegensis / ecclesię eisdem canonicis dedit.

Nono kalendas martii Conradus advocatus obiit, qui III mansos in Nimis dedit.

VII kalendas decembris Rodulfus advocatus obiit, qui XX mansos iuxta castrum / Leibach canonicis dedit.

II idus augusti Hermannus de Manzano ibiit, qui VI mansos in villa Sancti Petri dedit.

XII kalendas ianuarii Marquardus advocatus obiit, qui IIII mansos in Fagania canonicis dedit.

XVI kalendas iunii Ugo miles obiit, qui massaricias apud Braida canonicis dedit.

V nonas mai Iohannes filius Rantolfi obiit, qui II mansos iuxta Liquentiam canonicis dedit.

III nonas mai Pecto obiit, qui II mansos in Pasellano canonicis dedit.

IIII kalendas martii Conradus de Sacilo obiit, qui I mansum in Aviano canonicis dedit.

[8] Bonifacius de Montanar obiit, qui I mansum in Aviano canonicis dedit.

II idus febrarii Gisla filia Astulfi obiit, quę I mansum ibidem canonicis dedit.

VII idus martii Ingelrada uxor Artuici de Covoriaco obiit, quę III mansos / in Medun canonicis dedit.

XVIII kalendas septembris Artuicus de Cavoriaco obiit, qui III mansos I in villa Sancti Danielis, / alium in Maian, tercium in Osop canonicis dedit.

V idus octobris Henricus de Goricia obiit, qui VI mansos in Muruces canonicis dedit.

III kalendas augusti Andreas iuvenis obiit, qui I mansum in Carpago canonicis dedit.

Kalendas septembris eiusdem Andree frater obiit, qui I mansum in Casag canonicis dedit. /

[9]

XV kalendas maii Irmingart obiit, quę I mansum in Coloret canonicis dedit.

II kalendas martii Weriandus de Titiano obiit, qui I mansum in Groan canonicis dedit.

II kalendas martii Iohannes vicedominus obiit, qui II mansos in Coloret de plebe Groan canonicis dedit.

III kalendas ianuarii Diemot obiit, quę I mansum in Cornio canonicis dedit, quem canonici pro altero manso Wernerii de Pinzano in Scrilach sito commutaverunt.

IIII idus aprilis Megnardus de Salcan obiit, qui I mansum in Gargara canonicis dedit.

---

[5] Fridericus *in maiuscole.*
[6] *Inchiostro parzialmente desquamato.*
[7] *Inchiostro parzialmente desquamato.*
[8] *Spazio bianco, che probabilmente avrebbe dovuto ricevere la data.*
[9] *Seconda colonna del testo.*

IIII idus iunii Walcon vicedominus obiit, qui I mansum in Banaria canonicis dedit.

Kalendas februarii Itipoldus obiit, qui II mansos in Campolongo canonicis dedit.

IIII idus iulii Gotifidus obiit, qui II mansos in eadem villa canonicis dedit.

VII kalendas aprilis Azo de Castellon ibiit, qui casalem suum in eadem villa cum omnibus suis per[tinenciis] et II mansos I in Bizinis, alterum in [C]alvenzano canonicis dedit.

[10] Adalgerus de Civitate obiit, qui II mansos in Titiano canonicis dedit.

[11] Ubertus filius Kacilini obiit, qui I mansum in Avenzon canonicis dedit.

[12] Volsalgus de Cavoriaco obiit, qui III mansos in Bizinis canonicis dedit, quos Wernerus / Malcavalga impedire non cessat.

III nonas iunii Wecelo decanus obiit, qui curtem suam cum manso qui est in villa de Tavel/laulmo canonicis dedit.

V idus octubris Antonia obiit, quę I curtem Aquilegie ad portam molendini canonicis dedit.

Beatrix obiit, quę peciam terrę I dedit pro eandem curtim.

XVIII kalendas iulii Cunigunt obiit, quę I mansum in Karint(hias) canonicis dedit.

[…][13] obiit, que I mansum in Bizinis canonicis dedit.

V kalendas maii Hermannus iuvenis obiit, qui [I] mansum in Glemona canonicis dedit, quem pro uno / apud Tresesem sito canonici comutaverunt.

Nonas februarii Ugo de Sacilo obiit, qui I mansum in Aviano canonicis dedit.

XVIII kalendas maii Gilla soror Iohannis de Arena obiit, quę I mansum in Coloreto canonicis dedit.

XVIII kalendas octubris Megnardus comes obiit, qui X mansos in Tulmino canonicis dedit.

XII kalendas maii Volsalgus de Tercento obiit, qui X mansos canonicis est testatus.

IIII kalendas maii Vridront filia Alpretti de Cerclara obiit, quę I mansum in Premariaco canonicis dedit.

IIII nonas novembris Talia obiit, quę I mansum in Carpago canonicis dedit.

[14] Pertoldus picerna obiit, qui I mansum in Marcilana canonicis dedit.

VII idus novembris Volricus eius filius obiit, qui III mansos cum silva et omnibus pertinenciis / eorum canonicis dedit in Arcellis.

III nonas novembris Gabriel obiit, qui I mansum in Maron canonicis dedit.

Kalendas martii Cuono de Carisaco obiit, qui [I] mansum in Bizinis canonicis dedit.

XVIII kalendas maii Pertoldus puer obiit, qui I mansum in villa Orba canonicis dedit.

Kalendas februarii Penno diaconus obiit, qui I mansum in Ripis canonicis dedit.

IIII kalendas februarii Rigilind obiit uxor Folcherii de Rotoiba, quę IIII mansos apud / Orth… canonicis dedit.

---

[10] *Spazio bianco, che probabilmente avrebbe dovuto ricevere la data.*
[11] *Spazio bianco, che probabilmente avrebbe dovuto ricevere la data.*
[12] *Spazio bianco, che probabilmente avrebbe dovuto ricevere la data.*
[13] *Lacerazione del supporto scrittorio. L'integrazione proposta da Scalon si fonda sulla copia settecentesca del Bini.*
[14] *Spazio bianco, che probabilmente avrebbe dovuto ricevere la data.*

VI idus augusti Pelegrinus patriarcha obiit, qui villam Sancti Laurentii cum silva et omnibus suis / pertinenciis et quandam terram iuxta Iuaniz sitam canonicis dedit.

[15] Amicus Civitatensis obiit, qui I mansum in Muimas canonicis dedit.

XVI kalendas octubris Ianis Lich obiit, qui I mansum in Martiniaco canonicis dedit.

VII kalendas octubris Iohannes vicedominus obiit, qui II mansos in Cormons canonicis dedit. //

[16]

[17] Amitta obiit, quę XII mansos in villa Sancti Pauli iuxta Tilimentum canonicis dedit.

II idus iulii Wernerus de Pinzano obiit, qui I curtim in civitate Polę cum ortis et / olivis et ceteris quę ad eandem curtem spectant et cillam nomine Guran et IIII man/sos cum famulis in Argan et dimidiam turrim quę ibi sita est canonicis dedit.

[18] Cunigunt uxor Conradi de Sacil obiit, quę I mansum in Vivar canonicis dedit.

Quidam dedit canonicis I mansum in Fana [19] duas curtes / Aquilegie I iuxta capellam Sancti Iusti, alteram ultra flumen Natissam.

XV kalendas iunii Artemannus obiit, qui II mansos in (Z)elia canonicis dedit.

X kalendas octubris Claricia obiit, quę II mansos [20] canonicis dedit.

VI idus ianuarii W[….e]rus[21] de Carisaco obiit, qui I mansum in Galso et I cortificium / cum I campo in Av<i>ano canonicis dedit [22].

[23] Andr[eas] de Conoglano obiit, qui I mansum in Bizinis canonicis dedit.

[24] III kalendas februarii A[de]leita detuwris obiit, qui[25] dedit canonicis[26] III man/sos in villa que vocatur Melareit, huius rei testes sunt Heinricus Cisel, Vrasl[au], Henricus de Castello novo, Dietericus de Guri/za, Rege[…][27] de Monton, Stefanus de Duwin.

[…]menardus[28] presbiter mansum unum / [in villa … quem][29] emit a duobus fratribus / […][30] et Cenust pariter cum ipsis pro anima / sua [canonicis] dedit, [huius] rei testes sunt Sigmarus presbiter (et) Ma/rtinus frater eius, [Pe]rtoldus, Arnoldus de Aiello, Arnoldus / de Glemona, [Pe]legrinus, Fridericus, Ioannes de Lamelaria, / Petrus de C[uria] et alii quamplures. Pridie n(onas) Thomas prepo/situs Civitatensis obiit, qui unum mansum in Titia canonicis dedit. Quinto kalendas septembris

---

[15] *Spazio bianco, che probabilmente avrebbe dovuto ricevere la data.*
[16] *Terza colonna del testo.*
[17] *Spazio bianco, che probabilmente avrebbe dovuto ricevere la data.*
[18] *Spazio bianco, che probabilmente avrebbe dovuto ricevere la data.*
[19] *Alcune lettere depennate, forse* h(en)ms*; ipotizzabile un errore di scritturazione dello scriba.*
[20] *Segue spazio bianci di mm , destinato all'incerimento della localizzaione dei beni.*
[21] *Il supporto scrittorio è lacerato.*
[22] *Segue uno spazio bianco di mm , cui lo scriba aggiunge un altro* dedit.
[23] *Spazio bianco, che probabilmente avrebbe dovuto ricevere la data.*
[24] *A questo punto subentra un'altra mano.*
[25] *Da intendersi* quę.
[26] canonicis *scritto nell'interlinea su* nobis *depennato.*
[27] *Lacerazione nel supporto.*
[28] *Lacerazione del supporto.*
[29] *Lacerazione del supporto scrittorio; si propone questa reintegrazione parziale.*
[30] *Inchiostro evanido.*

Petrus / obiit, qui mansum in Castellon canonicis dedit. XI kalendas Dietrat obiit, qu(e) V / mansos in Plagi[n] canonicis dedit. XII kalendas marcii Maria o(biit), que II mansos / canonicis dedit. Pridie kalendas februarii Dietalmus o(biit), qui I mansum in Faganea canonicis dedit.

XIII kalendas februarii Arnoldus canonicus o(biit), qui agrum I et domum canonicis dedit.

[31] Idus septembris Chunigundis filia Werneri de Fageda o(biit), que / I mansum apud Anchendorf canonicis dedit.

X kalendas iunii Ottaccus o(biit), qui II mansos canonicis dedit / in villa que vocatur Bliscuiz. Item filius eius Ottaccus / o(biit), [32] qui dimisit I massariciam canonicis in supradicta villa / Bliscuiz. Notum sit omnibus fidelibus Christi quod ego / Dominicus canonicus terram quandam, que iuxta ecclesiam Sancti / Iusti esse videtur a domino patriarcha Vodalrico pro duabus / marcis emerim a fratribus meis concanonicis in proprieta/tem perpetuo iure tradiderim, videlicet ut ego omni / anno confirmationis causa denarium tribuam et post / obitum meum quiscumque eam habuerit a predictis cano/nicis VIII nummos persolvat. Testes fuerunt [omnes] canonici. /

[33] XI kalendas novembris o(biit) Blasia, quę dedit canonicis domum iuxta portam pro qua canonicis redditur / omni anno fictus XV denariorum et patrono V denariorum.

XVI kalendas ianuarii o(biit) Talia, quę canonicis dedit allodium ex illa fluminis parte, quod reddit / canonicis I denarium omni anno quo usque vir eius vixerit.

V kalendas martii o(biit) Richerius, qui dedit canonicis vineam apud Curmun sub testimonio bonorum hominum, / videlicet Pelegrin de Carlin, Mengoz, Martin canonicus et omnium canonicorum.

[34] Lena uxor domini Henrici Cigsel obiit, que canonicis dedit II mansos, unum apud Nogaret, / alium apud Martiga, VIIII kalendas decembris sub testimonio bonorum hominum, videlicet / Brasclav, Arnoldus de Rena, Sportuc, Pertoldus iumenta , Roselon, Petri et / aliorum multorum.

---

[31] *A questo punto subentra un'altra mano.*
[32] *Lettera spuntata.*
[33] *A questo punto interviene un'altra mano.*
[34] *A questo punto interviene un'altra mano.*